

3

ALPHONSI  
**TOSTATI**  
HISPANI,  
ABVILENSIS  
EPISCOPI,

PHILOSOPHI, THEOLOGI, AC PONTIFICII JV.  
RIS CÆSAREIQUE CONSULTISSIMI, NECNON LIN-  
guæ Græcæ & Hebraicæ peritissimi:

DEFENSORIVM TRIVM  
CONCLVSIONVM.

*Nunc primum in Germania post Venetas impressiones diligentissimè in lucem editum.*

PERMISSV

SVPERIORVM.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,  
Sumptibus Ioannis Gymnici, & Antonij Hierati.  
ANNO M. DC. XIII.

16911635





# ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS

JN DEFENSORIVM TRIVM CON-  
CLVSIONVM.

## P R A E F A T I O .

AD GVTTERVM A TOLETO, ARCHIEPISCOPVM TOLETANVM.



VONDAM stylī bre-  
uiloquio funetus su-  
per breuiſimo Iſaie  
dicto, ſc̄ilicet: Ecce,  
virgo concipiet. bre-  
uiorem commenta-  
rium, reuerendae ni-  
mū paternitati ve-  
ſtræ transmiseram:  
nūc verò placituras  
vobis, quibusdam verò ampliſſime diſplicituras, co-  
tra emulorum inuidentiam defenſiones meas, im-  
mo vaniloquij ſui conſutationes transmittere de-  
cuit. Ecce enim que aliquando ſperabātur accepta-  
bilia tempora, cum eos, quos importunos ſenſiſtis,  
minutifſimos canes latrare quidem à foris, ſed mor-  
dere non valentes, obmutescere neceſſe eſt. Quoſ-  
dam vero grauiſſimos canes per obscura tenebrarū  
rauco gutture delatrantes ſua rabie iam confuſos  
interire oportebit, retuſis dentibus eorum ad petrā,  
quoniam cum in tenebris ambulent, neſciunt, quo  
vadant: ſed ipſa eos deſiderij cæca fluctuatio tranſ  
uersos agit. Quorundam quippe non ſatis peritorū  
tarditas, aliorum autem emulatiffimorum grauiſſimus linor, veritates Catholicas conſundere mo-  
rientes: varios errores induxerunt. Nec enim hoc  
argumentorum viribus quas ſemper ſibi obuias a-  
ſtimauerunt, ſed quibusdam tendiculis, & vanis,  
atque patentibus inſidiis conabantur. Tandem diſ-  
penſatione omnipotentis, ipſi iniqüitati, ſed per ſo-  
lam potentiam temporalem renitentibus tamen,

& ſibi, & obuiis omnibus viris eruditiffimis prae-  
ualere permifſum eſt, vt in aeternum coram toto or-  
be clariffime confundantur. Ne autem poſteros la-  
tere queat, paucularum literarum compendio futu-  
rorum memorie commendam. Ecce, quanta iniqui-  
tas: en quanta diuini ac humani iuris confuſio. en  
ipſius naturæ iura violata, vt conſtituto iuſtiæ  
tribunali, ipſi reo defenſorum copia denegetur,  
quam tamen ſepe clamofſe & opportunis atque im-  
portunis vocibus teſte, vt ita dicam, tota ecclēſia,  
expoposcerat. In quo & ſi iniuſiſime, aſtute tamē  
ipſa iniqüitas procedebat. Preteritorum namque  
ſibi conſcia ipſa emulorum prauitas ſperabat indu-  
bie omnes ſuas tendiculas deſtruendas: omniaque  
non ſibi bene compacta molimina leui concuſſione  
dirui. Nec ad deſtinatam conceptionem eſſe poſſi-  
ble perueniri, ſi defenſorum copia publice praefare-  
tur. Licit ergo apertissima iniqüitas denegas, quod  
ipſa equiſſima iura naturæ etiam damnatiſſimi o-  
mnium hominum, etiam in notorio crimine benigne  
concedunt in circumſuſe multitudinis conſpectu e-  
rubuit, tamē nihilominus denegauit. vndique e-  
nim ſe ipſi malignorum liuori anguſtia circumſude-  
rat. Erat quippe ineluctabile malum, quia neceſſe  
erat, aut ad horam erubescere, aut multorum dierū  
à toto populo expeſtatas machinas ex quibus ſpera-  
batur magni aliiquid prouenturum, coram tota Ec-  
clēſia breuiſime in nihilum, & in fauillam ire. Li-  
cet igitur graui ſorte, elegit tamen iniqüitas  
potius publice erubescere quam  
deleri.

A DEFENSORII PARS  
PRIMA.

## CAPITVLUM I.

*De motu iniquitatis contra auctorem in una conclusione.*

**D**E viginti & vna conclusionibus quæ publice per biduum astante prælatorum & eruditissimorum virorum frequentia in ipsa sede vbi bis Senen. disputata sunt, iniquitas vnum sibi culminiandam elegit, non totam quidem, sed eius quandam particulam, cuius conclusionis tenor est. Licit nullum peccatum cuiuscunque conditionis, & pro quo cunque statu irremissibile sit, à pena tamen aut à culpa Deus non absolvit, nec aliquis absoluere potest. Cuius primam partículam, lict nullum peccatum cuiuscunque conditio nisi, & pro quo cunctis statu irremissibile sit, intactam relinquentes, licet aliquando eam in ordine deftinissent. Secundam tamen, scilicet, A pena tamen, aut à culpa Deus non absolvit, nec aliquis sacerdos absoluere potest de facto per iniuriam tanquam erroneam, & hæreticam damnauerunt. Motiuua autem huius apertissimæ iniquitatis duo extiterunt, scilicet, liuor & error. Fuit autem liuor grauissimus, qui nec stylo exæquari queat. inuidabant enim sine causa, & gratis oderant aut Ætore horum quidam, quod adeo iniquitas ipsa possederat, ut nihil possent pacifice ei loqui, etiam si vultus effingere & dissimulare conarentur. Huius autem immanissimi liuoris causas & altissimas radices, eti quibusdā notissimas, stylo tam prosequi, aut saltē attingere, nefas putauit, ne potius maledictus dilator, quam defensionum mearum iudicator arguar. Hic ergo pessimus liuor sui iuri eos esse non patiens nō sinebat eos tranquillitatianimi locum dare, sed diebus, & noctibus insidiabantur ori meo, vt si quid forsitan elaboretur inconsideratum, quod carpare & calumniari posset. Et si hoc accommodum eis, vt videbatur, non inuenient, necesse erat, vt quodus aliud, in quo errarem, exquirerent. Nec ad verba eis satis respicere erat, sed & ipsam retrostam ac præsentem præscrutabantur vitam: si quid in ea criminari locus esset. Secundum motiuum error eorum grauissimus fuit, quem non satis admirati sufficio. Nam & si liuor eorum detestabilis fuit, admirabilior tamen immo supra admirationem error fuit, vt, scilicet, eruditæ, & scholastici viri, qui totos satis longos annorum suorum dies literis impenderat, circa talia errarent, in quibus nec imperitissimos quoque vulgi errare verisimile fuerit. Nec tamen huic errori causa defuit.

## CAPITVLUM II.

*Modus errandi amulorum, & exclamatio contra eos, & an auctor negat remissionem peccatorum, prout ipsi insipienter affirmabant.*

**M**O DV sautem errandi hic fuit. Cum enim iuxta modum disperandæ conclusiones per decem dies, aut amplius valuis affixa forent, antequam mihi respondendi de eis dies esset, æmuli inter ceteras hanc inspicerunt, arbitrati me remissionem in peccatorum, aut absolutionem à peccatis prorsus excludere, claves quoque ecclesiæ, & vniuersam Papæ potestatem interimere. In quo optatissimum sibi inuenisse locum gaudebant, quo potius oratorio more quam iudiciali ad odium & inuidiam mei vniuersos, & ipsum mundi caput, & Christi vicarium irritarent, eius me & vniuersæ ecclesiæ hostem afferentes, cuius altissimam potestatem crederer meis assertionibus impugnare. O error o super omnem errorem error. Quis talia vñquam crediderit: vt Christianus, & Christianorum filius, in fide Christi ab uberioribus eruditis, & in ea totis diebus, & noctibus instructus, & conuerstatus peccatorum remissionem excluderet? O demens conceptio, quis suspicari queat, licet indignum theologicum tamen professorem tam nequissima credere? Quis enim illius facultatis se professorem glorietur, quam omnino falsam & inanem esse proclamat? Si tamen peccatorum remissio non est, rotam theologicam considerationem mendacissimam quis

dubitetur? O insania, o furor, quis talia concipiatur, vt remissionem peccatorum negare poterit. Nam si peccatorum remissio non est, quid est nisi Christum dicere fuisse mendacissimum, qui venit annunciare nobis remissionem peccatorum, totamque orthodoxorum legem nihil nisi commenta mendaciæ & vanitatis continere. ipsosque omnes Christianos ultra Mahometistas insaniare, & facio sanctam ecclesiam nihil aliud quam stultam quandam, & inanem esse congregationem? Nam secundum Apostolum. 1. Corint. 15. si Christus non surrexit, nec mortui resurgent, vana est fides nostra. Si ergo non data resurrectione, vana est fides, a fortiori vana erit non data remissio peccatorum. Nam etiam non existente resurrectione, dum tamen peccatorum remissio sit, fatis nobis gaudendum erat, quia in perpetuas æternitates animæ nostræ luteis solutaæ carcerebus mansuræ essent. Si tamen data resurrectione negetur remissio peccatorum, quid nobis resurrectio nisi ad malorum incrementa proficiat? vt manentibus reatibus delictorum nostrorum, in æternum pro eis in utroque homine gehennali incendio concrememur? Amplius autem si peccatorum remissio non est, nulla gens æquater nobis in sanit. Nam ceteris gentibus delectabile aliquod subest, quod prosequitur, & propter quod omnia faciunt, & quo hic fruuntur, hoc autem Mahometistis accedit, nam eis æternorum bonorum participes non sint futuri, hic tamen fruuntur omni delectabili ad votum, nec est lex villa prohibens eos. Nobis autem in presenti viuendi lex dura est, quia teste ipso domino Iesu, arcta est via, quæ ducit ad vitam. Mat. 7. in futuro autem nihil nisi æternus cruciatus sperandum nobis manet si peccatorum remissio non est. nihil ergo Christiani in talia creditibus miserabilius. Idem docet Apostol. 1. Corin. 15. scilicet, si in hac vita tantum sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominib. Amplius, quid nobis est quotidianos pro Christo subire labores, si non est remissio peccatorum. Potius enim delectabilibus fruendum erat secundum hominem nec sic omne tempus in miseri gen dum forer. Id est Apost. vbi sup. si omnino mortui resurgent, vt quid nos periclitamus omni hora? quotidie morior pro gloria vestra, fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro. Si secundum hominem pugnauit ad bestias Ephesi, quid mihi prodest si mortui non resurgent? manducemus, & bibamus, cras enim moriemur. q. d. si non speratur resurrectio mortuorum, frustra est laborare pro Christo, sed conuenientius est manducare & bibere & frui omnibus, delectabilibus secundum carnem. & tamen magis necessaria atque utilis nobis est remissio peccatorum, quam resurrectio mortuorum, ergo si remissio peccatorum non est, frustra laboramus pro Christo. His quoque adiicitur. Si peccatorum remissio non est, Christus nobis nihil prodest, quo nihil iniquus. Si enim Christus nobis prodest, aut viuentibus, aut defunctis proderit. Viuentibus tamen parum prodest, si prælens status solum consideretur, cum duræ nobis imponat, & à delectationibus cohibeat. Vnde hic omnibus gentib. miserabiliores sumus iuxta Apost. vbi sup. scilicet, Si in hac vita tantum sperantes sumus in Christo omnibus hominibus miserabiliores sumus. In futuro autem prodest nobis nihil potest si non remittuntur peccata, cum impossibile sit nobis peruenire ad gaudia æternitatis, quando Deus peccata in eum commissa non dimittit. Ceterum si peccatorum remissio non est, frustra oratur pro mortuis, & cetera ecclesiæ suffragia in vanum expenduntur. vt ostenditur 2. Mach. 12. scilicet, nisi enim eos, qui ceciderant, resurrectos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis. Et sequitur, læcta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur, ergo super solutione & remissione peccatorum ecclesia frustrar suffragia sua. Amplius autem si peccatorum non est remissio, Christus inutiliter, & sine causa mortuus est, nam non sicut ad aliud mors sua, nisi vt nos per mortem suam à mortis debito solueremur, & in virtute eius omnia nobis crimina tollerentur. Quid autem absurdius, quid inanius dici poterat, quam quod Christus inutiliter moreretur. Nam si vir sapiens nihil érin minimis reb. sine causa agit, quanto magis spontanea mortem, si subeat non sine grauissima, & ardusissima causa subit, cum mors omnium terribilium maximū, & ultimum sit? Quanto autem differetius de Christo istud dici poterit, qui sapientissimus est: immo ipse est sapientia patris æterni.

- A Item si peccatorum remissio non est, stulte & inutiliter uniuersa ecclesia sacramenta à Christo instituta sunt, & à nobis inaniter frequentantur, cum ista ponantur, ut instrumenta recuperanda gratia amissæ, per quam peccata tolluntur. Præterea negare remissionem peccatorum non erat hæresis supra omnem heresim. Nam hæreses singulæ in ecclesia fuerūt ortum habentes ex erroribus variis dissonantes à veritate fidei, quantum tamen contrarium non reperiebatur expresse in sacra scriptura saltem plane, ita ut dubitari non posset. Sicut pareret cuilibet intuenti singulas hæreses, ut Arianorum, Manichæorum, & Sabellianorum, & ceterorum. Si tamen quis dicat Christum non fuisse flagellatum, nec mortuum, nec traditum à Iuda, nec prædicasse in Ierusalem, nec sanasse cæcos, non erit hæreticus, sed omnibus hæreticis simul sumptis deterior, scilicet infidelis. Pater quia hæretici solum peccant per errorem, putantes sacram scripturam sic intelligi, ut illi exponant, qui tamen negaret Christum sanasse cæcos, vel prædicasse Iudeis, non erraret circa intellectum sacre scripture, sed negaret eam expresse per superbiam, ideo esset aperta rebellio, & contumacia. Sic autem esset circa remissionem peccatorum. Nam vnuus de articulis in forma est remissio peccatorum, cum ponitur in symbolo Apostolorum, remissio peccatorum: tora etiam sacra scriptura hoc assertit, cum Christus dicat Mat. 26. Hic est sanguis meus usus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Quis ergo circa talia Christianum hominem potuisse errare crediderit?
- B Amplius facilius est negare expresse Christum esse Deum & hominem, vel pro nobis passum, aut iudicaturum omnes homines, vel quascunque partes sacrae scripture, quam negare remissionem peccatorum, propter duo. Primo quia remissio peccatorum sine ceteris aliquid valet, cetera autem sine remissione peccatorum prorsus sunt inutilia. Nam dato quod Christus non sumpsisset carnem, nec accidisset aliquid eorum, quæ Euangelista testantur, poterat nobis à Deo esse salus per quemcumque alium modum, quem ipse elegisset, licet iste sit conuenientior. Et data remissione peccatorum per modum illum quicunque esset ille, consequi possumus aeterna gaudia. Quod satis nobis erat. Si tamen non sit remissio peccatorum, etiam si Christus pro nobis mortuus fuerit, & cetera acciderint, quæ Euangeliæ testantur, & tota ecclesia confitetur, nihil nobis ista conferrent. Secundo, & grauius, quia si quis neget quascunque particulas sacrae scripture, vel articulos fidei in forma, solum sibi aduersus Christianos pugnandum est. Siquis vero neget remissionem peccatorum contra omnes homines bellum fouet. Nam Christiani confitentur remissionem peccatorum, vt tota series scripture clamet. Aduersus etiam Iudeos bellum est, ipsi namque confitentur remissionem peccatorum, ideo quædam in sacrificia fiebant, quæ vocantur pro peccatis, quibus factis Deus propitiatus erat Leu. 4. & 5. & 6. & Nu. 5. & 15. & in multis locis. & ob hoc erat constitutus dies quidam, scilicet dies decimus mensis septimi, qui vocatur dies expiationis, vel propitiationis, scilicet dies expiationis quia peccata Israelitarum expiantur, id est, mundantur, vel tolluntur. Et vocatur dies propitiationis, quia Deus tunc propitiabatur peccatis Iudeorum, cum summus sacerdos confitebatur peccata illorum, & imprecabatur ea super caput hirci emissarii Leuit. 17.
- C Contra Mahometistas bellum est, nam & ipsi licet extra omne bonum sint, remissionem peccatorum sibi fieri credunt per quasdam ceremonias, quibus se exercent. Omnes quoque in lege naturæ, qui de Deo aliquid recte senserunt, licet certos articulos explicite non tenerent, hunc tenuerunt. Quis namque Deum quereretur, si de peccatorum remissione dubitaret? cum enim ex fragilitate humana difficile sit hominem semper manere sine culpa, cum semel peccasset, si non crederet remissionem peccatorum nunquam amplius Deum sequeretur, credens quod superuacuum esset, cum iam remissionis locus nullus esset. Hoc ergo est vnuus, quod presupponitur accedentibus ad inquirendum Deum. Erat angit Apolo. ad Heb. 11. 1. Credere enim oporteret accedente mad Deum, quia est, quod inquirentibus se remunerarit, remissio autem peccatorum est quædam pars remunerationis, quia sit ex pura gratia & liberalitate. Amplius autem si peccatorum remissio non esset, vt quid distinguenter quinque receptacula animatum corporibus solitarum, scilicet, infernum, Sinus Abrahæ lymbus parvulorum, & Purgatorium ignis, & Paradisus callestis: Sed insufficiente infernum, & lymbus parvulorum. Quod patet, nam Paradisum nemo ingreditur, nisi omnino munda tam à macula originali quam actuali, & tamen si peccatorum remissio non est, necesse est omnes homines mori in peccato originali, cum omnes illud contrahant. Ideo etiam si actuale non commiscerent decedent in peccato, & non consequentur vitam aeternam. Ad purgatorium etiam ignem nemo vadit, nisi cum remissione facta peccati, & decedente homine, cum charitate, manente tamen inexperta parte quadam satisfactionis, quæ explenda est extra hoc seculum in igne Purgatorio. Non concessa autem remissione peccatorum manet tempore reatus peccati mortalium ad mortem aeternam, ideo talibus non ad purgatorium ignem, sed in gehennam cunctum est. Sinus etiam Abrahæ superuacue poneretur, quia ad illum locum dicimus descendisse animas sanctorum patrum, qui ab omnibus reatu tam originalis quam actualis peccati liberati erant, sed manebant ibi quousque Salvator noster per passionem suam aperiret ianuam vitæ aeternæ, si tamen negetur remissio peccatorum, impossibile erat aliquos liberos esse ab omnibus reatu, ideo impossibile erat alias animas in sinum Abrahæ contineri. Manebant ergo duo loca, quæ sufficiebant, scilicet, infernus, & lymbus puerorum. Quod patet, quia non data remissione peccatorum, necesse erat omnes homines mori in peccato, saltem in originali, cum omnes homines in reatu contrahant. Nec hic quicquam de virgine loquimur, quid de ea fuerit. Qui ergo moriebantur, aut decesserat in solo originali, ut parvuli, aut in actualibus, & originali. Si in solo originali, ibant ad lymbum puerorum. Si vero in actualibus cum originali, ibant in infernum. Item quæ vñquam maior dementia esse poterat, quam astruere, quod Deus non absoluat à peccatis, id est, quod non potest absoluere? Nam cū Deum omnipotentem dicamus, quomodo ei potestatem remittendi peccata subtrahemus? Item quid naturalius esse potest, quam quod Deus possit remittere peccata, cum perpeccata ipse offendatur? Nec dicit aliquam magnam potestatem in Deo posse remittere peccata, quia simile in nobis est. Nam quandocumque offenditur quis ab alio, potest ei remittere iniuriam, vel offendam, aut debitum, & ad hoc nulla potestas requiritur, sed sola voluntas remittendi. Ita de Deo est, quia omne peccatum cuiuscunque generis aut modi sit contra Deum est, & in ipso ipse offenditur, ideo ad remissionem eius nulla alia potestas requiritur, nisi quod velit remittere. Item qui peccatorum remissionem negat, necesse est, vt confessionem peccatorum, & absolutionem sacerdotalem, & cœssiones indulgentiarum inutiles esse dicat, cum ista non sint nisi ad peccatorum remissionem. Amplius, quæ erit inania negare remissionem peccatorum, cum nihil frequentius, & expressius in sacra scriptura asseratur? Nam Christus dixit sanguinem suum fundendum in remissionem peccatorum, Matt. 26. Et Christus quando sanavit Paralyticum dixit ei, Fili dimittuntur tibi peccata tua Marci. 2. & de Magdalena dixit. Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa. Et iterum dicitur: dixit ad illam, remittuntur tibi peccata tua. Luc. 7. & Beatus Petrus dixit Iudeis. baptizetur unusquisque in nomine Iesu, in remissionem peccatorum vestrorum Actuum 2. & iterum pœnitentia, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Actuum 3 idem Actuum 5. & 13. & non solum in novo testamento, sed etiam in toto veteri idem asseritur. Omnes namque prophetæ dicunt remissionem peccatorum per Christum debere fieri, vt patet Actuum 10. scilicet, huic omnibus prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per ipsum. Amplius quæ vñla maior poterat esse dementia, quam negare sacerdotalem potestatem circa absolutionem à peccatis? nam Christum negat, eumque mendacem astruit, qui sacerdotali potestati non assentit. Quid enim clarius eo, quod Christus dixit Matt. 16. cum ecclesiæ, quæ vñica est, & mater nostra nomine Petri ad eius uinitatem designandam claves tradidit, scilicet, & tibi dabo claves regni celorum, & quodcumque ligauerit super terram, euit ligatum & in celis, & quodcumque soluerit super terram erit solutum & in celis? Quid etiam manifestius quam illud, quod Matth. 18. habetur: vbi Christus ecclesiæ pro membris suis potestatem istam tradens pluraliter locutus est, inuens, quod licet ecclesiæ quæ

A vnica erat conferretur potestas per singula membra sua adhuc ordinata poterat potestas ista exerceri, cum ait, quod si ecclesiam non audierit, sit tibi quasi Ethnicus, & publicanus. Et sequitur, Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis super terram erunt ligata & in cœlo, & quæcumque solueritis super terram erunt soluta & in cœlo. Apertissimum est etiam illud Ioh. 20. scilicet, Sicut misit me pater, & ego mitto vos, id est, in eadem potestate, in qua me misit quantum ad procreationem salutis humanæ, in eadem mitto vos, & sequitur, hæc cum dixisset, insufflavit in eos, & dixit, accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quoru retinueritis, retenta sunt. Quis ergo nisi qui omnino infaniam contra fæderatum potestatē loqui aut cogitare conabitur? nec solum hæresis est talia suspicari, sed supra omnem hæresim, immo omnem admirationem excedit. Postremo cogitet, qui talia cogitare potest, me omnium hominum peccatum super omnes hæreticos depravatissimum, talia contra sacratissimam & immaculatissimam fidem Orthodoxam sentire potuisse: quæ nullus in fidelissimum aut sanæ mœris homo sensisse poterit, nunquid & illa publice astringere confidenter auderem in capite mundi; in curia sanctissimi & summi pontificis? ad quam de vniuersis ecclesiæ Latinæ angulis peritissimi viri confluxerant, vbi nō solum infidelitas, & aperta rebellio, & graues hæreses, sed etiam minimus in fide error impunitus non sinitur? Nunquid non grauissimam indubitatem tamen nec immetito mortem expectarem talia astringendo? Quomodo si talia astrixsem me publice de omnibus satisfactum & omni homini responsuum, teste ipsa curia: immo, vt ita dixerim, rota ecclesia sepius proclamaui: nunquid non talia asserentem, non solum vi peritissimi, quorum copia grandis erat de more in curia residens, & aliunde diligenter quaesita, sed etiam insipientes parvuli lenissimo argumento in me dicere potuissent? vnde ergo illud extitit, quod sape oratam, & iudicitaliter ac publice proclamatam audienciam copiam publice denegavit inquiras: cum me promptum ad caulam paratum & singulis responditum se piissime obrullissem. Quis ergo vñquam talia de Christiano viro, & Christianis parentibus ab immemoriali ortu trahens originem cogitare potuerit? Cogitauerunt tamen hæc æmulatissimi hostes mei: immo non cogitauerunt, quoniam contexterunt eos iniquitatis & liuoris grauissimæ tenebræ, ut nihil cogitantes in immensum errarent. Publicatis enim conclusionibus, nec dum tamen dii putatis me errasse conceperant. Expositis autem eis secundum illam clarissimam veritatem, quam in terminis suis propriis, & non aliunde quaestis continebant patuit errasse eos, qui me prius errare crederant. Sed quoniam me nondum auditio per plures dies ipsa non satis compos sui iniquitas me grauissime errasse asseverat, erubuit vera fateri: ne se aut rudem satis aut malicio lam fateretur. Nemo autem creditur me maledicendi studio ista dictasse, sed cum beato Hier. obrectatoribus meis immo ipsi iniquitati solum respondeo. Testis quippe mihi est ipsa lumina & irrefragabilis veritas: me in hac procemi locutione multa omittere, que in immensum canam meam extollerent, & iniquitatem ipsam suo mucrone confoderent, A quibus latius abstinere putau, ne criminandi desiderio calamum sumpsisse quisquam crediderit. Ad rem tamen aliquandoeniendum est.

## CAPITVLVM III.

*De iniquitate eorum, quomodo op̄s, & officiales bullarum Romanarum curie contra suos inveniunt. Et an detur absolutione à culpa, & pœna. Et de latissima potestate pape in concedendo indulgencias clave non errante.*

Q VONIAM vero imperiti, aut maligni, vel vtrumque verius quantum in eis fuit hanc conclusionis particula damnare conatus sunt, vt eorum error posteros latere nō posset, defensiones apponendas putavi. Erat enim particula illa conclusionis, quod à pœna aut à culpa Deus non absoluit, nec aliquis sacerdos absoluere possit. Circa quam quidam errauerunt, putantes hic negari potestatem plenissimam, aut maximam papæ, quam vulgariter quidam vocant absolutionem à culpa, & à pœna: ita vt ipsi crederent, quod ego non negarem potestatem absoluendi à culpa, vt ipsi dicunt, quam

D Dee tribuunt, & aliquomodo sacerdoti. & cuiilibet. Sed illam, quæ est altitudo potestatis, scilicet, absoluere à culpa: & à pœna. Et hoc credidit aut credidisse se finxit ipsa hostilis æmulator, mittens satellites suos, qui scriptoribus curiæ copiis cateriique huiusmodi bullatum officialibus tumultuandum se aderent, cum inquiunt. Nam omnis vobis spes lucis adempta est. Nam officii vestri inane sine re nomen erit. Quid cessatus? quid quiescitis? cum Hispanus iste astante tota curia confidenter clamet, papam non posse à pœna & à culpa absoluere. Nulla ergo de cætero huiusmodi concessiones indulgentiarum erunt, in quo quantum vestra rei depereat, notis. Nec solum hanc ruden, & ad tumultum facilem plebeculam concitabant, sed & ipsos lanistas, caupones, stabularios, cæteraque laicorum hominum varia genera vario dicendi colore deturbare nitebantur. In quo eorum duplex error erat. Primus quia conclusio mea hæc in sententia directe aut etiam ex terminis non signabat cum ibi dicatur, à pœna, aut à culpa. Deus non absoluit, nec aliquis sacerdos absoluere potest. Et ponitur ibi pœna, & culpa disiunctive, aut disiunctim. Et ut significaretur, quod ipsi intendebant, oportebat ponere pœnam & culpam nullus sacerdos absoluere. Et tunc debebat esse sensus, quod ego concederem primum modum loquendi improprium, quod Deus absoluit hominem à culpa, & quilibet sacerdos absoluat aliquo modo à culpa. Et tamen istam plenitudinem potestatis, quæ est in Papa, quam ipsi vulgariter loquentes, & improprie dicunt abolitionem à culpa, & à pœna ego negarem. Et sic non negarem potestatem communem sacerdotalem, sed culmen potestatis summi pontificis, sed hoc imperite assumpserunt aut confinxerunt ibi, cum nec hoc senet, nec verborum series hoc inducat, quæ si in aliquo militat, potius militaret contra potestatem communem tam Papæ quam sacerdotū, ac contra illud culmen sibi Papæ refutatum.

E Secundo modo errabant, quia etiam si quis dicat sic, papa non absoluit, vel non potest absoluere à culpa, & pœna, nullum falso dicit. Et cum dicitur, Papa vel aliquis homo absoluit à culpa, & à pœna, non debet concedi proprie propositio ista in terminis istis, licet significatum quod intendunt aliqui experimente eam debeat concedi. Ratio est, quia iste modus loquendi, non solum non conuenit theologis, qui subtilius, & magis proprie terminis vtuntur, & proprius de singulis rebus disputant. Sed etiam non conuenit modo loquendi iuriis in clementina vñica de priuilegiis. Et in cle, abusionibus de pœna, & rem. Nam in prima dicitur vel à sententiis per statuta prouincialia, aut synodalia promulgatis, seu, vt verbis eorum vtamur, à pœna, & à culpa absoluere quemquam præsumpserint excommunicationis sententiam incurvant ipsis facto. Ex quo innuitur, quod improprie dicitur absoluere à culpa, & à pœna, quia alias Papa non diceret, seu, vt eorum verbis vtamur, à pœna, & à culpa absoluere quemquam præsumpserint, sed diceret absolute: seu à pœna, & à culpa quemquam absoluere præsumpserint, ergo videtur, quod non putavit proprie dici absoluere quemquam à culpa, & pœna. Sed improprietatem istam modo loquendi eorum imperito ascripsit. Idem patet in cle, abusionibus, cum dicitur, & aliqui ex ipsis eos à pœna, & culpa, vt eorum verbis vtamur, absoluunt, vbi semper innuit improprie dici absoluere quosquam à culpa, & pœna. Sed obicietur, quod Papa dicit, vt eorum verbis vtamur, non quidem quæsi improprie dictum sit absoluique quam à culpa, & pœna, sed quia negat verum esse, quod illi faciunt. Quia si diceret, & aliqui ex ipsis eos à pœna, & culpa absoluunt, videtur concedere, quod illi vere absolvant eos, licet absoluendo facerent contra ius, aut in contemptum clauium: cum autem dicit, vt eorum verbis vtamur, appareret, quod non concedit eos quicquam facere, sed solum loquitur sicut illi loquuntur dicentes se absoluere à culpa, & pœna. Dicendum, quod hoc non stat, quia in allegata clementina de priuilegiis dicitur, seu, vt eorum verbis vtamur, à pœna, & à culpa absoluere quemquam præsumpserint. Sufficiebat enim poni ibi præsumpserint, ad denotandum eorum actum viribus carere, vel nullum esse, cum sit præsumptus, & non factus, & non poneretur, eorum verbis vtamur: ibi tamen ponitur præsumpserint, & vt eorum verbis vtamur. Ergo ponitur, vt eorum verbis vtamur ad significandam improprietatem locutionis. Ideo dicendum, quod in actu isto,

A

rum erant duo inconvenientia, scilicet falsitas in opere, & imprietas in sermone. Falsitas quidem, quia assertabant, se absoluere, cum tamen non possent absoluere ab eo, quod dicebant, immo nec ab aliquo. Impropietas autem sermonis cum dicebant a pena & culpa absoluere, quia dato, quod totaliter, & vere absoluenter ab eo, quod intendebant signari per penam & culpam, ideo Papa posuit duo contra eos, scilicet presumserint, & ut eorum verbis vtur. Per primum significatur eorum falsitas operis, per secundum impropietas sermonis.

Secundo patet apertius adhuc, quia cum in allegata clementia abusionibus cum Papa loquitur de hac maxima potestate in absoluendo a culpa & pena, sed remissionem sive absolutio nem plenariam, dicens: benefactoribus locorum, quorum questores existunt, remissionem peccatorum plenariam indulgent. Et patet, quo dicta sit propria locutio, quia ibi Papa non addidit, ut eorum verbis vtur, sicut cum dixit de absolutione a culpa & pena, innuens illum esse proprium modum loquendi, & istum impropriissimum, & sic impropius dicitur absoluere a culpa & pena, sed absoluere plenarie. Idem patet per glossam eiusdem clemen. super parte a pena, & culpa, dicit ibi Ioan. And. ista est plenissima peccatorum remissio. Et sic nihil aliud est absoluere a culpa & pena quam plenarie absoluere, nisi quod unum est proprium dictum, & aliud impropius valde. Ad cognoscendum amplius, que dicta sunt, & ut nullus putare poterit, me de amplissima Papae potestate quantum ad absolutions & indulgentias dubitare potuisse, declarabo quendam, que tunc prius in curia dicere solebam, & in scriptis teste tota curia presentauit, contra que nihil ipsa iniurias mutire ausa est, ut etiam posteri id ipsum videant. Scindendum, quod Papa habet facultatem ad concedendas indulgentias, in quaunque assignatione vel taxatione usque ad plenariam remissionem peccatorum inclusive, & hoc tatis ex modo loquendi iuris, & totius Ecclesiae constat, cum Papa concedat plenissimam remissionem omnium peccatorum cruce signatis pro subsidio terrae sanctae, ut declarant Host. Ioan. An. de Iudaeis & Saracenis, cap. ad liberandam. Et referrit hoc Ioan. An. in glossa clementina abutionibus, conceditur etiam ista indulgentia in anno centenario, ut patet in extrauaganti Bonifaci, scilicet, habet antiquorum. Et dicit in eadem glossa Io. And. quod istam plenissimam indulgentiam solus Papa concedit.

Ulra haec dico, quod Papa in concedendo indulgentias habet maiorem potestatem quam usque ad plenariam indulgentiam, vel plenariam omnium peccatorum remissionem, sed non exercet eam aliquando, nec potest exercere, non quidem ex defectu potestatis, cum dicam, eum habere istam potestatem, nec ex defectu dispositionis alicuius causaliter, vel alias deficientis ex parte ipsius, sed ex defectu materiae, quae non potest fuscipere tantum, quantum Papa agere possit. Patet hoc, quia Papa habet liberam clauem totius thesauri Ecclesiae, dum tamen non erer clavis scientiae, in quo thesauro Ecclesiae sunt infinita merita tam passionis Christi, quam superrogationes bonorum omnium sanctorum, & totius Ecclesiae, quantum ad membra definita. materia tamen super quam est exercitum huius clavis, sunt omnes fideles viuentes, in quaenam commiserunt aliqua peccata, a quibus debeant absolvi.

Accipiendo ergo peccata omnium hominum, non solum qui simul sunt in aliqua aetate, sed etiam omni, qui aliquid fuerunt, & qui nunc sunt, & erunt, & etiam peccata demonum, cum eis non sit aliquid vere infinitum, thesaurus tandem Ecclesiae est infinitus, ut dictum est, si propter merita passionis Christi, quae sunt vere infinita, cum ipse sit verus Deus, qui in infinitum valet. ergo de thesauro Ecclesiae possent dispensari realiter infinita, remissio tamen plenaria facta cuiusque nostrum, vel etiam omnibus simul sumptis, non est aliquid infinitum, quia non est ad penam infinitam, sed ad penam finitam, & limitatam, quam in purgatorio toleratur eramus, vel temporaliter, ideo maior est potestas Papae ad absoluendum & remittendum, quam sit capacitas omnium hominum simul sumptorium ad indulgentiam, vel remissionem recipienda. Ideo quando aliquis vult loqui de plenitudine potestatis Papae in absolucionib' & indulgentiis, proprie non debet dicere, quod Papa absoluere a culpa & a pena, sed quod con-

cedit plenariam indulgentiam, vel remissionem omnium peccatorum, quia dicere, absoluere a culpa, & a pena est dictum impropium, & large: positum per terminos alienos & hoc satis patet in literis datis in forma ecclesiastica in quibus non dicitur, quod papa absoluere a culpa, & a pena, vel quod concedit plenariam indulgentiam a culpa, & a pena, sed quod concedit plenariam indulgentiam, vel remissionem omnium peccatorum.

Interdum tamen aliqui doctores, licet rarissime loquuntur large, & impropius ad formam vulgarium, ut ab eis percipiatur, & dicunt indulgentiam a culpa, & a pena. Sicut Franciscus de Maitonis 4. Sen. di. 19. querit, an papa possit absoluere a culpa, & a pena, & respondet quod sic, & tamen hoc non facit propriam locutionem: cum iura supra allegata probent hoc impropius dictum.

Hoc de plenitudine potestatis papae dicta sunt, & de absolutione, quam vulgares vocant a culpa, & a pena, licet conclusio de hoc non intenderet, sed propter quosdam imperitos, qui de hoc intelligebant, & calumniabantur, dictum fit.

## CAPITULUM IV.

In quo de larantur octo, que sunt in qualib' peccato scilicet actus, culpa, offensa, macula, tenebra, reatus penit. pronitas ad malum.

**A**ccedendo non magis ad propositum conclusionis, ut videatur plane, an Deus, vel sacerdos absoluat a culpa aut absoluat a pena: aut a nullo eorum sacerdos absoluat, nec Deus, considerandum, quod in peccato, vel de peccato nihil debet manere ad hoc, quod aliquis sit plene purgatus, & dignus ingredi vitam aeternam, sed eorum, quae in peccato sunt, quendam per se esse desinunt sine aliqua actione peccantis, & sine actione Dei, & sine actione sacerdotis: quendam tolluntur per Deum: & alia per ministros Ecclesiae: alia per actum penitentis.

Pro quo sciendum quod in peccato possunt considerari septem, vel octo, scilicet actus peccati, culpa, offensa, macula, reatus, tenebra, pena, pronitas ad malum. Et ista dantur necessario in quolibet peccato saltem in peccato commissionis. De primo patet sicut in occidere, & fornicari, in quibus est actus positivus, scilicet, vulnerare hominem & tangere feminam carnaliter: qui actus absolute & in se non sunt boni nec male si efficiuntur boni, vel mali per circumstantias additas. Quod patet, alias non posset quis in aliquo casu tangere feminam carnaliter, vel occidere hominem sine peccato, quod falsum est, cum interdum isti actus sunt meritorii. De occidente pater de Phineas, qui occidit Zambrum coeuntem cum scorto Madianitide, quem Deus ex hoc laudavit, & promisit sibi propter hoc sacerdotium sempiternum. Nu. 25. & 1. Macha. 2. De coitu pater, ut quando fit cum uxore ad reddendum debitum. Nam runc est meritorius, quia est actus iustitiae: cum Apostolus dicat obligatos coniuges ad hoc iad. Corinth. 7.

Secundum quod est in peccato, est culpa, & est culpa quaedam priuatione debitae retributionis in actu. scilicet, quod ad hoc quod aliquis actus esset bonus mortaliter deberet habere quasdam circumstantias bonas regulantes eum, quibus si careat est malus. Et sic illa carentia, vel priuatione est culpa in actu, sicut in casu dato: ad hoc quod tangere feminam carnaliter sit bonus actus, requiritur quod tangat quis eam, quam debet, vel de iure potest, scilicet, vxorem suam, & quando debet, & ubi debet, scilicet non in loco nec tempore prohibitis, & propter quem finem debet. scilicet ad prolem gignendam, vel ad reddendum debitum, vel ad mitigandum fortem. Nam propter hoc melius est numerus quam viri. 1. Corin. 7. c. sic de aliis circumstantiis requiriuntur, de quibus Arist. 3. Eth. si omnes ibi conueniant actus bonus tangendi feminam: si autem omnes deficient, vel aliqua earum, actus malus erit non propter aliquid positivum, sed propter defectum circumstantie, que deberet inesse. Et illum defectum, carentiam vel priuationem vocamus culparam, vel malitiam in actu, quia malitia nihil aliud est, nisi ille defectus, cum non sit aliquid positivum, nec actus de genere suo malus sit. Sic etiam patet per sanctum Thom. 2. senten. dist. 35. articul. 1. scilicet, malum per se loquendo priuatione quendam est alicuius boni: bonum autem in perfectione, & actu consistit. Et ea quae dicta sunt

D

E

F

A Ponit sanctus Tho. eodem arti. in reponitione ad tertium articulatum, malum actus consistit in defectu actus secundum quod deficit a debito fine, vel a debitis circumstantiis.

Tertium in peccato est offensa. Nam quando quis peccat recedit a Deo contemnendo eum, & legem suam, & adhaerendo cuidam bono creato, quod homo praeponit Deo. Et in hac auersione Deus offenditur, scilicet, quod propter aliquam minorē se contemnatur ipse, & recedatur ab eo. De hoc patet etiam per sanctum Tho.; parte summa. q. 86. arti. 2. in corpore questionis: scilicet, peccatum mortale est offensa Dei: & quod offensa in peccato opponatur gratia. Et postea dicit, quod offensa in peccato mortali procedit ex hoc quod voluntas hominis est auersa a Deo, & conuersa ad bonum creatum. ideo ad remissionem offensionum requiritur, quod voluntas hominis mutetur, & conuertatur ad Deum cum detestatione praedictæ conuersio ad bonum creatum: & hoc modo loquuntur prophetæ & sacra scriptura vocando peccata offensiones Dei: sicut dicitur Psalm. 94. quadraginta annis offensus fuī generationi huic, id est, ab hac generatione pessima iudiciorum. Et sic omnes doctores communiter loquuntur.

B Quartum quod in peccato consideratur est macula: & de ista dicit Magister 4. Sen. di. 18. c. i. quod ante penititudinem cordis peccator habet maculam, & farorem peccari. Et ista macula est quādam deformitas in anima nostra, vel immunicia large dicta. Et est in anima secundum quod in anima est imago Dei, & ista macula, vel deformitas est priuatio pulchritudinis prius habite, & nunc debita inesse: sicut enim in corpore humano, quod adornatur vestibus circundantibus illud, quibus si homo careat est deformis & male apparens, & non est illa deformitas nisi carentia vestium vel ornatus necessarii: ita est in anima nostra: nam in ipsa est imago Dei naturaliter, & pulchritudo sua extrinseca est gratia, vel charitas: quam cum haber homo pulcher videtur. sicut homo vestitus. Si autem caruerit illa, erit deformis sicut homo nudus, & hoc est in qualibet peccato mortali: quia per quolibet tollitur tota charitas, & gratia Dei. Vel potest macula accipi pro quadam immunditia figurate sumpta. Nam sicut cum quis tangit aliquam rem immundam polluitur actualiter, & postquam cessauerit actualiter tangere, cessat actualiter pollui, manet tamen semper pollutus usquequo lauetur: ita quādo quis auertens voluntatem suam a Deo, applicat se alicui rei creatæ, qua vult frui: dicitur pollui actualiter voluntas per actualem conuersionem, & adhesionem ad illam rem, & celsante illo actu cessat ista voluntas actualiter pollui: manet tamen pollutus quoisque per penitentiam abstergatur illa immunditia relicta. Ista immunditia vel macula causata est ex eo quod voluntas semel malum voluit. Nam dato quod cessaerit malum vel actualiter, manet hoc, quod est malum voluisse. & est infectio, vel sordes sue macula. Hoc modo accipit Magister 4. Sen. di. 18. c. vltimo, cum ait: Sed quid est macula peccati, à qua lauatur anima, scilicet, ecce enim quis voluit facere homicidium & patravit: quo patrato desit a velle quam facere: nondum tamen vere & humiliiter penitet, nec confiteri proponit. Quæ igitur remansit in anima illius macula: respondet, scilicet, mala voluntas quidem macula fuit illius animæ, sed illa transit. Macula est etiam si penitente contemplatur. Sed hoc est peccatum aliud a praecedenti. Quæ igitur macula maneat, à qua in penitentia purgatur: polluta quidem est anima quoisque penitet sicut erat dum in ea erat prava voluntas, sicut enim qui tangit mortuum, vel aliquid immundum, ita pollutus est post actu, quoisque lanatur, sicut fuit dum tangeret, ita post actu peccati polluta remanet anima sicut fuit in ipso peccati actu, quia ita longe a Deo per dissimilitudinem, qui est vita, & munditia mentis, sicut fuit dum peccatum ageret. Ipsa igitur dissimilitudo, quæ in est animæ ex peccato, & est a Deo elongatio animæ macula intelligitur, à qua purgatur in penitentia.

Considerandum tamen quod macula quomodo cunque accipiatur non dicit in anima aliquid positum, sed priuationem, & tamen adhuc magis proprie dicit priuationem pulchritudinis quam aliquid aliud, sicut in principio dicimus: & istud tenet S. Tho. 4. Sent. dist. 14. q. 2. arti. 2. in corpore: cum ait, scilicet dicendum quod ex hoc aliquid maculatum elicetur, quia debitæ pulchritudinis patitur detrimentum. Vnde

D macula secundum quod huiusmodi nō habet quod aliquid ponat: sed per comparationem ad illud, quod quandoq; pulchritudinis detrimentum causat aliquid ponere dicitur: licet aliquid in facie positum, quod candorem faciei priuat, aut tegit. Pulchritudo autem animæ consistit in similitudine ipsius ad Deum, ad quam formari debet per claritatem gratiæ ab eo suscepitam: sicut autem perceptio claritatis corporalis a sole prohibetur a nobis per aliquod obstatulum inter positum: ita & claritas gratia prohibetur ab anima per peccatum commissum, quod diuidit inter nos, & Deum. Isa. 59. l. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum. Vnde ipsa macula quantum in se est non ponit de essentia sua, nisi priuationes gratiæ: sed ponit ut causam obstatulum peccati, quod obstat ad gratiæ receptionem. Et ob hoc etiam macula tenebra dicitur ratione praedictæ similitudinis. hoc Tho. Aliqua do autem Magister vocat istam maculam factorem peccati. Sen. dist. 18.

Quintum in peccato est tenebra, & ob hoc assignat Magister specialiter 4. Sen. dist. 18. c. i. & de hoc querit dist. ead. ca. vlt. sc. Hic queritur, quæ sit illa macula, quæ sit illæ tenebre interiores, à quibus Deus animam purgat: & responder dicens, de tenebris, & interiori caligine satius facile responde: re: cum enim quis mortaliter delinquit, & gratia virtutis priuat, secundum quam præcessit, & naturalium bonorum patitur læsionem, vnde intellectus obtunditur, & totus interior homo obtenebratur, & ita quadam caligine mens oboluitur, quæ caligo peccati pena est. Istam ponit distinctius specialiter Magister à macula eo. c. Sed Sanctus Tho. dicit maculam, & tenebras in peccato idem esse: led macula vocatur in quantum est priuatio gratiæ, vel decoris, tenebra autem in quantum est obstatulum quoddam, vel interpositio ipsum peccatum ad non recipiendum gratiam, & Dei claritatem.

Sextum est reatus, & idem est quod obligatio, quia reatus a reo dicitur, & ista est in qualibet peccato, sive in originali, sive in mortali sive in actuali: sive in veniali, & insurgit ex lege Dei, nam sicut in legibus humanis cauerit quod occides hominem, aut vulnerans tali pena plectatur, si quis autem contra illam legem fecerit, illico est obligatus ad tolerandam illam penam legis, & ista obligatio non insurgit nisi ex lege, cui dedit vires legislator. ita in diuinis est quod si quis peccaverit mortaliter, puniatur in inferno: statim ergo vt si quis peccaverit in surgit ei ista obligatio, scilicet vt puniatur in æternum, similis modus loquendi est Gene. 3. scilicet quacunque hora comederis morte morieris, id est obligaberis ad moriendum. De isto reatu dicit Sanctus Tho. quod sit obligatio ad penam, & dicit, quod sicut in peccato mortali sunt duo, scilicet aueratio, & conuersio. Ita est duplex reatus. Nam ex parte auerisoris consequitur reatus penæ æternæ, ex parte conuersoris ad creaturam inhat reatus ad penam temporalem. De hoc sanctus Tho. 4. Sen. dist. 18. q. terria, art. secundo, & tertia parte summa. q. 86. arti. 4. & prima secunda quæ. 87. per totum.

Septimum est in peccato pena, quæ pro peccato debetur, & de hanc est reatus sive obligatio, vt diximus, quædam est obligatio ad penam directere æternam, & alia est temporalis, id est ad penam temporalem, sive, quæ debetur pro commissione, sive, quæ manet ab solito reatu mortis æternæ per contritionem, & gratiam.

Octauum est in peccato pronitas ad malum. Et ista insurgit naturaliter ex peccato, nam teste Arist. 2. Eth. generationes & corruptiones habituum sunt ex eisdem, id est, ex similibus scilicet, ex hoc, quod est iustum facere efficitur quis iustus: id est omnis actus naturaliter est generatiuus alicuius habitus talis, qualis ipse est, & quia non possunt interdum ex quolibet actu digni habitus: cum sit habitus qualitas quædam radicata in subiecto, & difficile mobilis, gignitur salrem dispositio ad habitum exactum, ideo distinguit Arist. in prima specie qualitatis habitum & dispositionem. Cum ergo quolibet peccatum actuale sit actus malus, sequitur naturaliter ex eo pronitas ad malum, quæ est habitus, vel dispositio. De hoc sanctus Thom. 3. sen. dist. 3. 4. articulo

primo, in corpore questionis,  
& in multis locis.

A

## CAPITVLVM V.

In quo declaratur de octo, quæ sunt in peccato, & an absoluuntur ab omnibus, & quibus non.

**P**RÆSVPPOSITI s his considerandum est, quod isto-  
rum octo, quæ posita sunt esse in peccato, quedam  
absoluuntur, vel ut melius dicamus à quibusdam ipsorum  
absoluuntur. Et alia sunt, quæ dimittruntur, vel tolluntur, alia  
sunt, à quibus nec absoluimur, nec tolluntur nobis nec dimi-  
tuntur, sed per se cessant, & absolutione, aut remissione non  
indigent, immo nec illam suscipere possunt.

De primo, quod erat in peccato, scilicet actu positivo est  
dicendum, quod non absoluimur ab illo, nec tolliturn nobis  
ille actus, nec dimittitur, sed per se esse cessat, & non indiget  
absolutione, nec remissione, esset namque ridiculum, quod  
quis absolveretur ab actu positivo fornicandi, vel quod ille  
nobis tolleretur quia ille non manet, & nihil omnino est eo  
tempore, quo Deus per contritionem dicitur nos absoluere,  
vel sacerdos absoluere nos in sacramento, & de eo quod  
nihil omnino est nullus potest absoluere. Istud tenet Sanctus  
Thom. quarto Senten. distin. decimaquaatra, quaest. i. articulo  
sesto, in solutione ad tertium argumentum. vbi cum dic-  
ter, quod non posset quis dolere de peccato, quod iam  
transiit, responder quod transiit peccatum quantum ad  
actum, & tamen manet quantum ad reatum, qui est praef-  
sens: & de illo dolemus. Et in hoc nemo facit difficulta-  
tem in re, nec in modo loquendi, quia nemo inquam sic  
locutus est, quod diceret alteri: absolu te à reatu peccati.

Secundum in peccato est culpa, de qua secundum verita-  
tem, proprie assumendo, vt supra accepimus, dicendum,  
quod nemo ab illa absoluatur, nec potest absoluere, nec etiam  
culpa tollitur aut dimittritur, sed ipsa per se cessat esse, quia,  
vt supra diximus, culpa est quedam priuatio debitæ circum-  
stantia in actu, & accidens priuatuum actus. Sic est cœcitas,  
qua accidens priuatuum oculi, & tamen actus positivus  
transiit, quia non durauit nisi per momentum, ideo inclu-  
dit contradictionem, quod accidens suum priuati vim ma-  
neat. Et sicut actus positivus peccati non durat, nisi per mo-  
mentum, vel paruo tempore, ita culpa non manet nisi paruo  
tempore, & sic impossibile est, quod culpa tollatur, vel quod  
dimittratur per Deum, non quidem quasi Deus non posset  
tollere, vel noller tollere, sed quia antequam homo conuer-  
tatur ad Deum per contritionem, & Deus infundat ei gratia,  
culpa definit esse.

Amplius tertium in peccato erat offensa, & ista potest du-  
pliciter accipi, uno modo offensa pro eo, quod formaliter di-  
citur aliquis offendere alterū, & tunc auctus malus dicitur of-  
fensa, in quantum in eo est quedam prauitas, vel in æqualitas  
oppoſita iuri, & debito, secundum quam iuste offenditur i-  
le, contra quem talis actus committitur.

Alio modo accipitur offensa pro effectu offensi, id est, pro  
quadam indignatione iusta consecuta ex parte eius, contra  
quem committitur ille actus. Accipiendo primo modo non  
inanet offensa Dei transeunte actu peccati, quia fundatur in  
actu positivo sicut de culpa. Et hoc modo non potest quis ab  
solui ab offensa Dei, nec etiam Deus tollit illam, nec remittit  
sicut diximus de culpa, scilicet, quia quando homo dolet de  
peccato, & Deus infundit gratiam iam non inuenit offen-  
sam illam, quam dimittere possit.

Accipiendo secundo modo offensam pro effectu offensi,  
scilicet, pro indignatione consecuta. Dicendum quod ita  
manet post actu peccati, & quandiu manet ista indignatio  
dicitur manere peccatum, quia tunc Deus imputat illud no-  
bis ad pœnam. Et huic offensa opponitur gratia Dei, scilicet,  
quia ex oppoſito distinguitur esse in gratia Dei & in indignatione  
eius, sic accipitur Psal. 29. scilicet, quoniam ira in indi-  
gnatione eius, & vita in voluntate eius, id est, ex indignatione  
Dei sequitur nobis ira, id est pœna. Sic dicitur Psal. 77. Mi-  
sit in eos iram indignationis suæ, id est, pœnam procedentem  
a sua indignatione. Et vita est in voluntate eius, id est, in eo,  
quod nobis placatus est, scilicet, quia quando nobis placatus  
est, dat nobis vitam, & hoc est esse in gratia eius. Sic etiam ac-  
cipit Beatus Th. de Aquino 3. parte summæ. q. 86. art. 2. scilicet  
cum enim peccatum sit Dei offensa, tunc Deus peccatum re-

mittit, quando remittit offensam in se commissam, offensa  
autem opponitur gratia. Ex hoc autem aliquis dicitur alteri  
offensus, quia repellit eum à gratia.

De ista autem offensa dicendum, quod homo non absolu-  
itur ab ea, nec Deus dicitur hominem absoluere ab offens-  
a, sed dicitur ei remittere eam, vel tollere illam. De remitte-  
re pater per Sanctum Tho. 3. parte summæ. q. 86. art. 2. vbi si.  
scilicet, cum peccatum sit Dei offensa, tunc Deus peccatum  
remittit, quando remittit offensam. Et iterum ibi dicit. Potest  
contingere, quod homo remittat alicui offensam, qua offen-  
sus est absque mutatione voluntatis eius. Non potest autem  
contingere, quod Deus remittat alicui offensam absque mu-  
tatione voluntatis eius.

Quatum in peccato est macula, & ista manet in volunta-  
te post actu peccati, quoque homo conuertatur ad De-  
um, & tunc cessat macula, quæ cum nihil sit, nisi priuatio pul-  
chritudinis in anima, quæ pulchritudo fit per gratiam & clari-  
tatem diuini lumen, ideo impossibile est, quod adueniente  
gratia maneat macula, sicut impossibile est, quod aduenient  
entibus vestibus maneat nuditas.

Sciendum tamē, quod licet macula tollatur per gratiam,  
sicut offensavel indignatio, tamen offensa tollitur directe, eo  
quod offensa opponitur gratia, macula autem non opponi-  
tur directe: sed tolum est priuatio eius, & tamen adueniente  
gratia, neesse est maculam tolli, vel cessare. Sic ut aduenien-  
te virtute visuā postquam perierat, vel nunquam fuerat, ne-  
cessē est tolli, vel cessare cœcitatem.

Est autem considerandum, quod licet macula sit priuatio  
gratia, & priuationes eiusdem speciei non multiplicentur in  
subiecto numeraliter, tamen ad quodlibet peccatum confe-  
quitor una specialis macula. Ratio est, quia macula non solū  
dicit priuationem gratia, sed etiam dicit habitudinem ad cau-  
sum, vel obstaculum per quod priuatur, & quia obstacula  
sunt tot, quos sunt peccata, tot sunt macula, quos peccata.  
Hoc tenet B. Th. de Aquino prima secundæ. q. 86. art. 1. in  
corpore & solutione ad primum argumentum. Et ob hoc di-  
cit, quod est de macula licet de umbra, quæ est priuatio lucis  
causata ex obiecto corporis, & secundum diuersitatem cor-  
porum obiectorum diuersificantur umbrae. Ab ista macula  
non dicitur aliquis absoluere, sed dicitur macula cessare, si adue-  
niente gratia, vel dicitur tolli, aut abstergi, vel purgari, vel re-  
mitti. Ita sunt verba, quibz communiter utuntur Doctores cir-  
ca maculam. De primo pater per Beatum Th. prima secunde  
q. 86. art. 2. in corpore. sed postquam reddit ad lumen diuinum,  
& lumen rationis, quod fit per gratiam, tunc macula cessat.  
De abstergi patet per Magistrum 4. Sen. dist. 18. c. 2. Sed que-  
ritur utrum fæcerdos culpæ maculam abstergat. de tolli patet per Sanctum Tho. prima secundæ. q. 86. art. 2. in solutione ter-  
tii arg. 1. Actus peccati facit distantiam à Deo, per quam qui-  
dem distantiam sequitur defectus nitoris, hoc modo sicut  
motus localis facit distantiam localem. Vnde sicut cessante  
motu locali non cessat distantia loci: ita nec cessante a-  
ctu peccati, tollitur macula. De remissione macula, siue pec-  
cati, quantum ad maculam, patet per Sanctum Tho. 4. Senten.  
di. 14. q. 2. ar. 2. De purgatione macula patet per Magistrum 4.  
Sen. di. 18. c. vlt. vbi dicit, quæ igitur macula manet, a qua im-  
purum purgatur. Et hoc sacerdotem reperit eo. c. vbi etiam dicitur  
macula lauari per metaphoram ad maculam corporalem.

Quintum in peccato secundum modum loquendi Magis-  
tri est tenebra, quam Sanctus Thom. non distinguit a ma-  
cula, sed dicit vocari maculam, & tenebras diuersa ratione, scilicet,  
quia cum anima à Deo auertitur perdit pulchritudinem  
spiritualem, & priuatio illa est macula. Et cum illa pulchri-  
tudo consisteret per diuinum lumen, & tenebra est priuatio  
huminis, vocatur etiam tenebra ista macula, de quo Sanctus  
Thom. 4. Senten. distin. decima octaua, quaest. 2. articulo. pri-  
mo. Quia tamen secundum Magistrum distinximus macu-  
lam à tenebra, dicendum quod tenebra manet in homine  
recedente gratia. Vnde licet transeunte actu peccati & etiam  
culpa, maneat tenebra cum macula quoque homo de pec-  
cato dolet, tamen cum dolere incipit & gratia conseruit,  
neesse est tenebram desinere. Quia cum tenebra sit quæ-  
dam priuatio diuinum lumen, & illud lumen est in nobis  
per gratiam, per quam anima irradiatur, & adornatur,  
sicut per quendam nitorem facies ornatur, neesse est

quod

D

E

F

A quod redeunte gratia, siue lumine diuinæ gratiæ, quod non differt à gratia, nisi secundum rationem: tenebra, quæ erat priuatio, cœlest, sicut adueniente virtute visua, cessat cœcitas.

Dicendum autem, quod ab iis tenebris non dicitur alius absoluī, nec reperiuntur doctores sic locuti, sed dicitur tenebra auferri, vel ab ea quis liberatur, vel curatur, aut pelletur, vel mundatur. De auferri patet per S. Tho. 4. Sententia dist. 18. q. 2. art. 2. in corpore, cum ait: Dicendum, quod macula obscuritatis ex interpolatione causata non potest auferri, nisi obstatum interpositum amouetur. Et vocatur macula obscuritatis tenebra peccati, & illa auferitur. De liberacione patet per Magistrum 4. Sent. dist. 18. cap. 2. cum ait: Patitur enim per peccatum quasdam tenebras interiores, & maculas, à quibus, nisi liberetur proiicietur in tenebras exteriores. Cum autem liberatur ab his, scilicet, tenebris suscitatur à morte peccati. Vnde Apostolus. Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Quod autem tenebra pellatur patet per Magistrum e. ca. cum ait: Solus enim Christus, & non sacerdos animam resuscitat, ac pulsis tenebris interioribus, & maculis eam illuminet. Quod tenebra carentur patet per Magistrum e. c. cum dicit: Cum peccator dupliger ligatus tenebra, scilicet, mentis contagione, & cœcitate, & debito pœnæ æternæ, alterum curari per Deum, alterum solui per sacerdotem. Et refertur curiarid cœcitatatem, siue tenebram, & soluiad debitum pœnæ æternæ. De mundatione tenebra patet per Magistrum e. c. scilicet, & pulsis tenebris interioribus, & maculis eam illuminat, & mundat. Et iterum ibidem dicit. Quia ut aiunt ipse interius animam à caligine maculaque peccati emundat, & caligo est ista tenebra, de qua loquimur.

Sextum in peccato est reatus, id est, obligatio, quod Magister Sen. di. 28. solet vocare debitum æternæ mortis. Et id est, quia debitum, & obligatio ad idem pertinent. Iste reatus manet post peccatum. & de hoc communiter dicitur, quod peccatum transit actu, remanet tamen reatus, id est, transit quantum ad actum, & remanet quantum ad reatum, quia reatus, id est, obligatio pro actu culpabili manet. Et iste reatus vocatur aliquando reatus culpæ, aliquando reatus pœnæ. Vocatur reatus pœnæ, id est, obligatio, quia formaliter sumus obligati ad pœnam. Vocatur reatus culpæ, id est, effectus culpæ, quia ex culpa directe sequitur obligatio ista ad pœnam, in quantum culpa est quædam priuatio ordinis vituperabilis, cui pœna correspondet. Vocatur interdum reatus maculae, vel macula reatus, in quantum aliquo modo reatus causatur propter maculam. Sic accipit Magister 4. Sen. di. 18. ca. 1. dicens: Ideo quanto cum ante pœnitudinem quippe cordis anima reatus maculam habeat. & factorem peccati, atque æternæ vltionis vinculo ligata existat, & ceter. & hoc etiam dicit sanctus Thomas 2. Sen. dist. 42. arti. 1. in corpore, cum ait: Pœna recompensat defectum in statu vniuersitatis, vel etiam reipublicæ propter ordinem iustitiae, qui in pœna apparet, non autem defectus quilibet ad pœnam obligatur. Ilicet sunt defectus quidam inuolutarii magis misericordiam, quam iram provocantes, sed illi solum defectus, qui ex actibus voluntariis relinquuntur pœnam merentur in eo, quod voluntarie defectum inducunt, vnde cum transeunte actu defectus remaneat oportet etiam, quod maneat reatus post actum. Idem patet ibidem in solutione 1. & 2. Argu. cum dicit. Ad primum dicendum, quod causa proxima reatus est defectus ipse per actum peccati inducetus, actus vero est causa remota. Vnde non oportet, quod transeunte actu reatus transeat, & non potest intelligi ibi defectus pro defectu circumstantiarum, quem semper culpam vocamus, quia illa non potest manere. Nam cu[m] circumstantia non fundetur, nisi in actu, non poterit esse circumstantia, nec priuatio circumstantiarum, nisi in actu, & quando actu est, sicut cu[m] potest visua in oculo sit, non poterit esse potest visua, nec cœcitas, quæ est priuatio illius, nisi quæ ad oculos est, ga alias est accidentes siue propriæ subiecto. Quod non est possibile, cum talia accidentia per solum subiectum accipiunt esse, & etiam rationem specificam largè loquendo, ideo non solum non potest cœcitas esse sine oculo per aliquam potentiam, sed etiam includit contradictionem. Intelligitur ergo de defectu, qui est carientia gratie, quam vocamus maculam, & non de defectu, qui est culpa. Nam defectus, quiescit macula, manet usque

ad contritionem de peccato. Defectus, qui est culpa transit cum ipso actu, cum sit accidens eius, hoc idem patet ex verbis prædictis sancti Tho. Nam ait in solutione 1. Arg. ibidem, quod causa proxima reatus est ipse defectus per actum peccati inducetus. Defectus autem circumstantiarum, qui est culpa, non est inducetus per actum peccati, quia quod inducitur per actum peccati est posterius actu peccati, & est effectus eius. Defectus autem circumstantiarum est in ipso actu, sicut cœcitas in oculo, quia circumstantiae sunt accidentia actus, ita priuationes circumstantiarum sunt accidentia priuationis actus, & sunt in eo, & non post eum. Ideo necesse est intelligi de defectu, qui est priuatio gratiæ, quia priuatio gratiæ est quidam effectus defectiuus, vel priuatius inducetus per actum peccati. Iste reatus, ut dictum est manet simul cum illo defectu gratiæ, id est, macula, & de hoc dicit Magister 2. Sen. di. 42. quod peccatum interdum transit actu, & manet reatus. Ille reatus propriæ nihil est, nisi obligatio ad pœnam, siue temporalem, siue eternam, sic ait Sanctus Tho. 2. Sen. di. 42. arti. 1. in corpore cum ait, dicendum quod reatus dicitur, secundum quod aliquis est reus pœnæ, & ideo propriæ reatus nihil aliud est, nisi obligatio ad pœnam. Accipitur autem reatus tripliciter, uno modo pro obligatione ad pœnam, ut dictum est, alio modo pro culpa, & aliquid pro pœna, ut pater per Magistrum 2. Sent. dist. 42. cum ait: Reatus autem multipliciter assumitur in scriptura, scilicet pro culpa, & pro pœna, & pro obligatione pœnæ temporalis, vel eternæ. Sic etiam tenet Sanctus Tho. ea. di. arti. 1. reatus nihil aliud est, quam obligatio ad pœnam. Et quia hic obligatio quadammodo est media inter culpam, & pœnam, ex eo, quod propter culpam aliquis ad pœnam obligatur, ideo nomen mediū transsumitur ad extrema, ut interdum ipsa culpa, vel etiam pœna reatus dicatur, ut in litera dicitur. Considerandum ulterius, quod secundum beatum Tho. interdum dicitur, quod culpa est causa reatus. De defectu, vel macula, quod idem est secundum Sanctum Tho. quod causa reatus. Patet 2. Sen. di. 42. arti. 2. in responsione ad primum arg. scilicet, Dicendum, quod causa proxima reatus est ipse defectus per actum peccati inducetus. Idem patet in solutione ad 2. arg. scilicet, dicendum, quod non solum, quia verum est dicere aliquem actu peccati quandoque egisse, ad pœnam obligatur, quia si sic esset, quandocumque esset verum dicere eum hoc fecisse, esset pœna obnoxius, sed quia defectus manet in ipso adhuc propter actum, quem prius egit, ideo tenet in arg. 4. eiusdem articul. quem ipse tenet postea pro veritate, cum ait: Si dicas, quod non manet reatus post actum propter effectum prædictum, sed maculam, contra, quia macula illa, si non sit dispositio, vel habitus, non potest esse aliud, quam gratiæ priuatio, sed priuatio gratiæ est communis omnibus mortalibus, ergo ex omnibus mortalibus manet una macula, & ita unus reatus, quod est falsum. Et istud tenet ipse, & responder ad hoc inconveniens in solutione 4. arg. ibi tenens, quod macula sit causa reatus, & tamen, quod singulorum peccatorum mortalium sint singulæ maculae, & singuli reatus, idem patet in corpore eiusdem arti. cum ait: Cum autem pœna sit mediana quædam, ut ait Philosophus 2. Eth. medicina vero non est, nisi contra defectum aliquem, oportet, quod ad pœnam pro defectu aliquo obligetur, & tamen obligatio ad pœnam vocatur reatus. Quod autem culpa sit causa reatus, tenet Sanctus Thom. eod. arti. in corpore, cum ait: Reatus nihil aliud est, nisi obligatio ad pœnam, & hæc obligatio quadammodo est media inter culpam, & pœnam, ex eo, quod propter culpam aliquis ad pœnam obligatur, ergo culpa est causa reatus. Idem patet per eum prima secunda. q. 87. arti. 6. in corpore cum ait: Actus enim peccati facit hominem reum pœnæ, in quantum transgreditur ordinem diuinæ iustitiae, & tamen ista transgressio, vel præstatio ordinis, siue debitum circumstantiarum est ipsa culpa, ut sepe dictum est. Ideo ipse vult, quod culpa faciat hominem reum. Idem patet prima secunda q. 87. arti. 7. vbi querit an omnis pœna sit propter aliquam culpam. Et responderet, quod sic, inducendo multa. Idem tenet 3. parte summæ q. 86. arti. 4. 1. arg. cum ait: Remota causa removet effectus, sed culpa est causa reatus pœnæ, &c. Etiam ibidem in corpore questionis dicit, quod in peccato mortali sunt duo, scilicet, auersio à bono incomutabili, & conuersio ad bonum commutabile. Ex parte autem auersio-

A nis à bono incommutabili consequitur peccatum mortale reatus pœnae æternæ, ex conuersione autem ad bonum commutabile, in quantum est inordinata, consequitur peccatum mortale reatus alicuius pœnae, scilicet temporalis. & tamen ista auerio, & conuersio sunt ipsa culpa, quia virtusque est priuatio debitum circumstanciarum. Et hoc tenet Sanctus Thom. eodem articulo in soluzione 1. argum. cum ait: Culpam mortalism habet virtusque, scilicet auerionem à Deo, & conuersionem ad bonum commutabile. Et ibi reperitur de reatu pœnae æternæ, & temporalis propter culpam ex parte auerionis.

Ista apparens discordia in verbis beati Tho. quæ non est in rebus tollitur per distinctionem de causa, quia cum dicitur, quod culpa est causa reatus, & quod defectus, vel macula sit causa reatus, utrumque verum est, sed non accipitur causa eodem modo utrobius. Et sciendum, quod reatus habet duplum causam, una est, ut fiat, vel producatur in esse, alia est, ut conferetur; & non facit totum eadem causa, sed dicitur, sicut omnes res artificiatæ, ut domus, & similia, & omnia naturalia producta, ut homo, & lapis habent aliam causam ad essendum, & aliam in essendo, vel conservando. Nam caula ad essendum est artifex in omnibus artificiatis, & in naturalibus est gignens, vel producens, quod vocamus efficiens. Causa in essendo, vel conservando in artificiatis est sola materia, quia forma artis non dat speciem, sed manet artificiatum in specie materie suæ, scilicet lapidis, ferri, vel ligni, & per illam conservatur. In naturalibus autem causa in essendo est materia, & forma simul, quia ambae complent essentiam compositi naturalis, licet forma det esse materię, ita in reatu. Habet enim unam causam, ut sit, & ista est culpa, quia directe ex culpa sequitur reatus, causa autem reatus in essendo, & permanendo, siue conservando non est culpa, sed macula, siue defectus, ut loquitur Sanctus Iohannes. Et patet hoc, quia si culpa esset causa in conservando ipsum reatum, necesse esset, quod aut reatus solum maneret, quasi per instans, aut in eternum, & utrumque est falsum. Patet hoc, quia aut reatus manebit, quia culpa actualiter manet, aut quia semel per illam esse coepit, etiam illa esse desinat, si primo modo, cum culpa, ut dictum est sit priuatio circumstanciarum fundata in actu, non manebit, nisi quandiu manet actus, & sic reatus solum esset quandiu duraret actus peccati in fieri, si secundo modo duraret reatus in æternum, quoniam postquam aliquis culpam commisit, erit verum in æternum, quod culpam commiserit, & nunquam poterit tolli, quin fuerit culpa commissa, ergo semper manebit reatus. Istam rationem facit Sanctus Thom. secundo. Sentent. distinct. 42. arti. 2. in primo, & secundo argum. cum ait. Videatur, quod post actum peccati reatus non maneat, cessante enim causa cessat effectus, sed aliquis non est reus pœnae, nisi propter actum, ergo post actum non remanet reatus. Si dicas, quod aliquis est reus pœnae, non solum quod facit, sed indifferenter, quia hoc facit, vel quia hoc fecit, contra manente causa manet effectus, sed ex quo aliquis actum peccati fecit, non potest illud non fecisse, quia ut, quod præteritum est non fuerit, eriam nec Deus facere potest, ut in primo libro dictum est distinct. 12. ergo nunquam aliquis à reatu culpe potest absoluiri. Et ista duo argum. tenet pro vero Sanctus Thom. ut patet ex solutionibus eorum. Oportet ergo dici, quod in efficiendo, vel creando reatum culpa sit caula, & tamen in conuersando reatum sola macula est causa. Et ita non durat reatus solum per instans, vel in æternum, quia durat quandiu durat macula, & ista manet quoniam per gratiam tollatur, scilicet, quando homo conueritur per contritionem ad Deum, qui est bonum incommutabile, à quo per culpam fuerat auerio, & tunc tollitur reatus pœnae æternæ. Sicut tenet Sanctus Thom. 3. parte Sum. quest. 86. arti. 4. in corpore questionis Sic etiam prima secundæ quest. 87. arti. 6. in corpore

Erit istam distinctionem, quam nunc dedimus de causa duplicitatis reatus innuitur per Sanctum. Thom. 2. Sen. dist. 42. arti. 2. in soluzione 2. arg. cum ait: Dicendum, quod non solum, quia verum est dicere aliquem actum peccati aliquando egisse, ad pœnam obligatur, ergo verum est, quod quia peccatum negit, scilicet propter culpam obligatur ad pœnam, & tamen non est ista tota causa, sed adhuc aliqua alia, scilicet

D macula. Et patet hoc ex verbis eius sequentibus, scilicet quia sic quandocunque verum esset dicere eum hoc fecisse esset pœnae obnoxius, sed quia defectus manet in ipso adhuc propter aetum peccati, quem prius fecit. Et sic culpam, & defectum ponit causas reatus, sed non possunt esse causæ in eodem genere, erunt ergo, sicut supra dictum est. Pater etiam ibidem ex responsione 2. argum. eius cum ait: Dicendum, quod causa proxima reatus est ipse defectus per actum peccati inductus, actus vero est causa remora, actus tamen non est causa reatus secundum se, sed secundum, quod in eo est quædam transgressio ordinis diuinæ iustitiae, ut patet prima secundæ quest. 87. art. 6. in corpore, & illa transgressio est culpa, ut dictum est, & sic culpa secundum Sanctum Thomam est causa remota reatus, scilicet in efficiendo, & defectus, siue macula est causa proxima, quia conseruat: vocat tamen ipse culpam causam remotam, id est priorem, vel antecedentem, quia non solum est causa reatus, sed etiam macula, ipsa vero macula, vel defectus est causa proxima, quia ita est causa reatus. Quod tamen sit causata à culpa, sicut respectu hominis geniti homo gignens, & corpora celestia, & intelligentia sunt causæ, solus tamen homo gignens est causa proxima, quia solum est causa causati, & non alterius cause.

Iste reatus, siue pœna æterna, siue temporalis est, à quo homo proprie absolvitur, vel à quo, dicitur non absoluiri, & non culpa, vel alicuius alio. De quo infra dicetur magis, quia istud est principium, quod intendimus, sc. quod à culpa non fiat absolutione propriæ loquendo, sed à reatu.

Septimum in peccato erat pœna correspondens, & ista non proprie dicitur esse in peccato, sed pro peccato, quia est aliquid leparatum & distans à peccante. Et pertinet à principio extrinseco in quantum est in involuntaria, & ista est minus pertinens ad peccatum, quam cetera predicta, quia cum aliquis peccat, necesse est, quod sint in eo omnia sex supra dicta, & octauum, de quo infra dicetur, & per seipso sequuntur nullo imponente illa. Pœna autem non est sic, quia non erit nisi quis illam infligat, & interdum peccata committuntur, & pœna nulla consequitur, sicut in hoc sæculo, licet omnia puniuntur in futuro, quæ hic impunita evaserint.

De pœna autem siue sit æterna, siue temporalis, quæ pro peccato debeatur. Dicendum est, quod proprie loquendo non tollitur, nec dimittitur, nec auferitur, nec ab ea quis absolvitur per Deum aut per sacerdotem, quia non potest tolli, nec dimitti nisi quod est, nec potest quis absoluiri nisi ab eo, quod est, & tamen quando homo ad Deum conueritur, aut quando per sacerdotem in foro pœnitentiali absolvitur, pœna nulla pro peccato inflicta est, æterna aut temporalis, ideo impossibile est, illam tunc remitti, vel hominem ab ea absoluiri. Aliud ergo est, à quo homo absolvitur per Deum, & per sacerdotem, & non pœna, de quo infra dicetur. Et hoc verum, his loquaris de pœna, quæ est remorsus conscientię. Nam, ut a Sancto Thom. prima secundæ, qu. 87. art. 1. in corpore, per peccatum fit homo reus triplicis pœnae, secundum quod homo prævaricatur tres ordines, quibus subiicitur. Est unus ordo rationis: alius ordo economicus, vel politicus, qui est, humana communicationis, alius est ordo universalis diuini regiminis, pro primo est, quædam peccati pœna, quæ a seipso scilicet, conscientia remorsus, de qua dicit August. in lib. confessio. Iustisti Domine, & sic est, quod pœna sit sibi omnis inordinatus animus. Ista pœna sequitur immediate post peccatum, in quibusdam hominibus, in aliis autem nunquam est, sicut in illis, qui venerunt in profundum malorum, qui cum male fecerint, gloriantur. Habeant autem in inferno istum remorsum pro pœna. Sapien. 5. & Isaï. vltim. scilicet. Veritas eorum non morietur &c. Et loquitur de verme conscientię, quem remorsum appellamus. Et tamen in hominibus illis, in quibus ista pœna remorsus sequitur immediate post peccatum, non operatur aliquid Deus circa istam nec sacerdos, sed pœna æterna est, circa quæ Deus solus operatur direkte remittendo obligationem ad illum, pœna temporalis est, à cuius obligatione in toto, vel in parte absolvit sacerdos per claves. Pœna autem remorsus in præsenti sæculo, sicut per rationem eaculatur, ita per rationem esse definit modo naturali, & ad hoc claves Ecclesiæ nihil operantur, nec operari est conueniens. Sicut etiam postquam

A homo absolutus est, de peccato, dolet homo, quia peccauit, & tamen ista tristitia non tollitur per Deum, nec per claves Ecclesiae.

Octauum, & ultimum in peccato est, habitus vel dispositio, quae ex peccato causantur, quando est peccatum actualis. Et vocatur pronitas ad malum. De quo sanctus Thom. 3. Sen. dist. 3. art. 1. in corpore. idem 2. Sen. dist. 42. art. 1. in 4. arg. idem prima secundæ. q. 86. art. 1. in 3. arg. in contrarium. Ista pronitas ad malum, siue sit habitus, siue dispositio non tollitur per virtutem sacramentorum, nec per actus ministrorum, & etiam Deus non tollit eam in quantum operatus in sacramentis modo communis. Et patet hoc, quia sacramentum baptismi perfectius operatur quam sacramentum penitentiae, quia per baptismum non solum maculae peccatorum tolluntur, & infunditur gratia, sed etiam omnis tollitur obligatio ad penitentiam, & baptizatus manet omnino liber. In sacramento penitentiae non tollitur tota pena debita, id est, tota obligatio penitentiae ex virtutibus sacramenti communiter aut regulariter, nisi aliquando per accidens fiat propter abundantem contritionem, aut alias causas, & tamen in baptismate non tollitur fomes peccati, nec pronitas ad peccandum in baptizatis, qui ante baptismum circa prava conuerterebantur. Sicut patet in nouiter contuersis ad Christum: à fortiori ergo erit in sacramento penitentiae. Et appareat manifeste, quia aliqui confitentur de peccatis, ad quae post confessio nem illico redeunt propter inclinationem manentem ex pristina conuersatione. ista autem per sacramentum non tollitur, nec minister Ecclesiasticus potest quicquam super illam ex virtute clavium. Deus autem potest tollere illam delendo omnino, cum nihil sit ei impossibile, & tamen regulariter non tollit illam, licet gratiam conferat, quando remittit peccata. Si autem aliquando tollat illam, hoc fit ex speciali gratia, non ut concurrit cum sacramento, & ministris ecclesiasticis, nec etiam, ut per se dimittit peccata, sed tanquam ex superabundanti, & quasi ex priuilegio istud bonum nobis praestans. Sicut, cum Deus facit aliquem impeccabilem confirmando eum in bono, quod pure ex priuilegio est. Ratio autem quare Deus dimittendo ista peccata, non tollit istam pronitatem communiter est duplex: prima, & precipua est, quia Deus iustificans hominem tollit per gratiam id, quod secutum est ex actu, in quantum est inordinatus, & est peccatum. Et sic sunt macula, & offensa, & reatus, & tenebris interiores, quæ omnia tolluntur cum homo ad Deum conuerteretur, & ipse ei gratiam infundit. Pronitas autem ad peccandum non cauatur ex actu peccati, in quantum peccatum est, scilicet, ut est deordinatus siue contra aliquam legem, sed cauatur naturaliter in quantum naturale est, ex quolibet actu gigni dispositionem ad actus alios eiusdem speciei. Ethicorum. & nihil est magis in speciebus virtutum quam vitiiorum. Ipsum autem, quod naturaliter causatur, naturaliter potest destrui, & non oportet destrui per actum Dei. De macula, & reatu, & offensa secus est, quia per actum hominis non causantur naturaliter, ideo per nullum actum hominis contrarium tolli possunt, & ob hoc necesse est, quod per actum Dei infundentis gratiam tollantur. Ista autem pronitas ad peccandum, siue sit habitus, siue dispositio, cauatur naturaliter per assuetudinem, ideo potest tolli naturaliter per assuetudinem, ad contrarium, Deus ergo non tolleret haec, sed relinquit nobis, ut nos ipsi nitamur in contrarium, & per nos ipsos naturaliter tollamus illam pronitatem.

Secunda causa est, quia Deus id, quod agit iustificando impium, est infundere gratiam, & per illam peccatum remittitur, & impius fit iustus, ideo necesse est, quod omnia, quæ repugnant formaliter gratia gratificant, & secuta sunt ex peccato, tollantur tunc, quia alias esset ponere duas formas contrarias simul in eodem vel priuatione oppositas, quod est impossibile, & naturaliter contraria se expellunt. Si autem aliquid secutum est ex peccato, etiam in quantum peccatum est, & illud non directe repugnat gratia gratificant, illud manet saepe cum gratia, & non tollitur per iustificationem impii.

De primo pater, quantum ad maculam, quia cum sit priuatio gratiae impossibile est, illam manere collata gratia, tolluntur ergo omnes maculae peccatorum per gratiam. Idem

D est, de offensa, quæ tollitur per gratiam adhuc magis directe, quam macula, quia offensa formaliter opponitur gratiae. Quia per hoc aliquis dicitur alteri offensus, quod repellit eum à gratia sua, ut ait Sanctus Tho. 3. parte summæ, q. 86. art. 2. in corpore, ideo tollitur per gratiam. Idem est de reatu pena. ipsa namque pena secundum se non repugnat gratiae, quia stat hominem esse in gratia, & sustinere multas penalitates, sicut erat de sanctis, & quotidie accidit: sed repugnat gratiae pena aeterna. Non quidem formaliter, vel naturaliter: sed ex lege Dei, qui illa pena pro nullo statuit nisi pro inimico: quia qui est in gratia non est inimicus: non potest esse reatus, vel obligatio penitentiae aeternæ, cum gratia; ideo gratia à Deo collata ad iustificationem impii etiam ipsum reatum penitentiae aeternæ afferit. De secundo patet, quantum ad reatum penitentiae temporalis. Nam pena absolute, & etiam pena temporalis non opponitur gratiae gratificanti. ideo postquam Deus dimittit homini peccata conferendo gratiam, adhuc relinquit eum obligatum ad penitentiam temporalem, ut ait Sanctus Tho. 3. parte summæ, q. 86. art. 4. per rororum, & prima secundæ, q. 87. art. 6. per totum. Ita etiam est de pronitate ad peccandum, siue sit habitus siue dispositio, quia non repugnat gratiae, & potest homo stare in magna charitate manentibus his: ideo non tolluntur à Deo hęc cum gratiam infundit. Et patet hoc, quia laus, & virtutem in nobis est propterea actus, & non propter habitus, & mereri & demereri in actu est, & non in habitu, nec dispositione. Sic enim est etiam in moralibus, quia propter actus est honor, & premium, & non propter habitus: primo Ethicorum. scilicet. In olympiadibus non fortissimi quique, sed pugnantes coronantur. Et sic poterit aliquis habere malum habitum, & facere bonum actum, & merabitur: & è contrario aliquis habebit bonum habitum, & faciet malum actum, & demerabitur. Patet hoc in homine, qui semper fuit malus, & nunc conuerterit ad Deum. Nam per primum actum conuersationis est in charitate, & Deo acceptus meretur, & tamen iste habet omnes illos habitus malos, quos prius habuit. Nam cum sint habitus, & gigantur per plures actus, non poterunt debeti similiter, nisi per multos actus contrarios. Sic etiam aliquis male operans est inlustriatur, & tamen est temperatus. Patet de illo, qui semper fuit bonus, & postea peccat. Nam in primis peccatis manet adhuc in bonis habitibus, qui non posunt per vincum actum deleri, & sic non est necesse, quod per infusionem gratiae à Deo tollatur pronitas ad peccandum, quia non opponitur gratiae: unde aliquando tollitur non collata gratia, & aliquando collata gratia non deletur. De primo patet, ut si quis peccat mortaliter circa auaritiam, & postea non rediendo ad Deum, peccat circa prodigalitatem, quæ sunt vitia opposita, tollitur pronitas, quia prius erat circa auaritiam, & inducitur pronitas ad contrarium, & tamen in his non interuenit gratia, sed transiit de malo in malum. Et sic non oportet quod pronitas ad peccandum tollatur per gratiam, cum æqualiter possit tolli per aliud vitium. De hoc Sanctus Tho. prima secundæ, q. 86. art. 1. in 3. arg.

F Ratio autem quare per claves sacerdotiales non tollatur pronitas consecuta ex peccato est prima, supra assignata, scilicet, quia pronitas ista cauatur naturaliter: claves autem sunt contra illud, quod cauatur directe ex peccato in quantum est peccatum: ideo per claves, nec tollitur ista pronitas, nec minuitur. Alia ratio secunda, scilicet, quod ista pronitas non repugnat gratiae, non facit ad propositum, quia per claves non tollitur solum quod gratiae repugnat, sed etiam quod non repugnat illi. Nam pena temporalis debita pro peccato post contritionem non repugnat aliquo modo gratiae, & tamen tollitur, vel minuitur per actum clavium sacerdotium. Solum ergo non tollitur, quia naturaliter cauatur, & non directe ex peccato, in quantum est peccatum: & propter hoc non solum non tollitur illa pronitas per gratiam iustificantem, sed etiam est magna difficultas post confessionem, & absolutionem vitæ contra illam pronitatem. Hoc est autem, quia illa pronitas quasi naturalis est inclinatio cum causetur ex consuetudine, & consuetudo est altera natura. 7. Ethic. ideo sicut resistere naturali inclinationi est magna difficultas, ita resistere tali pronitati. Sic dicitur Ier. 13. Si potest æthiopos mutare pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum, q. d.

sicut

A sicut est impossibile Aethiopi mutare pellem suam, & pardo varietatem, quia ista naturalia eis sunt: ita & vobis est difficile bonum facere, cum malum sit in vobis quasi connaturale, quia illud didicistis per afflictudinem.

## CAPUT VI.

In quo ostenditur de modo loquendi circa peccatum, & quare nemo absoluatur à culpa, & quare non à pena, & in quo sensu posset concedi, quod absoluatur quia à culpa, & à pena.

N Vac considerandum est de principali, scilicet, quo modo à culpa necessario absoluatur, nec etiam à pena: sed aliud est à quo homo proprie absoluatur, quando ei peccata dimittuntur. Pro quo sciendum, quod scriptura sacra nunquam vtitur isto modo loquendi, scilicet, quod quis absoluatur à culpa: vtitur autem istis verbis circa peccatum, scilicet, dimittere, & auferre, & remittere, & tollere, & delere, & relaxare, & donare. De 1. patet Marci. i. Cum Christus dixit, Fili dimittuntur tibi peccata tua. Et Iudei dixerunt, Quis potest peccata dimittere, nisi filius Deus? Et Christus iterum dixit, Quid est facilius dicere paralytico: dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, surge, & c. idem Matthæi. nono & Lucæ quinto.

B De secundo patet, quia dicitur Exo. 34. scilicet, Qui custodis misericordiam in millia, qui auferas iniquitatem, & scelerat atque peccata. Et iterum ibi: Si inueni gratiam in oculis tuis, obsecro te, vt gradias nobiscum: populus enim duræceruicis est, & auferas iniquitates nostras atque peccata, nosque possideas. Et Num. 14. dicitur: Dominus patiens, & multæ misericordia, auferens iniquitatem, & scelerat.

D tertio patet Matth. 9. scilicet. Confide fili remittuntur tibi peccata tua. Idem Luc. 5. & Io. 20. dicitur: Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Et Matth. 12. dicitur, Omne peccatum blasphemie remittetur hominibus: spiritus autem blasphemie non remittetur: & quicunque dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei: qui autem contra Spiritum sanctum non remittetur ei nec in hoc seculo, nec in futuro. Et ex hoc venit remissio peccatorum, quam dicimus fieri per Christum benedictissimum. Aet. 10. scilicet, Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius. Et ad Heb. 9. scilicet, Omnia pene in sanguine mundantur secundum legem, & sine sanguine non fit remissio peccatorum. Et Mar. 1. dicitur, Fuit Ioannes in deserto baptizans, & prædicens baptismum pœnitentiarum in remissionem peccatorum.

E De quarto patet Ioan. 1. scilicet, Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Et Iai. 53. Et ipse peccatum multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. Licet hic posset accipitulit, scilicet, toleravit pœnam pro peccatis nostris, & illud non est tollere nobis peccata, sed soluere premium pro peccatis nostris, per quod possunt peccata tolli. Et auferri peccata, & tollere idem sunt, & secundum eandem rationem importatur res ista sub utroque verbo.

F De quinto, scilicet, delere patet, Iai. 43. scilicet, Ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me. Et Actu. 3. dicitur: Pœnitentem ingitur, & conuertimini, vt delectant vestra peccata. Et ad Colos. 2. dicitur: Delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. Et istud est delere peccata, quia chirographum illud erat obligatio ad mortem æternam pro peccato.

G De sexto patet, quia dicitur. Relaxa facinora plebi tuae Israel, id est, remitte peccata populi. De septimo, scilicet, donare, patet, quia ad Col. 2. dicitur: Donans nobis omnia delicta, & delens, quod aduersum nos erat, chirographum decreti, id est, remittens delicta. Ita proprie dicuntur de peccatis sine metaphora aliqua. Interdum tamen quis dicitur lauari de peccato, & peccata fieri candida, sicut dicitur Psal. 50. Asperges me hydropo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor, & Iai. 1. dicitur. Si fuerint peccata tua, vt eocinum, quasi nix dealbabuntur. Sed ista est metaphoræ, quasi peccata essent quædam fôrtes corporum, vel quædam corpora immunda, soluere autem non reperitur in scriptura prædicari de peccatis. Et si obiciatur, quod Matthæi 16. dicitur: Quodcunque solueris super terram erit solutum, & in ca-

lis, seu in celo. Dicendum, quod non prædicatur soluere de peccato, vt aliquod peccatum dicatur solui, sed prædicatur de homine, ita vt homo dicatur solui de peccato, vel de vinculo. Maxime, quia illud, quod soluitur est, quod ligatur, vel ligari potest, & tamen peccatum non ligatur, sed homo ligatur in peccato, vel per peccatum, ideo non est peccatum, quod soluitur, sed homo de peccato soluitur. Absoluere autem, quantum ad peccata nunquam reperitur in sacra Scriptura, ita quod nec peccata absoluuntur, nec aliquis ab eis. Ita autem dixi, vt videatur, quod si quis dicat, quod homo non absoluitur à culpa, quod non ideo putetur, quod faciat contra aliquem modum loquendi sacra Scriptura, cum scriptura nunquam hoc modo loquatur de peccatis, licet multis aliis modis loquitur. Et non solum non est contra aliquem modum loquendi repertum in sacra Scriptura, si dicatur, quod nemo à culpa absoluatur, sed etiam dicendo, quod nemo absoluitur à peccatis, cum in tota sacra Scriptura nunquam reperiatur iste modus loquendi, & tamen concedendum est, quod homo absoluitur à peccatis, quia propositio est vera, & proprie secundum rationem terminorum, ista autem non est propria locutio, scilicet, absoluatur à culpa, vt infra dicitur. Considerandum vltius, quod de peccatis non est semper unus modus loquendi quantum ad eorum remissionem quia à principio in peccato nihil distinguebatur, iō cu dimittebatur peccatum non dicebatur dimitti culpa, vel offensa, vel reatus, vel aliquid aliud, sed dicebatur sic in cōfuso, qđ dimittebatur peccatum, vel tollebatur, vel auferbatur. Quod patet in omnib⁹ locutionibus supra positis de exemplis S. Scripturae, in quibus dicitur dimitti peccatum, vel iniquitas, aut facinus, nihil distinguedo in peccato, nisi raro. Et tunc omnes illæ locutiones sunt verae, & propria, quod peccatum dimittatur, vel remittatur, aut tollatur, vel delectatur, vel esse cesset, vel ab eo homo absoluatur, quia cum in peccato multa sunt, una locutio competit propter unum, & alia propter alterum, & omnes erunt propriæ. Secus autem si vellemus inter se distingue re ea, quæ in peccato sunt, & de quolibet dicere omnes illas locutiones, quia tunc quædam essent false propria locundo. Postea vero procedente tempore, doctores distinxerunt aliqua in peccato, non, quod illa prius non essent, sed quia à priori seculo non considerabantur. Sicut est de scientiis, & de earum complementis, quæ quotidie inueniuntur, quia tempus bonus cooperator est harum, primo Eth. Et sacra Scriptura non vtebatur his distinctionibus in peccato, quia loquitur secundum consuetudinem temporum, & gentium, in quibus, & quibus darunt, vt facilius intelligatur. Isti autem distinxerunt in peccato culpam & pœnam, & nihil aliud, & ratio est, quia peccatum malum quoddam est, & tamen malum rationalis creaturæ sufficienter distinguitur per pœnam, & culpam, vt probat Sanctus Tho. 2. Sen. di. 35. arti. 1. in corpore. Et dicitur in peccato totum, quod est voluntarium, siue in quantum est voluntarium aut sequitur directe ex voluntario, pœna autem dicitur, quod est inuoluntarium, vel in quantum inuoluntarium. Et sic dicit Aug. & allegatur ibidē per S. Tho. scilicet, omne malum nostrum est, vel quod agimus, vel quod patimur. Sed malum, quod agimus culpa est, malum quod patimur pœna est. Isto modo culpa generaliter sumpta dicit omnia septem à nobis supra posita, scilicet, aet. et cetera peccati, & culpam, offendam, maculam, tenebras, reatum, & pronitas ad peccandum, quia omnia ista sunt, quæ nos agimus, vel directe sequuntur ad id, quod agimus. Pœna autem sola est extra hæc, quæ inuoluntaria est, quam non agimus, sed patimur. Nec etiam directe ex nostris actibus sequitur, sed solum propter ordinationem Dei volentes ordinare culpam per pœnam. Isto modo accipiendo culpam cedo, quod Deus absoluat à culpa, & sacerdos etiam absoluat à culpa, & necessario concedendum est, quia est vera, & propria locutio. Nam cum culpa sic sumpta contineat se p̄ se p̄dicta, continet inter illa reatum, à quo proprie quis absoluitur. Immo à nullo alio, nisi à reatu quis absoluitur, ideo à culpa vere sic homo absoluitur, quia culpa est ipse reatus. Et dico, quod Deus absoluat hominem à culpa, quia quando infundit gratiam instificando impium absolvit à reatu mortis æternæ, qui reatus isto modo culpa dicitur: ideo à culpa absoluatur. Sacerdos quoque quilibet auctoritate clatuum hoc modo absoluat à culpa, scilicet, à reatu pœ-

Culpa  
includit  
omnia,  
qua sit  
in pœca  
to pro  
ter pa  
nam.

**A** nō temporalis. Nam per auctoritatem clavium, quādam pars pœnæ debita tollitur, quā temporaliter toleranda manebat. Post hanc vero procedente magis tempore, doctores inuenierunt plures distinctiones in peccato, & ponunt octo, quā nos supra enarravimus. Et ista octo non sunt à nobis nouiter excoxitata, vel adinuenta, sicut quidam maligni, & immeriti calumniabantur, sed omnia per ipsos veteres, & modernos, & potissimum per sanctum Thom. in diuersis locis disperse posita sunt, ut patuit supra allegando de singulis eorum. Hoc modo accipiendo stricte culpam distinctam contra cetera septem, non est verum, quod homo absoluatur à culpa, immo non est possibile, sed includit contradictionem. Et hoc est verum, quod Deus non absoluat à culpa, nec aliquis sacerdos absoluere potest. In hoc autem nemo turberetur de his, qui ad paucā aduentunt, vel modis loquendi grossis detinunt. Et pro hoc sciat, quod ego non pono aliquid manente in peccato, vel de peccato, quod non tollatur per Deum, vel sacerdotem, vel pœnitentem, aut per se esse cesset, quia alias quocunque de omnibus octo supra nominatis manente non possit homo consequi vitam æternam, & tamē multos firmissime credimus assicuros fuisse vitam æternam, & plures quotidie assequi, in qua spe, & nos viuimus, & tamen nō est necesse, quod si nihil de peccato manere debet, quod ab omnibus, quā in peccato sunt, homo absoluī debeat, quia

quādam sunt quorum conditioni repugnat, quod homo absoluatur, licet tolli possunt, vel colligere per se. Et cum dicimus, quod Deus non absoluat à culpa isto modo, non est putandum, quod Deus non possit absoluere, quasi ad hoc deficiat ei potestas, cum tamen infinita possit, potissimum, quia si culpa aliquid esset, à quo homo absoluī possit, aut deberet, nihil facilius erat, quam quod Deus ab illa absoluere, vel illum tollereret. Cum enim quilibet possit dimittere omnia, quā contra eum facta sunt, poterit Deus à fortiori culpam, & omnia, quā contra ipsum facta essent, tollere. Nec etiam est putandum, quod Deus à culpa absoluere possit, & nolit, quia tunc maneret culpa ligans hominem, & sic non possemus habere unquam vitam æternam. Sed dicitur, quod Deus non absoluat à culpa, scilicet quia ipsa culpa nō est aliquid, de quo homo absoluī possit, vel debeat, sicut est verum, quod Deus non potest absoluere lapides de peccato, non quidem quasi Deus non habeat potestatem ad absoluendum quidquid ab solui potest: sed quia lapis non potest absoluī: nec habet aliquid, de quo absoluatur.

**C**ausam autem, quare à culpa nemo potest absoluī, est duplex: prima est, quia non potest quis absoluī, nisi ab eo quod est, nam ridiculum esset dici, quod absoluetur homo ab eo, quod nihil omnino est, quia tunc nihil magis esset absoluere quam non absoluere, culpa tamen non manet eo tempore, quo absoluere fit, ergo ab ea nemo potest absoluī. Patet hoc, quia absoluere fit per Deum, & fit per sacerdotem, & tamen culpa prius est quam aliqua istarum absolucionum fiat. Pater, quia Deus dicitur absoluere hominem à peccato, quando conuertitur per contritionem, & Deus infundit ei gratiam iustificantem, tunc enim non manet culpa, sed iam desit esse: cum culpa non sit, nisi priuatio circumstantiarum debitum in esse in actu: siue deordinatio quādam, ut supra dictum est. Et ista priuatio fundatur in actu positivo tanquam in subiecto proprio: sicut cæcitas in oculo, ideo impossibile est, quod maneat ista priuatio, quando non manet actus peccati. Vnde culpa solum manet actualiter quandiu manet actus, illo autem cessante, culpa iam nihil est, scilicet, nec eis priuatuum, nec positivum, & tamen quando Deus absoluī per contritionem, iam non est actus peccati, sed transiuit, & postea homo doleret de illo. Et sic quando Deus absoluī hominem à peccato, iam non manet culpa, ergo non potest homo absoluī de culpa. Patet assumptum, quia culpa proprie sumpta non est, nisi illa priuatio circumstantiarum, ut supra diximus. Et hoc tenet sanctus Thom. 2. Senn. distinc. 35. articul. 1. in solutione tertii arg. cum ait, malum culpe consistit in defectu actus, secundum quod deficit à debito fine, vel debitum circumstantiis. Idem patet per sanctum Thom. 3. parte summa. quāst. 86. articul. 4. in solutione primi arg. cum ait, dicendum quod culpa mortalis habet auctorionem à Deo, & conuersionem ad bonum commutabile, & tamen auctorio, & conuersio lunt ipsa priuatio

debitarum circumstantiarum, scilicet, in quantum homo avertitur ab eo, à quo non debet averti, scilicet, à Deo, & conuertitur ad id, ad quod non debet conuerti, scilicet, ad bonum commutabile. Quod autem culpa non maneat tempore, quo Deus hominem absoluī, patet quia Deus absoluī hominem, quando infundit gratiam iustificantem, per quam tollitur macula, ut ait sanctus Thom. prima secundæ. quāst. 86. articul. 2. in corpore. Et sic antequam Deus maculam tollat, nihil facit de remissione peccatorum, vel absolutione, cum Deus ibi nihil faciat, nisi per gratiam, & tamen quando macula tollitur culpa iam non est, sed esse cessauit, ergo circa culpam Deus nihil agit. Patet hoc per sanctum Thom. prima secundæ. quāst. 87. ar. 6. in corpore, cum ait, dicendum, quod in peccato duo considerari possunt, scilicet, actus culpe, & macula sequens. Et sic post culpam est macula, & non manent ambo simul. Idem patet clarius in corpore eiusdem articuli, cum ait. Vnde macula peccati ab homine tolli non potest, nisi voluntas hominis ordinem diuinæ iustitiae acceptet, ut, scilicet, vel ipse pœnam sibi spontaneus afflumat in recompensatione culpe præterite. &c. Et sic patet, quod culpa iam præterita est, quando macula tollitur per gratiam, & ante gratiam nihil Deus operatur in homine pœnitente, cum per gratiam ei peccatum remittatur, & ante gratiam nihil sit remissum. Ergo ad culpam tollendam Deus nihil operatur, sed ante operationem eius ipsa esse cessat, ergo Deus non absoluī a culpa.

**E** De sacerdotibus autem, quod non absolvant à culpa est magis clarum, quia absolutio sacerdotalis est post absolutionem Dei, scilicet postquam homo doluit de peccato, & confessus est illud, & tamen Deus non absoluat à culpa, vi dictum est, quia illa esse desinit antequam Deus absoluat hominem à peccato, ergo à fortiori sacerdotes ab illa absoluere nō poterant. Hoc quidem nō ex defectu potestatis clavium, sed quia culpa iam esse desinit, & claves non possunt habere actū suū super non ens simpliciter, sed super ens aliquo modo. Istim quoque sententiam tenet sanctus Tho. 4. sen. di. 14. q. 1. arti. 6. nam cum arguit, quod pœnitentia non possit esse de peccatis, quia præterita sunt, respondet in solutione tertii art. quod fit pœnitentia de eo, quod præsens est, quia quamvis peccatum sit præteritum quantum ad actum, tamen quantum ad effectum, vel reatus, vel macula, vel offensa diuinæ manet.

**F** Si ergo homo non pœnitet de præterito, sed de præsenti etiā & a fortiori non absoluetur de præterito, sed de eo quod manet. Etiam ex ipsa litera sancti Tho. apparet, quod quando facimus, vel facere possimus pœnitentiam de peccato nō manet culpa, quia ipsa enarrat ibi ea, quā de peccato manent & inter illa non ponit culpam, sed solum maculam, offendam & reatum. Et dicit quod post actum peccati ista manebant, in quo inauit, quod culpa non manet post actum peccati, sed cum actu esse desinit, quia fundatur in eo sicut accidentis priuatiū in eo, cuius est. Et hoc modo non solum absoluītur quis à culpa, nec deletur, nec tollitur, nec dimittitur, nec auferitur, quia istud fieret per Deum, vel per sacerdotem, quia nullus aliud ibi operatur, & tamen culpa desinit esse antequam Deus aliquid operetur circa peccatorē, qui cōuertitur, & antequam sacerdos operetur, ut supra probat̄ est, ergo nec tollitur aec dimittitur, nec auferitur per Deum aut sacerdotem, sed ipsa esse cessat ante operationē istorū. Quo autem sanctus Th. dicit sepe culpa remittiā a Deo, dicitur infra. Secunda ratio quarē à culpa nemo absoluī potest, est, quia soltere vel absoluere dicit secundū propriā rationē tollere vinculum, sed ipsa culpa non dicit rationē vinculi, sed potius priuationē quandā. ergo à culpa nemo absoluīt. Ideo etiā si culpa maneret post actū peccati, quando Deus infundit homini gratiā aon absoluere tur homo à culpa, sed remitteretur, vel tolleretur, sicut dicimus de offensa, & macula, quā manēt. Prima pars patet, quia solueret, vel absoluere, & ligare opponuntur. Marth. 18. quod cuncte ligaueritis, erit ligatum. Idem Marth. 16. & tamen ligare est ponere vinculum, ergo solueret, vel absoluere est tollere vinculum. Idem patet Tobiae tertio, scilicet, peto Domine, ut de vinculo improprieti huic absoluas me. Et sic dicitur homo absoluī de peccatis inquantum peccata sunt quādam vincula, vel in eis sunt aliqua vincula, sic patet Proverbior. 5. scilicet, iniquitates sive ca-

A priuatum impium, & funiculo peccatorum suorum quisque constringitur. Eadem est sententia Magistri 4. Sen. dist. 18. c. 2. sc. Video quo vinculo eum ligat, sc. temporalis pœna, sed non video à quo eum absoluat, i. vinculo, & ideo quare, ante pœnititudinem quippe cordis anima reatus maculam habet, & factorem peccati, atque à eternæ vltionis vinculo ligata existit. Idem tenet Sanctus Thomas 3. parte summæ q. 84. art. 3. in corpore, cum ait: sacramentum pœnitentiae non consistit in consecratione alicuius materiae, nec in vsu alicuius, &c. sed magis in remotione alicuius materiae, sc. peccati, prout peccata dicuntur esse materia pœnitentiae, talis autem remotione peccatorum signatur à sacerdote, cum dicitur: ego te absoluo. Nam peccata sunt quædam vincula, secundum illud Proverbii. iniquitates sua capiunt impium, & funibus peccatorum suorum quisque constringitur.

Secunda pars, sc. quod culpa non dicat aliquid vinculum, patet, quia culpa dicit priuationem circumstantiarum debitarum inesse, vt supra dictum est; dicit ergo ratione priuationis, & non rationem vinculi, maxime, quia priuatione non estens posituum, sed priuationum, vinculum autem est ens posituum, siue sit ens reale, siue sit ens rationis, ideo à culpa non posset quis absoluiri, etiam si illa maneret tempore, quo homo absoluitur à Deo de peccato, vt dictum est. De pœna etiam dicendum, quod non potest quis absoluiri à pœna propter duas rationes supra positas, de culpa, que quasi pœna conueniunt. De prima patet, nam dicebamus de culpa, quod nemo absoluiri potest, quia illa iam non est, quando Deus aut sacerdos hominem absoluiri, sed præterit, è contrario de pena dicitur, sc. quod homo non possit absoluiri ab illa, quia quando à Deo, aut à sacerdoti absoluiri, pœna nondum est, nec eterna, nec temporalis, absoluiri tamen non fit de eo, quod nihil omnino est. De secunda ratione patet, quia sicut non potest quis absoluiri à culpa, quia illa non dicit rationem vinculi, ita nec poterit absoluiri à pœna, quia pœna non dicit rationem vinculi, nec pœna est vinculum, sed ad pœnam est vinculum, sc. obligatio quædam ad tolerandum eam. Solus autem reatus in peccato est, à quo absoluiri, quia isti competunt duas conditiones necessariæ de absolutione, scilicet, quod maneat eo tempore, quo Deus, vel sacerdos absoluiri, & quod dicat rationem vinculi. Primum patet quia reatus manet, quando homo pœnit de peccato, vt ait Sanctus Thomas 4. Sen. di. 14. q. 1. art. 6. in solutione tertii arg. Nunc sic manet, quando Deus hominem absoluiri, & ab ipso reatu, sc. mortis eternæ Deus absoluiri proprie. Manet etiam reatus tempore, quo sacerdos absoluiri, quia manet reatus pœnae temporalis. Ut à parte illius absoluiri sacerdos, vt ait Sanctus Thomas 2. Sent. dist. 42. art. 2. & prima secunda q. 87. art. 6. & tercia par. sum. q. 86. art. 4. & 5. per totum. Secundum patet, quia reatus propriæ dicit rationem vinculi, cum nihil aliud sit reatus, nisi obligatio ad pœnam, vt S. Thomas 2. Sen. dist. 42. art. 2. in corpore, & in 2. art. in contrarium. obligatio autem est vinculum, quia obligatio est magna, vel talis ligatio, & à ligando dicitur. Item quia vt ait S. Thomas 3. parte summæ q. 84. art. 3. in corpore, à peccatis dicitur homo ab illo, in quantum peccata sunt quædam vincula, & tamen in omnibus, quæ sunt in peccato, sc. octo supra enarratis nihil est, quod habeat, vel distinctionem vinculi, nisi reatus, ideo ab eo solo homo absoluiri, siue à Deo, siue à sacerdote. Iustum modum loquendi seruat semper Magister 4. Sen. dist. 8. Nam cum loquatur de diuersis, quæ sunt in peccato, nunquam de aliquo eorum dicit, quod homo ab illo absoluiri, nisi de debito mortis eternæ. Nam de hoc dicit ligare & soluere, & tamen debitu mortis eternæ nihil aliud est, quam reatus vel vinculum, sic etiam ipse dicit vocans eum vinculum eternæ mortis. Patet, cum dicitur, autem pœnititudinem quippe cordis anima reatus maculam habet, & factorem peccati, atque à eternæ vltionis vinculo ligata existit. Et iterum, ea. di. c. 2. dicitur, vt maculam absterget, vel debitum eternæ mortis soluere valeat. Et iterum ibidem, scilicet peccator ligatus teneatur in tuis cotagione, & debito eternæ pœnæ, alterum curari per Deum, alterum solvi per sacerdotem, scilicet debitum solvi, vel absoluiri aliquem ab eo. Et iterum ibi, scilicet debitum vero pœnae eternæ soluere concessit sacerdotibus. Ethoc sepe dicit. De aliis autem, quæ sunt in peccato, scilicet, macula, offensa, tenebris, non dicit solvere, vel absoluere, sed purgare, emundare, tollere, & remittere.

B & sic absolutione solo reatu dicitur. Sed obicietur, quod sacerdoti dicunt doctores aliqui, vel saitem vulgares, quod absoluere Deus hominem à culpa, vel sacerdos.

Dicendum, quod si propriæ consideretur significatio horum terminorum, scilicet absoluere à culpa, non debet ullo modo concedi, quod à culpa quis absoluatur, sed illi, qui large accipiunt istos terminos concedunt, ideo Sanctus Tho. quasi huncquam dicit, quod absoluatur homo à culpa, vel quod Deus absoluat hominem à culpa, sed quod culpa remittatur per Deum, ut patet per beatum Tho. 3. parte summæ q. 86. art. 4. & 5. & 6. per totum, & in aliis locis.

Dicendum tamen, quod aliqui concedunt, quod homo absoluiri à culpa, secundum quod culpa æquiuoce sumitur. Nam uno modo accipitur culpa pro toto, quod est in peccato præter pœnam, eo modo, quo malum humanaum distin- guitur sufficiens per pœnam, & culpam, ut ait Sanctus Tho. 2. Sen. di. 35. art. 1. in corpore. Et sic culpa includit septem, quæ sunt in peccato, scilicet actum, culpam, offensam, maculam, tenebras, reatum, & pronitatem ad malum. Et tunc simpliciter concedendum est, quod homo absoluiri à culpa per Deum, & per sacerdotem, quia in culpa sic sumpta aliquid includitur, à quo homo proprio absoluiri, scilicet, reatus. Et hoc modo etiam dicimus, quod homo absoluiri à peccato, quia licet non absoluatur ab omnibus, quæ sunt in peccato, absoluiri ab aliquo, quod est in peccato. Et est istud imperfectio absolutionis, quia perfecta absolutione est, quando homo absoluiri ab omnibus, quibus tenebatur ligatus, & tamen in peccato, licet multa sint, non tenetur homo ligatus omnibus, sed solum est formaliter ligatus per reatum, quia ipsi est obligatio quædam, vt sapientia dicit, ideo absoluiri ab illo est perfecta absolutione. Alio modo potest dici, quod dicitur homo absoluiri à culpa, ita quod culpa accipitur non propria dicta, sed pro macula, & pro reatu. Et satis proprie dicitur, quia sicutem ipsi reatu conueniat, quod ab eo homo absoluiri. Sic exponit Magister istam propositionem, vel dictum, scilicet, absoluiri à culpa. 4. Sen. dist. 18. c. 2. cum dicit, sed queritur utrum à peccato absoluere valeat sacerdos, id est, à culpa, vt culpa maculam absterget vel debitum eternæ mortis soluere valeat. Et isto modo ego quoque concedo absoluiri hominem à culpa, sed non est culpa propria dicta ipsa, à qua absoluiri hic.

E A iter potest dici, quod absoluatur quis à culpa, accipiendo culpam pro solo reatu à quo proprio homo absoluiri, & quia confuerunt doctores accipere culpam pro reatu, & è contrario, concedunt hominem absoluiri à culpa, id est, à reatu, patet hoc per Magistrum 2. Sen. di. 42. cum dicit. Reatus autem multipliciter in scriptura accipitur, scilicet, pro culpa, pro pœna, & pro obligatione pœnae temporalis, vel eternæ. Idem Sanctus Tho. e. di. arti. 2. in corpore, cum ait. Reatus nihil aliud est, quam obligatio ad pœnam, & quia hæc obligatio quodammodo est media inter pœnam, & culpam, ex eo, quod propter culpam aliquis obligatur ad pœnam, enpia vel pœna reatus dicitur, sic ergo dicitur quis absoluiri à culpa, id est, à reatu causato per culpam, quia reatus vocatur culpa, & hoc modo ego quoque concedo hominem absoluiri à culpa per Deum, vel per sacerdotem, id est, à reatu. Accipiendo autem culpam proprie, vt distinguunt contra alia, quæ sunt in peccato, non debet concedi, quod homo absoluatur à culpa, quia non solum est falsum, sed est impossibile, vt supra declaratum est per duas rationes. Et sic stat conclusio ista in veritate, scilicet, à pœna Deus non absoluiri, & etiam non absoluiri à culpa, nec aliquis sacerdos potest absoluere ab aliquo horum, sed illud à quo sacerdos absoluiri, & Deus est solum reatus, de nullo autem alio, quod in peccato fit absolutione. Sed obicietur, quod non possit intelligi absoluiri à culpa, id est, à reatu, cum possit aliquis absoluiri à culpa, qui non absoluatur à reatu. Sic patet per Sanctum Tho. 3. parte summæ q. 86. art. 4. ubi querit an remissa culpa per pœnitentiam maneat reatus pœnae, & determinat quod sic, ibi, & sequent. art. ergo absolutione à culpa, vel remissio eius distinguuntur ab absolutione, & reatu. Dicendum, quod à culpa proprie sumpta non potest fieri absolutione, nec fit remissio eius, sed per se cessat, antequā Deus vel sacerdos aliquid operetur circa pœnitentem, supra declaratum est. Et cum Sanctus Thomas distinguat culpam, & reatum. Dicendum, quod non accipitur ibi culpa stricte,

Malum  
duplex:  
pœna,  
Culpam  
simili.

Absolu-  
tio est si-  
lens rea-  
tus.

C

F

Absolu-  
tio rea-  
tus est.

A & proprie, sed solum pro reatu pœna æterna. Et quando ille remittitur, dicitur remitti culpa, quia ille est directus effectus culpa, vt ait ipse Sanctus Thomas 2. Sen. di. 43. arti. 2. & quando ponit reatum intelligit de reatu pœnae temporalis. Et tunc verum est, quod remissio reatu pœnae æterne non est remissus reatus pœnae temporalis, vt declaratur in allegato arti. 4. & 5. sequenti. Aliter potest dici, & magis conformiter ad intentio nem Sancti Thomæ, scilicet, quod non accipit ibi culpan pro culpa, sed pro macula, quæ etiam sequitur ex culpa, & vocatur macula culpa, vt ait Magister 4. Sen. di. 18. capitulo.

2. Et reatus accipitur pro obligatione ad pœnam temporalem, & ista non temittuntur vñica remissione, sed Deus remittit, vel tollit maculam per gratiam, & adhuc remittit reatum pœnae temporalis, quod autem sic intelligat Sanctus Thomas patet, quia idem dubium, quasi ab eo discutitur 3. parte summæ quest. 86. arti. 4. discutitur 4. Sen. di. 8. quest. 2. arti. 3. & ponuntur, quasi eadem, immo penitus eadem in sententia utroque, & titulus questionis est secundum alia verba, scilicet, si remittatur peccatum quantum ad maculam, an quantum ad omnem pœnam. Et sic apparet, quod idem est dici hoc, ac si dicatur, an remissa macula remittatur reatus, sicut quæ rebat in tercia parte summi quest. 86. arti. quarto. Et sic patet, quod à culpa proprie dicta non vult Sanctus Thomas, aliquem absoluiri. Nam etiam remitti non potest. Si autem obiciatur, quod licet Sanctus Thomas non dicat hominem absoluiri à culpa, dicit tamen sæpe remitti culpa, vt patet 3. parte summæ quest. 86. arti. 4. & 5. & 6. & in aliis locis. Dicendum, quod culpa proprie sumpta etiam non remittitur, sed esse cessat, sed Sanctus Thomas accipit culpan pro macula ibi, vt probatum est supra, & interdum pro reatu, & ista remittuntur proprie.

Cum autem aliqui licet satis grosse, vt supra probatum est, dicant hominem absoluiri à culpa, & pœna, cum dicere deberent proprie loquendo absoluiri plenaria, licet improprie loquantur, tamen id, quod significare intendunt verum est, & nos illud concedimus. Nam intendunt significare, quod quando quis absolvitur à culpa, & pœna tollitur ei omnis obligatio ad pœnam, tam ad æternam, quam ad temporalē, ita vt nihil tolerare debeat penalitatis in inferno, nec in purgatorio, nec in hoc seculo pro illis peccatis de quibus absolvitur, factis illis, quæ imponuntur per concedentem talis indulgentiam. Et talis absolutione propriæ loquendo vocatur plenaria, scilicet, quia nihil manet, de quo possit iam absoluiri confessus. Et hoc non sit in absolutione fæcordinorum minorum, quia licet absolvant hominem non plenarie absoluunt, cum maneat homo obligatus ad quandam partem pœnae temporalis, sive purgatorię. Ad hoc tamen quod ista propositio sit vera, debet sic intelligi, quod absolvitur quis à culpa, & pœna, id est, à reatu pœnae æternae, & à reatu pœnae temporalis. Et in isto sensu ponit istam questionem Franci. de Mairo. 4. Sen. di. 19. scilicet, An Papa possit absoluere à culpa, & à pœna, & an possit dare indulgentias plenarias. Et verum est, quod potest plusquam plenarias, vt supra probatum est.

Non ergo habebat quidquam difficultatis conclusio ista, etiam in apparentia visa declaratione, nisi eam maluoliliuenti oculo conspexissent. Falsa ergo illis videbatur, quia vere falsam eam esse voluissent, aut videri simulabant, vt liberius, & honestius, quod conceperant possent efficere.

## CAPITULUM VII.

In quo ponitur totus tenor illius cedula qua presentata fuit ab auctore in iudicio de defensione huius conclusionis.

C O N S I D E R A N D U M autem, quod dum de hac & de aliis duabus conclusionibus impium iudicium ageretur, cum hæc alii grauior, & durior videretur, cedula quendam, expositiones breues, & confirmationes eius, & confutationes aduersariorum continentem ipsiis portrexi iudicibus, quam ne approbare quidem voluerunt, ne subiungi obuiarent, nec tamen damnare saltem leui verbo ausi sunt, quia nihil in eam obiciens facile videbatur, quod eam verisimiliter confutaret. Ut autem nec istud posteros effugiat literis tradendum censui, vt hinc colligi possit an satis predicta conclusio ab heresi, & errore, quam a muli af-

D fingere in obieetur, defendetur. Huius autem de verbo ad verbum forma erat, quæ sequitur, scilicet, In conclusione illa, quia dicebatur à pœna, aut à culpa Deus non absolvit nece aliquis fæcords absoluere potest, declarantur aliqua, primo, scilicet, quod ista propositio, scilicet, aliquis homo absolvitur à culpa, & pœna, non debet concedi. Ratio est, quia iste modus loquendi, non solum non conuenit theologia, quæ subtilius, & per terminos magis proprios de singulis rebus disputat, sed etiam non conuenit modo loquendi iuris, quia in cle. vñica de priuile. & in cle. abusōnibus de pe. & remi. reprobatur iste modus loquendi, cum Papa loquitur ibi contra quæstores & contra quoddam alios dicens. Ut eorum verbis vitatur, qui dicit se absoluere animas à culpa, & à pœna, ergo bene dictum non est. Secundo dico, quod Papa habet potestatem ad concedendas indulgentias in quacunque facultate vsque ad plenariam remissionem peccatorum inclusive. Habet etiam Papa maiorem potestatem in concedendo indulgentias, quam vsque ad plenariam remissionem peccatorum, sed non exercet eam, nec potest exercere, non quidem ex defectu materia. Quod patet, quia Papa habet liberam clauem totius thesauri Ecclesiæ, in quo sunt infinita merita tam passionis Christi, quam supererogationis bonorum operum totius Ecclesiæ: remissio tamen peccatorum plenaria cuiuscunq; nostrum, & etiam omnium simul non est aliquid infinitum, sed ad pœnam finitam, & determinatam, quam in purgatorio toleratur eramus. Ideo quando aliquis vult proprie loqui de plenitudine potestatis Papæ in absolutionibus & indulgentiis, non debet dicere, quod Papa absolvit à culpa, & pœna, quia istud est dictum impropprium, & large positum per terminos alienos, sed debet dicere, quod Papa absolvit plenarie, vel conferit indulgentiam plenariam, & hoc satis patet in literis datis in forma ecclesiæ, in quibus non dicitur, quod absolvit à culpa, & à pœna, sed quod concedit plenariam indulgentiam, vel remissionem omnium peccatorum. Tertio accedendo ad declarationem conclusio nis, dico quod in peccato nihil debet manere ad hoc, quod aliquis sit plene purgatus dignus ingredi vitam æternam, sed eorum, quæ sunt in peccato quædam per se definiunt esse, alia tolluntur per Deum, alia per ministros ecclesiæ, alia per actum penitentis. Pro quo sciendum, quod in peccato pos sunt considerari sex, vel septem, scilicet, actus peccati, culpa, offensa, macula, reatus, pœna, pronitas ad malum. Et ista datur necessario in quolibet peccato, saltem in peccato commissionis. De primo patet, sicut in occidere, & fornicari, in quibus est actus positivus, scilicet, vulnerare hominem, & tangere fœminam carnaliter, quia actus absolute, & in se non sunt boni, nec mali, sed efficiuntur boni, vel mali per circumstantias additas, quod patet, quia alias non posset aliquis in aliquo casu tangere fœminam carnaliter, vel occidere hominem sine peccato, quod fallum est. Secundum est culpa, & ista vocatur quædam priuatio debitæ reitudinis in actu, scilicet, quia ad hoc quod actus esset bonus moraliter deberet habere quædam circumstantias bonas regulantes eum, quibus si careat est malus, & siccilla carentia vel priuatio est malitia vel priuatio in actu, sicut in casu dato ad hoc quod tangere fœminam carnaliter sit bonus actus, requiritur quod tangat, quis eam, quam debet, s. vxorem suam, & quod debet vel licet, & vbi debet vel licet, sed in loco nec tempore prohibitis, & propter quem finem debet, s. ad prolem gignendā, vel ad reddendum debitum, vel ad mitigandum fomitem, nam propter hoc melius est nubere, quam viri. primæ, Corin. septimo, & sic de aliis circumstantiis requisitis, de quibus Arist. 3. Ethicorum. si autem ibi omnes conueniant, actus targredi fœminam erit bonus, si autem omnes deficient, vel ali qua earum actus est malus, non propter aliquid positum, sed propter defectum circumstantiæ, quæ deberet inesse, & illum defectum, vel carentiam sive priuationem vocamus culpam.

Tertium est offensa Dei, nam quando quis peccat, reddit à Deo contempnendo eum, & legem suam, & adhærendo cuidam bono creato, quod homo præponit Deo, & in hoc Deus offendit, scilicet, quod propter aliquam rem minorem contemnatur ipse.

Quartum est macula, & ista est quædam deformitas in anima nostra, secundum quod est imago Dei, & ista macula,

A vel deformitas est priuatio pulchritudinis debita et inesse. Sic enim in corpore humano, quod a ornatur vestibus cūcūdantibus illud, quibus si homo caret est deformatis, & male apparet, & non est illa deformitas nisi carentia vestium, vel ornatus necessarii, ita est in anima nostra. Nam in ipsa est imago Dei naturaliter, & pulchritudo sua extrinseca est gratia Dei, vel charitas, quam cum habet anima pulchra videri, sic ut homo vestitus. Si autem caruerit illa, erit deformatis, sicut homo nudus. Et hoc est in quolibet, quia per quodlibet peccatum tollitur gratia Dei, & tuta charitas.

Quintum est reatus, & idem est quod obligatio, nam reatus à reo dicitur, & ista obligatio est in quolibet, & insurget ex lege Dei. Nam sicut in legibus politicis cauetur, quod si quis occiderit, vel vulnerauerit hominem tali poena plectatur, si quis fecerit contra illam legem est obligatus ad tolerandum pœnam illius legis, & ista obligatio non insurget nisi ex lege, cui dedit vires legislator. Ita in diuinis statutis est quod si quis peccauerit mortaliter puniatur in inferno. Statim ergo vt quis peccauerit, insurget ei ista obligatio, vt puniatur in æternum, similis modus loquendi est Gen. 3. scilicet, quacunque hora comedetis, morte morietis, i.e. obligaberis ad moriendum. Iste est intellectus omnium doctorum, & non potest aliter intelligi, quia aliter esset litera falsa.

Sextum est pœna correspondens peccato, siue in inferno, siue in purgatorio, siue sit temporalis in vita.

B Septimum est pronitas ad malum, & ista insurget naturaliter ex peccato, nam teste Arist. secundo, Eth. generationes, & corruptiones habitum sunt ex eisdem, id est ex similibus scilicet ex hoc quod est iustum facere, efficitur quis iustus, & ex eo quod est expendere decenter efficitur quis liberalis, & sic de singulis. ideo omnis actus generaliter est aggeneratiuum aliecius habitus talis qualis ipse est, & quia interdum non potest ex quolibet actu digni habitus cum sit qualitas radicata, dignitur saltem dispositio eius ad habitum, ideo distinguit Arist. in prima specie qualitatis habitum & dispositionem, cum ergo quodlibet peccatum sit actus malus, sequitur naturaliter ex illo pronitas ad malum.

Nunc dicendum est, quod omnia ista, quæ posita sunt esse in quolibet peccato non pertinent ad aliquam nouam doctrinam sicut quidam calumniantur, sed reperiuntur in sacris doctoribus & etiam in canone sacrae scripturae, de tribus illorum, scilicet, de actu positivo & culpa, & de pœna non operari probare, quia tota scriptura, & omnis modus loquendus plenus est ex his.

C De reatu satis appetet, quia Exo. 33. dicitur quod Deus percussit Hebreos pro reatu vituli. Doctores etiam videntur isto vocabulo, & faciunt distinctionem inter culpam & reatum, vt patet per S. Th. 3. parte summæ. q. 86. artic. 4. cum queritur in terminum remissa culpa per pœnitentiam, maneat reatus pœna. De offensa Dei patet satis manifeste, quia Deus saepe per prophetas vocat peccata offensiones suas, sicut patet Psal. 9. 4. scilicet, quadraginta annis offensus fui generationi huic, id est, offensus fui ab ista Iudeorum generatione. Doctores dicunt quod in quolibet peccato mortali in quantum est ibi auersio à bono incommutabili est ibi offensa Dei, & ita sæpe dicit Sanctus Thomas, & omnes alii Doctores ubique loquuntur de materia pœnitentiae.

De macula autem satis appetet per Magistrum. 4. Sen. dist. 18. in principio, & 2. Sente. dist. 42. vbi non solum ponit de macula, sed etiam de culpa, & de pœna, & de reatu, & fere de omnibus, quæ a signata sunt a nobis. His visis dicendum est, quod quedam istorum, quæ sunt in peccato non absoluuntur, nec tolluntur, sed per se esse cessant. Primum enim, scilicet, actus positivus non dimittitur, nec ab illo quis absolvitur, quia irsorium est dici, quod quis absoluere turab actum positivum forniciandi, vel ab actu occidendi, quia ille non manet, & nihil omnino est tempore eo quo Deus per contritionem dimittit peccata, vel debet nos absoluere, vel sacerdos absoluere in sacramento.

Secundum etiam, scilicet, culpa non dimittitur, nec aliquis absoluatur ab illa, quia vt supra dictum est culpa non est nisi priuatio debita circstantia in actu, & est accidens priuatuum actus, sicut cæcitas est accidens priuatuum oculi, & tamen actus positivus transiit, quia non durauit nisi per momentum, vel parvum tempore ita culpa non manet nisi per

D momentum. Et sic impossibile est, quod culpa tollatur, vel dimittatur, vel absoluatur per Deum, non quidem quasi Deus non possit tollere, vel nolit tollere, sed quia antequam convertatur homo ad Deum per contritionem, & Deus infundat ei gratiam culpa definit esse.

Quædam lunt in peccato, quæ tolluntur, & alia à quibus absoluuntur. Nam offensa, & macula tolluntur per Deum cum infundat gratiam peccatori. Offensa quidem tollitur, quia offensa est, scilicet quoniam homo est inimicus Deo, & ista manet semper quandiu homo est in peccato, & cum Deus infundat gratiam tollitur offensa, quia per gratiam fit homo gratus Deo, & reconciliatur sibi, & sic tollitur inimicitia, quia impossibile est hominem esse simul gratum Deo, & inimicum sibi, quia includit contradictionem. Macula etiam tollitur per Deum quando infundat gratiam, eo quod macula, ut dictum est nihil aliud est quam priuatio pulchritudinis in anima, quæ pulchritudo est per gratiam, ideo impossibile est, quod adveniente gratia maneat macula, sicut impossibile est, quod advenientibus vestibus maneat nuditas. Aliquid est, a quo Deus absoluere, scilicet, reatus, quia absoluere proprie, secundum naturam termini dicit tollere vinculum. Reatus autem est obligatio, vel vinculum, ideo proprie à reatu mortis æternæ absoluere homo à Deo per contritionem. De ministris autem est dicendum, quod quædam tollunt, & à quodam absoluunt. Nā postquam aliquis absoluitur à Deo à reatu mortis æternæ, manet reatus ad quandam pœnam temporalem, & minister ecclesiæ quicunque virtute clavium tollit reatum cuiusdam partis pœnae istius, quæ pœna quanta sit, quæ tollitur per claves ecclesiæ sacramento pœnitentiae nullus nouit nisi Deus. Si autem sit Papa ille qui absoluere potest absoluere à toto reatu pœnae purgatorię, vel temporalis, ita quod nihil maneat tolerandum peccatori, & in isto casu propriissime dicitur Papa dare absolutionem plenariam, vel indulgentiam plenariam, scilicet, tollendo totam pœnam purgatorię, scilicet, absoluendo à reatu totius pœnae purgatoria. Et non est dicere, quod Papa absoluat à culpa, & à pœna, quia istud est impudicum, & large dictum, sed quod plenarie absoluat. De pœna autem dicendum, quod ministri Ecclesiæ non absoluunt ab ea, sed disiunt illam, vel tollunt, scilicet, tollunt obligationem ad pœnam. Et in hoc non est differentia nisi velle loqui proprie, vel large. Nam quomodo cumque accipiatur, pœna non debet manere: & tamen dici, quod pœna tollatur est proprie dictum. Dicit autem, quod à pena quis absoluatur à Deo, vel à sacerdote, est impudicum, vel large dictum, quia absoluere dicit proprie rationem vinculum: ab eo autem, quod non est vinculum non potest quis proprie absoluere: pœna tamen non est vinculata, sed id, ad quod est vinculum. Nam obligatur homo ad pœnam: necesse est tamen differre obligationem & id, ad quod est obligatio, quia obligatio pertinet ad relationem: id autem, ad quod est obligatio, pertinet ad alterum genus prædicamenti, vt si sit pœna, vel pecunia, vel aliquis actus. Ex prædictis patet, quod conclusio ista est vera in terminis suis, & sunt termini propriissime positi, scilicet, quod Deus non absoluat à pœna, nec à culpa, sed solum à reatu propter causam supradictam: tollit tamen offendit, & maculam, sicut supra dictum est: sacerdos autem non absoluat à pœna, nec à culpa, sed solum à quadam parte reatus pœnae, vel à toto reatu si est Papa, pœnam autem dimittit, vel tollit consecutivam, quia ablato reatu, vel obligatione ad pœnam, impossibile est manere pœnam in re vel in spe. Nuncautem respondendum est ad id quod communiter dicitur, scilicet, quod Deus absoluat à culpa, & interdum à pœna, & quod sacerdotes absoluunt à pœna, & est dicendum, quod istud est large dictum. Nam cum doctores aliqui dicunt, quod Deus absoluat à culpa, accipiunt culpam pro offensa Dei, & pro macula, & interdum pro reatu, & satis conuenienter dictum est, scilicet, quod ista tria, macula, offensa, reatus sunt effectus culpæ, & fit denominatio per causam, ita quod effectus accipiat nomen cause, sicut frequenter iura faciunt, & modulus loquendi vulgaris. Cum autem dicitur, quod sacerdos absoluat à pœna, intelligitur, id est, à reatu pœnae, quia absoluendo à reatu dimittit pœnam. Et iste modus loquendi est satis conueniens, quia cum reatus non sit nisi ad pœnam, accipitur unus pro altero, quia etiam secundum Arist. vnu propter alterum, vtrōbique tantum vnum. Est etiam alia ratio quare

Ecclesia accipit p̄enam pro reatu p̄enæ, scil. quia vult loqui  
clariori modo, quo potest: & tamen clarius est dicere p̄enam  
quā reatum, quia omnes homines cognoscunt, quid sit pena. Quid autem sit reatus, non cognoscunt, quia reatus per-  
tinet ad relationem, & relatio inter omnia prædicamenta  
habet minimam entitatem. Sed aliqui obiiciunt, quod non  
liceat mihi facere tales expositiones, sed quod verba Eccle-  
siae, quæ communiter dicuntur, teneantur proprie. Sed diec-  
dum, quod hoc non stat, quia interdum cogimur exponere  
scripturam in alio sensu, quam verba sonant in cortice, sicut  
illud Proverb. 15. In omni loco oculi Domini contemplan-  
tur bonos & malos. Et illud Psalm. 33. Oculi Domini super iu-  
stos, & aures eius in preces eorum: vultus autem Domini su-  
per facientes mala. Et tamen constat, quod Deus nec habet  
vultum, nec oculos, nec aures, sed aliter intelligendum est.  
Sic etiam s̄pē in novo Testamento iuxta illud Matt. 3, & Lu-  
cæ 3, scil. Ipse baptizat vos in Spiritu S. & igne: & tamen baptis-  
mus Christi non est in igne, & sic etiam de infinitis aliis. Sed  
respondent aduersarii dicentes, quod istud verum est in di-  
ctis S. Scripturæ, quæ necesse est interdum exponi aliter quā  
sonant, vt vera sint: dicta tamen doctorum, & dicta commu-  
nia Ecclesie non debent exponi aliter, quam sonare videan-  
tur, sed quod maneant in terminis suis. Quod tamen Deus  
absolutus & sacerdos à culpa, est dictum commune docto-  
rum, & dictum Ecclesie: ideo quod debeat sic materialiter  
accipi, vt iacet. Sed dicendū, quod non stat, quia falsum præ-  
supponitur: nam interdum dicta communia Doctorum, &  
Ecclesie necesse est exponi in alio sensu, quam sonant. Sicut  
patet, quia Doctores confitentur istam propositionem, scil.  
Deus fuit heri, & Deus est hodie, & Deus erit cras, nec aliquis  
negat: & tamen ita propositiones secundum proprietatem  
terminorum sunt falsæ, & hæreticæ, sed exponuntur: Deus  
fuit heri, & toto tempore præterito, id est, non incepit, vel  
incipit nunc esse de nouo, & etiam Deus erit cras, id est, Deus  
non definit esse hodie, ita quod iam non sit cras. Et ita simili-  
es propositiones exponuntur, quia alias non essent vera. Et  
exponit eas Hieron. sic & recitat illud Magister 1. Sent. dist. 8.  
ita igitur quandocunq; dicta doctorum in cortice literæ non  
sunt vera, vel non sunt proprie dicta, vel posita, debemus ea  
exponere eo modo, quo vera sint & proprie dicta, quia sic il-  
la ipsi intelligi voluerunt, licet aliis verbis communioribus,  
& visitationibus hoc expesserint: Non quidem quasi ipsi ne-  
scirent propria vocabula, quia interdum voluerunt loqui  
planiori modo, quo potuerūt. Postremo obiiciebatur, quod  
licet prædicta essent vera, & bene dicta, tamen non debebat  
conclusio ponи in talibus terminis, quia erat scandalosa. Di-  
cendum, quod istud scandalum, aut erat literatorum, aut i-  
gnorantium. Si literatorum non stat, quia conclusio est ve-  
ra, & in terminis propriissimis: ideo nullus vir literatus debet  
scandalizari, sed potius naturaliter gaudere de veritate  
posita in terminis propriis. Si autem ignorantes scandalizan-  
tur, ego non præfici causam: quia ego non iui ad prædicandū  
populo rudi in lingua Italica, vel Hispanica, sed iui ad  
disputandum cum viris doctissimis, qui de talibus non scan-  
dalizarentur. Si autem viri rudes velint legere conclusiones  
meas, vel audire dicta in disputatione, & ex hoc propter i-  
gnorantium suam scandalizarentur, ex hoc ipsi sunt in cul-  
pa, quia se milcent illi rei, quæ ad eos non pertinet. Ita etiam  
scandalizarentur, si legerent ea, quæ ponit B. Paulus ad Rom.  
9, de prædestinatione, & præscientia, & quæ habentur in a-  
liis locis Scripturæ. Similiter si audirent mysteria, quæ lo-  
quuntur doctores de Trinitate, & Incarnatione, & Eucha-  
ristia, & in aliis materiis altissimis turbabuntur: & tamē propter  
hoc non debent doctores cessare à doctrina & à scriptura,  
sed potius simplices arcendi sunt, ne ista audiant, quia nō  
oportet eos sapere, plusquam oportet sapere, sed sapere ad  
sobrietatem secundum conditionem suam. ad R. om. 12. Hęc  
autem dicta sint sub omnibus illis protestationibus, quæ per  
me presentatae sunt supra. Ille est tenor schedula iudicibus  
præsentatae, quam nec approbauerunt, nec reprobare ausi  
sunt: in suis tamen scriptis eam seruauerunt.

De cætero ergo mihi satisfactū credo, qm̄ harum rerū ordo & veritas per hæc posteros nō latebit, vt hæc cōclusio quę ad tempus tres iudices, licer non cōcordi animo aduersarios habuit, de reliquo ab omni ætate & toto sēculo iudicetur.

**Q**uod artinet ad schedulam, de qua auctor in initio superiori capitulo ferunt, in quodam exemplari extare sub hismodi verbis: Ad Papam Eugenium.

**B**EATISSIME Pater: pridie exercitandi ingenii causa, sicut ceteris scholasticis viris soliti est in hac sacra curia, Sanctitati vestrae quodam concusionis scholasticæ & disputatiori tenui, nihil ex meipso determinare, aut reprobare intendens, nisi quod sacra sancta Romana Ecclesia, & sanctitas vestra decerniunt, & reprobant. Hoc enim semper mihi propositum fuit, & est: & ego nunquam intendo recedere a veritate doctrinae sancta Romanae Ecclesiæ, & Sanctitatis vestrae, & omnia mea dicta semper illi, & Sanctitati vestre submissi, & semper submissa esse vole, qualitercumque contingat me loqui. Quædam tamen conclusionis mearum viarum sunt aliquibus non satis consonare doctrinæ communis doctorum. Prima erat, quod peccatum pro nullo statu irremissible est. In ea ergo non volui sentire, quod peccatum in inferno, vel post hanc vitam dimitteretur aliquibus, sed fentio, quod nullum peccatum mortale potest dimitti homini, nisi in vita, sicut tota tener Ecclesia. Sed accepi illum terminum irremissiblem strictè, scilicet, quod licet peccatum anima exutis extra vitam nunquam dimittitur: tamen non repugnat ex conditione peccati secundum se posse remitti, licet repugnet ex habitudine animæ, quæ iam est obstinata: etiam repugnet ex ordinatione Dei, qui dispositus, non concurrens ad causandum actum contritionis cum animabus positum extra corpus. Si tamen pesset esse, quod animæ existentes in inferno vere dolerent de peccato suo, scilicet in quantum offendunt Deum, per illud remitteretur eis peccatum. Et sic non est adhuc peccatum illud secundum se irremissible, licet certu est, quod nunquam remittitur. Et tales modi loquendi recipiuntur a pudi omnes viros scholasticos, qualis ego fui disputando ista.

Alia particula conclusionis huius erat, scilicet à pena, aut à culpa Deus non absolvit, nec aliquis sacerdos absoluere potest. In qua non intendi, nec nunc intendo negare potestatem Dei, nec sacerdotum in absolvendo, quia alias me oportet concedere, quod omnes homines qui lemeli peccassent, nullam possent habere remissionem peccatorum, & quod periret aeternaliter, quod tamen ego negabam, & nego semper. Sed ego concedo, & concessi semper, quod Deus potest absoluere ab omnibus peccatis: Papa etiam potest absoluere ab omnibus peccatis, & potest dare plenaria indulgentiam liberando hominem a tota pena purgatoriæ, scilicet faciendo, quod non veniat in illam: etiam multa peccata commiserit. Et hoc est, quod Papa habet clauem liberam super totum thesaurum Ecclesiæ. Concessi enim, & concedo, quod sacerdotes minores possint absoluere a peccatis, & possint tollere virtute clavium quandam partem penam purgatoriæ, ad quam peccator post contritionem & confessionem manebat obligatus. Dicitur tamen, quod Deus non absolvet a pena, aut a culpa, nec aliquis sacerdos, quia accepit istum terminum, Absoluere strictissime, & istum terminum penam, & Culpan, strictissime, distinguendo penam & culpam à reatu, id est, obligationem, & ita modo dicendum, quod Deus vel sacerdos strictè sumendo absolvit à reatu penam, & non a pena. Sed quantum ad realitatem item est vt rurique.

Nec ego concedo, nec credo, minorem esse potestatem Dei, nec auctoritatem Dei & Ecclesiæ in absolvendo, quam crediderit vique hic aliquis docto de Catholicis, cuius doctrina communiter teneatur.

Et etiam bene concedo istas propositiones quas ipsi dicunt, & Deus absolvit a culpa: Deus absolvit a pena: etiam sacerdos absolvit a pena, & omnes similes propositiones in sensu, in quo ipsi accipiunt, non distinguendo penam & culpam à reatu omnibus modis, quibus ego distinxii. Si tamen accipiat strictissime, sicut ego accepi, debet concedi, quod absolvitur quis à reatu solo, & non à pena, nec a culpa, sed pena tollitur ablatio reatu sive auferendo reatum. Et iste modus loquendi conuenit viris scholasticis, ad quos conuenit strictè loqui de terminis.

Alia erat conclusio de die mortis Christi, scilicet quod non mortuus est die vigesima Quinta Martii, scilicet die Annunciationis Virginis, sed die tertio Aprilis anno trigesimo tertio atatus sive inchoato. Et ad hoc inducitur lumen ex duobus principiis Euangelicis. Vnum est, quod Christus mortuus est die Veneris, quia mortuus est luna quintadecima mensis primi Iudeorum die prima Azytorum: & tamen in anno trigesimo tertio Christi non fuit dies Anunctionis die Veneris, sed die Mercurii. Et non fuit luna quintadecima, sed luna quarta, vel quinta. Sicut apparet necessario per viam astrologiam, & per viam computistarum. Et tamen concurrerant ista duo, scilicet die Veneris, & luna quintadecima in die tertio Aprilis: ideo dixi illa die Christum fuisse mortuum anno trigesimo tertio sive inchoato. Et quia quidam tenent Christum mortuum fuisse anno trigesimo quarto atatus sive inchoato, dicendum, quod illo anno non potuit mori die Annunciationis, quia tunc dies Annunctionis fuit necessario die Iouis: Christus tamen mortuus est die Veneris, & tunc non erat luna quintadecima, sed decimali septima. Et propter quodam alios defectus, qui incidebant ut demonstrari potest manifeste via astrologica. Sed non curauit coram Sanctitate vestra prolongare sermonem. Hac sunt Pater Beattissime, quæ in predictis sensi, & sentio: nec tamen intendo deuiare in aliquo à doctrina sancta Romana Ecclesiæ, & Sanctitatis vestrae, quæ si illud teneret, illud ego reneo, si hoc teneret, istud ego profiteor, sed in omnibus determinationi, & correptioni Sanctitatis vestrae, & sancta Romana Ecclesia tam in intentia, quam in verbis me submissi, & submitti, à qua nunquam intendi deuiare, sicut nec hucusque aliquando sponte deuiaui: nec etiam praedicti prædicare veritati, aut doctrinæ, vel auctoritati quorumcum melius sentiunt, sed omnia salua pace fidei & veritatis dicta sint.

## FINIS PARTIS PRIMÆ.

## ALPHON-



# ALPHONSI TO- STATIE EPISCOPI ABVLENSIS DEFENSORI, PARS SECUNDA.

PRO OE M I V M.



**N** præfata conclusione quoniam aggrauare cupientibus grauior videbatur, erat quam ea aptior, ut eius occasione rudem plebeculam emulorum meorū iniquitas concitaret, sicut & re ipsa compertum est, breuem schedulam supra scriptam velut eius quendam commentarium iudicibus porrexeram, quorūdam indignationem placaturus, aut ut verius dicam, meam innocentiam ostensurus, ipsamque quorundam apertam mendacem iniquitatem ad verecundiam deducturus, qui non erubuerant alia pro aliis in mei grauissimum odium sepe proferre. De aliis autem duabus conclusionibus minor aut nulla solicitude mihi erat: sed mihi potius materiam gaudij sèpissime contulerunt, cum aduerterem aduersarios in has quotidie, quam in præcedentem maiora moliri: Quia tamen mentiebatur iniquitas eis, omnibus suis destituebantur conatus, ita ut illi seipso confunderent, & reuera viam habitaculi & ciuitatis ignorabant.

**C**um ergo multorum dierum super eis laboriosas operas perdidissent, quod satis sibi quis ad ignominiam cedere arbitrabantur, ne nihil omnino fecisse putarentur, eas præsumptuosas, vel superbas vocauerunt: falsas tamen dicere eas nequaquam au-si sunt: cum tamen per multos dies ante plurimi annolorum ipsorum eas erroneas, & hereticas a-

pertissime testarentur. Super eis autem ad quorundam potius informationem, quam ad mei defensionem, que super hoc opportuna non erat: cum illas de falsitate notare non auderent. Et ut huius rei veritas parvulis & indoctis pateat: precibus, immo verius imperio cuiusdam Reuerendissimi Patris, aliquibus placituras declarationes, & aduersariorum confutationes scripsi dirigens eas præfato Reuerendissimo Patri, ut ex proœmiali prælocutione sequenti aperitur.

---

## CAPITULUM I.

In quo ponitur intentio Auctoris, & dirigitur opus Cardinali sancti Angeli. Qui postea cum esset Sedis Apostolica in Hungaria Legatus ibi in bello contra Turcas fortiter pugnans obiit martyris coronatus.

**T**ANTAM Reuerendissimæ paternitatis vestræ excellētiam veneratus, nec iussa potui, nec debui prætereire. Inerat enim altissima iubentis auctoritas, vnde me monebat necessitas obsequendi. Parui igitur præceptis vestris Reuerendissime Pater: sed vitam tam efficaciter, quam deuotè. Est mihi tamen in hac parte quod doleam, quoniam paupercula mihi efficiendi distributa potestas, votorum magnitudinem non valuit exequare. Non tamen nimis dolendum credidi: nam velut qui ab ipsa ruinæ parente natura villa patitur nō documenta, contra quam potentia nullæ efficax est: ex hoc non nimis gemendum censem, sicut si ob eius aduersos mores, aut iniquorum mordacem nimisque efficacem iniudentiam villa quævis cuenisset calamitas: nō leuis ego. Nam quod latissimo obsequendi desiderio affectus ex qua lance non rependerim, nulla distortianum ad obediendum repugnacia, aut ignatus quidam negligensque torpor induxit, sed ipsa cunctorum mensuratrix natura, & rerum imparitas, atque impropositalis excessus efficit, nihil à me posse obsequii prodire dignum tam Reuerendissimæ paternitati, & tam gloriissimæ excellentiæ.

**A** iniunxerat enim reuerendissima vestra paternitas homuncioni mihi, & inutili seruo suo super duas conclusiones de anno, & de die mortis Christi per me disputatas, declaraciones alias scriptis tradere. Et quoniam conclusio de anticipatione cœna Domini, & de confectione eius primo facta coram Discipulis: consequens est ad has duas conclusiones propter temporis identitatem & rerum gestarum attinentiam, de tribus simul aliqualiter attingendum est, & primo de illa, in qua agitur de anticipatione, vel non anticipatione cœna Domini.

## CAPITVLVM II.

Quod Christus tota vita sua seruauit legem Moysi ascendendo in Ierusalem ter in anno in tribus festi uiribus.

**E**R A T autem conclusionis huius tenor. In vltima celebritate paschali de ceremonialibus Christus nihil mutauit: sed comedit ea die, qua Iudæi, nec anticipauit. In prima particula conclusionis dicitur. In vltima celebritate paschali, quod ponitur ad differentiam aliarum celebritatium paschalium, quas Christus egit. Nam de nulla illarum dubiū est, an obseruauerit omnes ceremonias festiuitatis, sed solum de ista celebritate vltima paschali, quando Christus mortuus est, dubiū est, an omnes ceremonias obseruauerit.

Patet hoc, nam Christus quolibet anno celebrabat festiuitatem paschalem ascendendo in Ierusalem cum parentibus suis, vel cum aliis, & ibi comedebat de agno paschali iuxta omnes ceremonias eius. Hoc patet tripliciter.

Primo quia Christus obseruauit legem Moysi toto tempore vita sua, sicut ipse dixerat, non veni soluere legem, sed implere Matthæi quinto, & tamen lex Moysi inbebatur, quod omnes masculi de stirpe Iudaorum ascenderent ter in anno ad templum Domini, scilicet, in festo Azymorum, & in festo Hebdomadarum sive Pentecostes, & in festo Tabernaculorum, sive Scenophegiz: Exodi vigesimotertio, & trigesimoquarto, & melius Deutoronomii decimo sexto: Christus ergo ascendebat quolibet anno ter in Ierusalem in prædictis festiuitatibus.

Secundo patet, quia Luc. septimo, dicitur: Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem in die solemnis Paschæ, & ibi dicitur, quo modo Christus ibat cum eis.

Tertio patet, quia codem capitulo. dicitur: & cum factus esset Iesus annorum duodecim, ascenderitibus illis in Ierosolymam secundum consuetudinem diei festi, ascendit cum eis. Ex quo apparet, quod non solum Christus anno 12. ætatis sua ascendit in Ierusalem cum parentibus suis, sed etiam quo liber anno ascendebat, cum dicatur, quod ascendit secundum consuetudinem diei festi: consuetudo tamen frequentationem, & continuationem importat. Ponitur tamen ibi solum de anno 12. eo quod in illo accidit speciale miraculum de disputatione Christi pueri cum legis peritis.

**C** De his omnibus celebritatibus paschalib⁹, quæ fuerūt per omnes annos usque ad annum mortis Christi nulla ratio dubitandi est, an in eis Christus obseruauerit omnia ceremonia paschæ, sed solum de vltima celebritate paschali, quando mortuus est, quia tunc quidam putant, quod propter mortem suam, quæ fuit in festo paschæ non potuerit obseruare omnia ceremonialia illius festi: ideo dixit conclusio, quod et iam in ista vltima celebritate paschali Christus nihil mutauit de ceremonialibus, sicut nec in aliis mutauit.

## CAPITVLVM III.

Quod festum Phæse, & Azymorum diff. runt in quatuor, & quas sunt causa & ceremonie ut iusque.

**P**R O quo sciendum, quod in isto festo paschali erant duo festa, scilicet, festum phæse, & festum Azymorum. Quidam autem de nostris putant nullam omnino esse differentiam inter haec, sed errant tanquam ignari veteris testamenti, in quo ista diffirentia ponuntur. In quo considerandum est, quod ista duo festa differunt quadrupliciter, scilicet in ordine temporis, & in diurnitate, & in causa, & in ceremoniis.

De primo patet, quia festum phæse erat quartadecima die

mensis primi, & festum Azymorum erat die quintadecima mensis eiusdem Leuit. vigesimotertio. scilicet, Mense primo quartadecima die mensis ad vesperum phæse Domini est, & quintadecima die mensis huius solemnitas Azymorum. Idem patet Exod. 12.

Secundo differunt in diurnitate, quia festum phæse nō durabat nisi per diem unum: immo non per unum diei integrum, sed solum per tres, vel per quatuor horas diei quartadecimi cum nocte sequenti: ideo quando dicitur de tempore diei phæse: non dicitur, quod erat phæse simpliciter die quartadecima mensis, sed subiungitur, quod erat die mensis ad vesperum: Leuitici vigesimoprimo, & Exodi decimosecundo, quasi dicat, quod non incipiebat istud festum in principio diei, sed circa finem eius ad vesperum, scilicet, ad solis occasum. Iudæi tamen volentes magis ampliare istam festiuitatem inchoant eam immediate post meridiem, cum Sol incepit declinare à meridiano, eo quod totam illam partem diei vocant vesperum. In reliqua autem parte diei faciunt quæcunque opera seruilia, sicut in quibusque diebus profestis. Nox autem sequens pertinet ad illam festiuitatem, quia in tota illa postquam Iudæi comedebant agnum paschalē, debent vacare laudibus diuinis referendo sibi beneficia collata, & sic faciunt usque hodie Iudæi. Sic colligitur Exo. 12. f. nox ista obseruabilis Domini est, i. debet obseruari ad laudem Dei. Festum autem Azymorum durat per septem dies integros, scilicet, a fine diei quartadecimi usque ad finem diei vicefimprimi: Exod. 12. & Leuit. 23. & Deut. 16. Tertio differunt ista testa in causis, quia diversæ causæ fuerunt institutionis eoru. Festum enim phæse fuit institutum in memoriam liberacionis primogenitorum Iudaeorum ab angelo percutiente, & non in memoriam exitus de Ægypto, vt aliqui false putant. Nam cū educturus esset Deus Israëlitas de Ægypto, nec per mitteret Pharaon, immisit Dominus angelum percutientem, qui percutit omnia primogenita Ægyptiorum in hominibus & in pecoribus, ita vt non esset aliqua domus in tota Ægypto, in qua non esset aliquis mortuus. Exod. 12. & quia dominus Hebraeorum erant mixtæ dominibus Ægyptiorum, vt angelus percutiens in dominibus Ægyptiorum non percuteret in dominis Hebraeorum, positus ruit sanguis agni paschalis in superdilinaribus domorum Hebraeorum, & super vtrunque possem, vt angelus videns sanguinem, transiret, & non percuteret: Exod. 12. Et propter hoc istud festum vocatur Pascha & in Hebreo peza, id est, transitus, scilicet, quia transibat, & nō percutiebat. Vel secundum quosdam peritissimos Iudaorum dicetur peza, id est, picea, quod interpretatur claudus. Quia sicut claudus figit unum pedem, & alterum non: ita angelus percutiens percutiebat in una domo, & in altera non. De ista causa festi phæse fatus patet Exod. 12. 13. & Deut. 16. Causa autem festi Azymorum fuit exitus Israëlitarum de Ægypto, vt veniret eis semper in mente, quod exierunt de Ægypto, cum magno tremore & celeritate: nam Moyses denū cœauerat Indæs, quod exiuit erant de Ægypto die quintadecima mensis primi, & ob hoc in nocte præcedentivollerunt coquere panes pro itinere, & fecerunt massas: cum autem media nocte angelus percutiens occideret Ægyptios, putauerunt ipsi, quod omnes occidendi erant, & quod si manerent Israëlitæ tota illa nocte in Ægypto, nemo superuiveret de Ægyptis, ideo venit Pharaon ad Moysen compellens eos illico exire, & sic coacti sunt Iudæi recedere nondum fermentatis massis, sed ligauerunt eas in palliis, & tulerunt non fermentatas in itinere, & comedenter panes Azymos quandiu durauerunt illa massa. Et quia istud factum est ex celeritate exeuendi, iussit Dominus, quod comedenter septem diebus panes Azymos in memoriam illius paucoris exitus: Deut. 16. scilicet, septem diebus comedes absque fermento afflictionis panem, quoniam in pauore egressus es de Ægypto, vt memineris diei egressionis tuæ de Ægypto omnibus diebus vitæ tuæ. Quarto differunt ista festa in ceremoniis, quoniam nullo modo coincidunt ceremonia eorum. Prima ceremonia festi Azymorum est, quia inter septem dies, quibus durat ista festiuitas, duo soli sunt venerabiles, scilicet, primus, & septimus, in quibus cessatur ab omni opere seruili: Exod. 12. & Leuit. 23. & tamen in festo phæse non vacatur à laboribus. Secunda ceremonia est, quod in illis septem diebus coram edunt Iudæi Azymos panes, & tamen quantum ad carnes

&amp; quos-

**A** & quoseunque alios cibos nulla determinatio est, sed comedunt Iudei quidquid volunt, in festo autem Phase non est sic quia obligantur comedere agnum anniculum cum certis ceremoniis: Exod. 12. & Num. 9. Tertia cæmeronia festi Azymotum erat oblatio manipuli spicarum. Nam cum venient hordeæ ad maturitatem coligebatur manipulus spicarum & offerebatur in altari, & inde siebat sacrificium torrente grana, & cremando coram Domino. Leuit. 23. & 3. cap. & hoc siebat die secundo Azymorum, & ante istum diem non licet cuiquam mittere falcam in messem nec comedere granam: Leuit. 23. scilicet panem, & polentiam, & pultes non comedere nisi ex sege, vsque ad diem, qua offeretis ex ea Deo vestro: in festo autem Phase nulla oblatio spicarum erat. Quarta cæmeronia erat diuersitas sacrificiorum solemnium, quæ fiebant in septem diebus Azymorum cum libamentis suis, quæ ponuntur per singula Numer. 28. In festo autem Phase non fiebant aliqua sacrificia nisi sacrificium iugae, quod nulla die dimittebatur Leuit. 6. Num. 28. In festo autem isto fiebant cæmeroniae agni paschalis, scilicet accipiebatur agnus anniculus, & de languine eius liniebantur superliminaria domorum, & uterque postis, & comedebatur ad vesperum cum Azymis & lactucis agrestibus, nihilque relinquebatur in sequentem diem. Quod si aliquid reliquum foret in sequentem diem non licebat cuiquam hominum comedere de illo sed cremabatur igne.

Comedebantur autem carnes, & non ossa. Non licebat frangere aliquod os quantu[m] in cinque paruum, sed omnia reliquiebantur integra. Erant autem comedentes stantes pedibus, & non sedebant, habebant calcos in pedibus, & in manibus baculos & comedebant festinanter: lumbisq[ue] tunc accinctos habebant: Exod. 12. & Num. 9. De caulis autem interalibus aut figuralibus harum cæmeroniæ per singula nunc dicendum non est, ne sermo fiat longior, quam voluerimus.

Apparet ergo magnam esse differentiam inter istas duas festiuitates. Interdum tamen Euangeliste ponunt eas tanquam unam festiuitatem propter continuatatem temporis, scilicet, quia inter unum & aliud festum nullus dies intercidit. Vnde interdum utrumque festum vocatur festum Azymorum, & interdum utrumque vocatur Pascha, de quo magis infra dicetur. De festo autem Azymorum nunc omnino dimittendum est, quia non pertinet ad presentem considerationem, eo quod Christus noster, propter quem ista introducuntur, non vidit festum Azymorum, sed prima die illius mortuus est, celebravit autem festum Phase die precedentem ante mortem suam: ideo de isto festo nunc consideratio non est.

#### CAPITULUM IV.

*Quod Christus obseruauit in ultima cena omnes ceremonias agni paschalis, & inter Grecos, & Latinos solum sicut in rura de duabus eam.*

**N**UNC autem redeundum est ad id, quod supra dicebamus de cæmeroniis paschalibus, quas Christus obseruauit in hac cena ultima: Et dicendum est, quod Christus obseruauit omnes illas cæmeronias agni paschalis, quæ supra narratae sunt, & quæ obseruabantur ab omnibus Iudeis, scilicet comedit agnum cum azymis, & lactucis agrestibus, & ceteris cæmeroniis, nec omisit aliquam. Et patet hoc, quia Christus tota vita sua obseruauit legem Moyii, vt post mortem Iuda inchoaret lex nouam: & tamen quælibet illarum cæmeroniæ paschalium erat de necessitate cum lex determinasset omnes illas, ideo credendum est, quod Christus omnes illas seruauerit, quia alias non diceretur obseruator legis, quia sicut nihil obseruando de lege est prævaricatio legis, ita si quis omiserit unum de his, quæ traduntur in lege, prævaricator est.

Secundo patet, quia quod Christus obseruaret quasdam cæmeronias legales, & alias non: erat quodammodo inordinatum, & irrationabile, & subire laborem superuacuum & inutiliter. Nam obseruare quasdam labor erat, cum quælibet cæmeronia legalis sit laboriosa & onerosa: vnde lex Moyi quantum ad cæmeronias vocatur onus. Sic enim dixit B. Petrus Actuum 15. nunc ergo quid intentatis imponere iugum super cervices discipulorum, quia nec patres nostri, nec nos

portare potuimus? omittere autem quasdam cæmeronias, erat offendere legem: ideo obseruare quasdam, & non omnes erat labor superuacuus, & irrationabilis, quod Christo non competit, quia in omnibus fuit ordinatus: immo ipse ordo omnium operationum nostrarum: sed manifestum est, quod Christus in ultima celebrazione paschali obseruauit alias de cæmeroniis huius festi: ideo dicendum est, quod omnes obseruauit. Hoc tenet Ecclesia in illo hymno corporis Christi, quod fecit beatus Thomas.

*In suprema nocte cena*

*Recumbens cum fratribus,*

*Obserua a lege pleno*

*Cibis in legibus*

Eccce qualiter dicit legem fuisse obseruatam plene in cibis legibus: ergo omnes cæmeronias agni paschalis à Christo in illa cena obseruata sunt. Nunc autem dicendum, quod in hoc non est aliqua difficultas, quod omnes Christiani tam Graeci quam Latini concordant in hoc, quod Christus obseruauit omnes cæmeronias agni paschalis in ultima cena. De duabus autem illarum solum dubitant, scilicet de tempore, & de Azymis. Nam una cæmeronia de necessariis huius festiuitatis erat, quod celebraretur die quartodecimo mensis primi, Exod. 12. & Leuit. 23. & Num. 9. quidam tamen putant, quod Christus non obseruauit istam diem, sed celebravit pascha die tertio decimo mensis primi, sicut Graeci credunt. Alia cæmeronia est quantum ad Azyma. Nam debebat comedere agnum paschalum cum Azymis: immo quod plus est, illo tempore, quo comedebatur agnus paschalum, non debebat esse aliquod fermentatum in tota terra Israël: Deut. 16. Quidam autem putant, Christum non comedisse agnum paschalem cum Azymis, scilicet illi, qui credunt Christum celebrasse Pascha die tertio decima mensis i. quando nondum erant panis Azymus in terra, sed omnes panes erant fermentati. De his ergo duobus nunc agendum est ad certificandum, an Chritus obseruauerit eas, vel omiscerit in ista ultima cena paschali.

#### CAPITULUM V.

*In quo inducit auctor sex rationes satis evidentes, quæ possent fieri pro parte Graecorum, sicut ipsi non faciat eas.*

**A** CCEDENDO ad primam dubitatur, an Christus manducauerit Pascha ultimum vitæ iuxta die quartadecima, mensis primi, quando omnes Iudei celebrabant Pascha, vel anticipauerit, & celebrauerit die tertio decimo eiusdem mensis.

Dicendum, quod in hoc diuersitas fuit, quidam enim servunt, quod Christus manducauerit die tertio decima, & ista fuit opinio Graecorum, quam etiam doctores sui laneti tenebant: in qua conatur nos allegare ex sacra Scriptura ea, quæ istam partem ipsorum defendere possunt, licet ipsi non allegauerint, vt vir peritus videat, an potuerint esse rationabilia motiva ad istam patrem. Et primo probatur, quia Ioan. 18. dicitur, quod quando Iudei duxerunt Christum ad Pilatum, non intraverunt in prætorium, ne contaminarentur: sed manducarent pascha: ergo Iudei non manducauerant pascha, sed ipsa die, vel sequenti mādudaturi erant: Christus tamen manducauerat praecedenti die anteq[ue] moretur, ergo non manducauit pascha, die, qua Iudei manducauerunt, sed anticipauit. Secundo patet hoc, quia Ioann. 13. dicitur: Ante diem festum Pascha sciens Iesus, &c. & sequitur: Et cena facta, cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas, surgit a cena, & ponit veitimenta sua: ergo ante diem pascha comedit Christus agnum paschalem: & tamen Iudei comedebant in die pascha: ergo anticipauit. Tertio patet, quia Io. 19. dicitur: Iudei ergo quoniam parafeue erat, vt non remanerent in cruce corpora sabbathi: erat enim magnus dies sabbathi, &c. Et sic apparet, quod mortuo Christo noluerunt Iudei, quod corpus eius, & duorum latronum maneret in cruce die sequenti propter festiuitatem, & ob hoc vt citio morerentur perierunt a Pilato, vt uberet crura eorum frangi, & morerentur illico, atque deponderentur de cruce, & non manerent in cruce sequenti die propter festiuitatem, & sic apparet, quod non transierat festiuitas maxima: sed erat sequenti die post mortem Christi. Necesse autem est, quod ista festiuitas maxima esset dies Pascha, vel prima die s

A Azymorum, vel septima: & tamen quocunque dato sequitur, quod Christus non comedenter Pascha eo die, quo Iudei. Pater hoc, quia tempore huius celebritatis paschalis non erant nisi duæ festiuitates, scilicet, Phase, & festum Azymorum ut supra probatum est. Et Phase erat die quartodecimo mensis primi. Festum autem Azymorum habebat septem dies, quorum primus, & septimus erant valde celebres: Exod. 12. & Leuit. 23. Nume. 28. alii autem quinque intermedii erat quasi dies profesti, quia licet in eis fieri omnia opera servilia, ut patet ibidem. Necesse est autem, quod ille dies sequens post mortem Christi esset aliquis dies de istis tribus, cum dicitur Io 19. quod erat magnus dies ille sabbathi: si tamen esset illud sabbathum in aliquo aliorum dierum profestorum, non vocaretur magnus dies sabbathi, quia non haberet aliquam speciem maiitudinem, sed solum vocatur dies sabbathi. Si autem detur quod aliquis istorum trium dierum fuerit, necesse est, quod Christus non manducauit Pascha eo die, quo Iudei. Nam si dicatur, quod istud sabbathum fuerit dies Pascha, cum Christus mortuus fuerit die praecedenti: ne cesset eum fuisse mortuum die tertiacima mensis primi, & manducasse Pascha die praecedenti ante mortem suam, scilicet duodecima die mensis: & tamen Pascha celebrandum erat die quartodecimo: Leuit. 23. ergo anticiparet per duos dies. Si autem dicatur, quod illud sabbathum erat dies primus Azymorum, cum ille esset dies quintus decimus mensis: Exod. 12. & Leuit. 23. necesse erat, Christum fuisse mortuum die 14. mensis, & manducasse die 13. Et sic anticiparet per unum diem, cum Pascha celebraretur die quartadecima mensis. Si autem dicatur, quod illud sabbathum esset dies septimus Azymorum, esset dies vicesimus primus mensis primi: Exod. 12. & Leu. 23. Nume. 28. Et sic mortuus fuisse Christus die praeced. scilicet, vicesimo mensis eiusdem, & celebrasset Pascha die decimonono eiusdem mensis, & tunc mutaret tempus, cum Pascha celebrandum esset die quartodecimo mensis. Quomodo cunque ergo detur: videtur sequi necessario, quod Christus non manducauerit Pascha ea die, qua Iudei. Quarto patet Matth. 26. vbi Christus dixit: tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum Discipulis meis: in quo innuitur anticipatio quædam, scilicet, tempus meum prope est, id est, quia tempus meum, scilicet, mortis meæ prope est, id est, sequenti die, & ob hoc non potero manducare Pascha die statuto: volo hodie apud te manducare illud: si autem non significaretur hic aliqua anticipatio, frustra viderentur posita ista verba, scilicet, tempus meum prope est, quia ista ponuntur tanquam causa huius celebritatis paschalis: sed solum diceretur: Apud te facio Pascha cum discipulis meis: Christus tamen nihil loquebatur superflue: ergo significauit in hoc anticipationem celebritatis paschalis.

C Quinto patet, quia durius valde est, & magis repugnans celebrati alicuius festi, quod die ipso aliqui ordine iudicatio occiduntur, quam quod postquam occisi fuerint in diebus profestis maneat corpora eorum in patibulis in die festo, vnde in nouo testamento non permittitur in die dominico aliquem ordinem iudicario verberari, vel occidi: immo nec causam agi, aut sententiam dari, ut patet extra de feris capitulo, omnes dies dominicos, & tamen si fuerint aliqui suspensi in diebus profestis, permituntur corpora eorum manere in patibulis in diebus dominicis. Sed Iudei non permettebant, quod illo magno sabbatho permanerent corpora in cruce, & tamen illud non erat Pascha, ut volunt aduersari: sed simplex sabbathum: ergo à foriori non permettent occidi aliquos in die Pascha, cum dies primus Pascha sit cæteris celebrior: Leuitici vigesimo tercio, & Numerorum vigesimo octavo: ergo non occisus est Christus in festiuitate Pascha. Si tamen detur, quod Christus non anticipauit coenam agni paschalis, necesse est, quod occisus fuerit prima die Pascha: ergo anticipauit coenam: Pater hoc, quia si Christus non occisus est in die festo Pascha, scilicet, magna festiuitate, fuit occisus ante vel post: si ante fuit occisus, necesse est, quod anticipauit coenam, quia ista festiuitas erat die quintodecimo mensis, & ipse moreretur die praecedenti, scilicet, quartodecimo, & comedenter agnum die praecedenti ad mortem suam, scilicet die tertio decimo: & tamen agnus paschalis comedendus erat die quartodecimo: ergo anticipabat. Si autem mortuus fuerit post diem festum Pascha, cum istud festum esset

die quintodecimo mensis, ut dictum est, moreretur saltē die sextodecimo. Et quia comedenter Pascha die praecedenti ad mortem suam, ut testantur omnes Euangelistæ, scilicet, quia illico ut surrexit de coena, iuit in horrum: & captus est ibi à ministris Iudeorum, & sequenti die occisus est: ergo comedenter agnum die quintodecimo, & tunc posterioraret tempus per unum diem: & tamen in festo magno Pascha non permitteretur Christus occidi, nec aliquis aliis, ut supra dictum est: ergo anticipauit coenam, vel posteriorauit: nemo tamen dicit, quod posteriorauit: ergo dicendum est, quod anticipauit.

Sexto patet, quia Matth. 6. & Mar. 14. dicitur, quod dixerunt pontifices: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo, dies festus vocatur hic dies primus Azymorum, in quo conueniebant omnes viri de terra Israël in locum Sanctuarium ad comedendum de agno paschali die praecedenti, quia Deus iussicerat, quod ter in anno conuenirent omnes viri Israëlitæ in locum Sanctuarium. Et primum festum istorum erat dies prima Azymorum: Exod. 23. & 34. & Deut. 16. & quia populus habebat Christum, ut prophetam: timuerunt pontifices, quod si illa die congregato toto populo conarentur occidere eum, fieret tumultus magnus in populo: ergo non occiderunt eum in die festo: si tamen non occisus est in die festo, oportet esse anticipationem, vel posteriorationem coenæ. Quod patet, quia vel occisus est ante diem festum, vel post diem, neceesse est, quod saltē die quartodecimo occideretur, & sic coenaret die tertio decimo: & tamen agnus paschalis comedendus erat die 14. si autem posteriorauit, occisus est saltē die 16. & comedenter agnum die 15. qui tamen comedendus erat die quartodecimo: ergo posteriorauit, & sic non potest dari, quod comedenter eo die, quo Iudei.

D

E

## CAPITULUM VI.

In quo declaratur, quomodo opinio Graecorum consonat omnibus auctoritatibus sacrae scripture, & quod nullum sequitur inconveniens illa posita, & de difference divisionis in munditiarum legum.

**S**ENTENTIA ista etiam rationabilis videbatur, & induci ex necessariis fundamentis. Et hanc sequuntur omnes Graeci. Huius positionis caput esse videtur Ioannes Chrysostomus doctor famosissimus inter Graecos dicens, quod Christus per unam diem ante Iudeos pascha celebravit reseruans suam occisionem feriæ sextæ: sed licet non teneat hoc Chrysost. satis est, quod est communis Graecorum opinio. Et hoc modo deberet dici, quod dies festus Iudeorum, scilicet, dies primus Azymorum erat dies sabbathi, quod vocatur magnum sabbathum, & die Veneris praecedentis ad vesperum comedendus erat agnus paschalis ordinario secundum legem. Christus autem, quia disposuerat mori die sequenti, die quo immolabatur agnus legalis, cum ipse esset agnus immolandus realiter impositurus terminum vmbritili agno: voluit occidi eadem die Veneris antequam occideretur agnus legalis qui eadem die ad vesperum immolandus erat. Hoc modo necesse erat, quod Christus anticiparet coenam agni, vel nullo modo celebraret eam, cum ipse illo die occidendus erat, quo immolabatur agnus: & tamen Christus noluit omittere coenam agni paschalis, quia ista videbatur multum necessaria ad significandum, quod in ea imponebarat terminus omnibus veteribus ceremoniis, sicut dicitur: Luc. 23. Desiderio desiderauit hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar. Si tamen non importaret aliquod mysterium ista celebratio vltima paschalis: Christus non diceret se eam desiderare, quia Christus non desiderabat superflua, sed necessaria, vel nimis utilia & ordinatissima: ergo non debuit omittere istam celebratem paschalem vltimam. Et quia non potuit eadem die, quo Iudei impudente morte, necesse erat, quod praecedenti die celebraret Pascha, scilicet, die Louis, qui erat dies tertius decimus mensis. Et sic anticipabat per unum diem, quia quartodecimo Pascha celebrandum erat. Hoc modo non sequitur aliquod inconveniens de supra inductis, quæ videntur sequi si ponatur Christum manducasse Pascha ea die, qua Iudei. Sic etiam consonant huic positioni omnes auctoritates supra allegate.

Ceremo  
nia de  
imma  
nitis.

A De prima patet, scilicet, non introierunt in prætorium, &c. Nam sic dicendo Christus mortuus est die veneris, quæ erat dies quartadecima mensis primi, & ad vesperum illius immolandus erat Pascha, et si introiuisserent Iudæi in prætorium contaminarentur, & non possent manducare de agno paschali, qui immolabatur eadem die ante solis occasum, et si incurrisserent istam immunditiam non possent mundari antequam transiret solis occasus: & tamen ante solis occasum incipiebat Pascha: ergo non possent celebrare Pascha propter immunditiam. Pro quo sciendum, quod in immunditiis, & contaminationibus legalibus erat differentia in duratio, quia quædam durabant longo tempore sive per totam vitam hominis, sicut patet de lepra, quia erat quis immundus quandiu pateretur illam, & insuper octo diebus: Leu. 13. & 14. Vir etiam, qui patiebatur fluxum seminis erat immundus toto hoc tempore, quo durabat ista ægritudo, & insuper octo diebus: Leu. 15. & interdum durabat usque ad mortem: Mulier quoque fluens sanguine extra tempora menstruorum erat immunda toto tempore, quo patiebatur, & interdum durabat hoc longo tempore, sicut patet de muliere, quam Christus sanauit. Luca octauo, quæ passa fuerat duodecim annis. Interdum durabat immunditia octoginta diebus, sicut in muliere, quæ pepererat feminam: Leuitici duodecimo, interdum autem quadraginta diebus sicut in feminâ, quæ pepererat masculum eodem capitulo. Aliando autem septem diebus, sicut in muliere, quæ patitur menstruum. Leu. 15. & in viro, qui tangit carnaliter mulierem menstruatam, eodem capitulo: & in eis, qui polluuntur tangendo mortuum, vel morticinia animalium, vel offæ reperita in agro. Num. 19. alia autem immunditiae, ut communiter durabant per vnam diem, scilicet, usque ad solis occasum: Leuitici undecimo, & 13. & 15. & 17. & 22. non tamen reperitur aliqua contaminatio in veteri testamento, quæ minus duraret, quam usque ad solis occasum sequente postquam contrahebatur, ut patet in omnibus allegatis, & etiam discurrendo per totum vetus testamentum. Et hoc verum est nisi in contaminatione lumini sacerdotis in die propitiationis in capitulo emissario, quia posse hunc manus supercaput eius, polluebatur, & illico tollebatur illa immunditia loto corpore in aquis viuentibus: Leu. 16. Istæ autem immunditiae quæcunque essent arcebant hominem à sanctuario, & ne posset tangere res sacras sub pena mortis: Leu. 15. & quia carnes sacrificiorum, & carnes agni paschalis erant sacræ, non licet in immundis comedere de eis. Et sic ante pascha expiabant se Iudæi de omnibus immunditiis. Sic pater Ioann. II. cum dicitur, proximum autem erat Pascha Iudæorum, & ascenderunt multi Hierosolymam de regione ante pascha, ut sanctificarent se ipsos id est, ut purificarent de immunditiis, & sic isti Iudæi noluerunt contaminari, ut possent manducare Pascha, id est, agnum paschalem, & tamen si die veneris in aurora introiuisserent Iudæi in prætorium Pilati, non potuissent comedere Pascha eadem die.

Item consonat secunda auctoritas Ioh. 13. scilicet, Ante die festum, &c. scilicet, quod Christus fecit cœnam die Louis ad vesperum, & Pascha Iudæorum erat sequenti die veneris ad vesperum, quando ipse mortuus est, ideo ante diem festum paschale cœnauit agnum paschalem. Item consonat tertia auctoritas Ioh. 19. scilicet, Iudæi autem quia paræscue erat & erat. Non enim permitta fuerunt corpora in cruce die sequenti post mortem Christi, quia mortuus est Christus die quartadecima mensis, quo die ad vesperum immolandus erat agnus, & illo die licebat occidi quoscunque ordine iudiciorum: & fieri quæcunque opera seruilia. Dies autem sequens post mortem Christi vocabatur magnus dies sabbathi, eo quod dies sabbathi secundum se est magna obseruationis, & superaddebat ei alia festiuitas, quæ coincidebat cum eodem, scilicet, quia erat tunc dies prima Azymorum, quæ erat dies celeberrima: Leu. 23. Et sic efficiebatur Magnus dies ille sabbathi: ideo ablata sunt corpora de cruce ne manerent sequenti die, tam propter sabbathum quam propter solenitatem Azymorum. Item consonat quarta auctoritas, scilicet, Tempus meum prope est, & cætera, scilicet, quia sequenti die moriturus erat, in qua Iudæi celebrabant pascha, ideo anticipauit per unum diem, quia non poterat eadem die celebrare, quia Iudæi. Item non obstat quinta ratio de festiuitate,

qua licet in festo paschali, scilicet, prima die Azymorum effter contra festiuitatem festi occidi Christum, & latrones, ramen die veneris præcedenti, quando immolabatur agnus paschalis non erat aliquod inhonestum contra festiuitatem occidi Christum, quia pascha, quod erat eodem die non incipiebat in aurora, vel nocte præcedenti, sed eadem die ad vesperum, scilicet, ad horam nonam, vel circa occasum solis, Deuter. 16. & in reliqua parte dici licebat fieri quidquid in diebus profectis fit. Consonat etiam auctoritas. Non in die festo, quia ponendo anticipationem canæ Christi non fuit ipse occisus die festo, scilicet, prima die Azymorum, sed die præcedenti, & tunc nondum conuenerat populus qui conueniebat eadem die ad vesperum, quando erat tempus immolandi Phase. Et sic non fuit tumultus in populo propter mortem Christi, sicut desiderabant pontifices.

## CAPITVLVM VII.

In quo ponuntur rationes quinque necessarie probantes quod Christus non anticipavit celebratiōem Phase, sed celebrauit tunc, quando Iudei celebrauerunt.

**T**ANGIT istam questionem Nicolaus de Lyra Ioh. 13. super illud Ante diem festum Paschæ, sed breuissime transit: ex quadam parte questionem insolutam relinquent. Tangit etiam eam Sanctus Thomas, & melius libro de erroribus Græcorum, & in summa contra Gentiles libro 4. capit. 69. tertia parte summa. q. 46. articulo. 9. in responsione ad primum argumentum. Et ambo tenent, quod Christus non anticipauit cœnam, sed comedenter ea die, quia Iudæi. Hoc etiam tenent antiquissimi doctores Latinorum. Nam Hieronymus dixit Christum luna quartadecima fecisse cœnam, & luna quindecima eum suisle mortuum.

Dicendum igitur est, quod positio Græcorum cuius fundamenta supra possumus, licet in cortice mulcum rationabilis videatur. tamen falsa est Christus enim comedit agnum ea die, quia Iudæi, scilicet, die Louis ad vesperum, quia tunc erat luna quartadecima, in qua secundum legem immolabatur agnus, occisus fuit prima die Azymorum. Vel secundum alium modum loquendu in secunda die Azymorum, & ista dies mottis Christi erat magna festiuitatis, & sic Christus nihil anticipauit. Hoc patet multipliciter, primo, quia dicitur Matth. 26. Prima die Azymorum accesserunt ad Christum discipuli eius dicentes, vbi vis, paremus tibi comedere Pascha? ergo non manducauerat Pascha ante diem Azymorum, quia in ipsa prima die Azymorum adhuc discipuli sui non patauerant ei Pascha. Et hoc concluditur quomodo cum que accipiamus diem primum Azymorum.

Pro quo sciendum, quod aliter accipitur dies Azymorum in veteri testamento, & aliter interdum ab Evangelistis, Nā in veteri testamento distinguuntur ista duo festa, scilicet, Phase, & Azymorum, quia Phase erat die quartodecimo, & festum Azymorum erat die quindecimo Leu. 23. Evangelisti autem interdum accipiunt festum Azymorum pro festo Phase, & pro Azymis simili, & interdum accipiunt Phase sive Pascha pro festo Azymorum. Sic patet Mat. 14. scilicet, Erat autem pascha, & Azyma post biduum. Et sic eadem festiuitas vocatur Pascha, & Azyma, quia alias non dicerebatur, quod post biduum erat Pascha, & Azyma, sed si pascha esset post biduum esset festu Azymorum post triduum. Et sicut etiam dicitur Luc. 22. scilicet, appropinquabat dies festus Azymorum, quod dicitur pascha. ergo pro eodē accipitur. Si accipiamus isto modo diem Azymorum, vocabitur primus dies Azymorum dies pascha, scilicet, quartus decimus dies mensis, quia in illo comedebantur Azyma cum agno paschali. Exodi. duodecimo, & Numer. nono, & sic non anticiparet Christus cœnam, sed in ipso die quartodecimo cœnaret, quando Iudei cœnabant. Vel dicitur die prima Azymorum secundum Sanctum Thomam, & secundum alios doctores Latinorum. tertia parte summa. q. 46. articulo. 9. ipse dies quartus decimus in quatuor phase celebrabatur ad vesperum, & vespera sive nox diei præcedentis pertinet ad sequentem, id cū die quindecimo, qui erat primus dies Azymorum computatur nox diei quartidecimi, in quo immolabatur phase, & sic dicebatur i. dje Azymorum immolari. Sed videtur dicēdū hoc, q. hoc nō possit stare, q. a liageretur hic de nocte illa, in qua comedederetur agnus paschalis

post

A Post solis occasum, adhuc posset dici, quod comedebatur die primo Azymorum, scilicet, die quintodecimo: & tamen agitur hic de ipso die quartodecimo ante solis occasum: immo ante meridiem, quia dicitur quod accesserunt Discipuli ad Christum petentes ab eo, vbi vellet sibi parati Pascha. Et tamen ad hoc, quod pararetur locus, & omnia necessaria ad Pascha ante solis occasum, necesse erat, quod inciperent hora matutina, scilicet, ante meridiem, & tamen ista pars diei quartodecimi non potest computari cum die quintodecimo: sed solum nocte sequens computaretur cum die quintodecimo. Non potest ergo hic accipi dies primus Azymorum, secundum istum modum pro die quintodecimo, qui vocatur proprius dies primus Azymorum: sed pro die quartodecimo, qui erat dies Pascha. Si autem accipiarur dies primus Azymorum secundum Iudeos pro die quintodecimo mensis primi, queretur, quod Christus cœlauerit die quintodecimo ad vesperum, & sic posterioruit per unum diem cum Iudei celebrarent Pascha die quartodecimo: ideo nullo modo anticipauit. Sed dicendum est, quod hoc non est concedendum, quia nulla causa videtur, quare Christus posterioraret diem celebrationis paschalis, cum hoc esset contra legem, & non appareret aliqua causa ad faciendum hoc, sicut poterat esse aliqua causa ad hoc, quod anticiparet per unum diem, scilicet, propter mortem suam instantem, ut tenerunt Graeci: id eo necesse est dici, quod accipiatur dies primus Azymorum prout coincidit cum Phase. Secundo patet, quia Mar. 14. dicitur. Prima die Azymorum, quando Pascha immolabant, dicunt ei Discipuli: quo vis eamus, & paremus tibi, ut manducem Pascha? Et postea sequitur ibi, quod eodem die paruerunt: ergo videtur, quod non comedebat Christus Pascha ante istum diem Azymorum, sed in primo die, in quo Iudei immolabant Pascha ipse quoque immolauit. Tertio patet, quia Luc. 22. dicitur. Venit autem dies Azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha, & misit Petrum, & Ioannem dicens, euntes parate nobis Pascha, ut manducemus. Ergo videtur, quod Christus nondum manducauerat Pascha ante diem Azymorum, sed in ipso die, in quo necesse erat occidi Pascha, id est agnum paschalem secundum legem à Iudeis: ipse etiam immolauit, & comedidit. Quarto patet, quia Christus obseruauit omnes ceremonias legis Moysi ad vngue totum tempore vitae suæ, sicut ipse dixerat Matth. 5. scilicet. Non veni solvere legem, sed implere, id est, completere, vel finire obseruando se per quendam vixero, ceremoniae autem agni paschalis erant pars legis ideo Christus obseruauit illas: si tamen Christus anticipasset immolationem agni, egisset contra legem: ergo non anticipauit. Patet hoc, quia sicut erat de necessitate legis quo liber anno immolare semel Phase, ita erat de necessitate legis immolare illud tempore determinato, scilicet, die 14. mensis primi ad vesperum. Sicut patet Num. 9. scilicet, facient filii Israel Phase 14. die mensis huius ad vesperum iuxta omnes ceremonias, & iustificationes suas. Et sicut quis nullatenus vellit in aliqua parte anni celebrare Phase occidentus erat, ita si non immolaret tempore debito, scilicet, die 14. occidi debebat Num. 9. scilicet, & non fecerit Phase exterminabitur anima illa de populo suo, qui sacrificium non obtulit Domino tempore suo. Sed aliquis dicit, quod verum est hoc de tempore celebrationis Phase, quod tunc deberet fieri: & tamen poterat anticipari, vel posteriorari celebratio Phase, & sic dicunt, quod fecit Christus propter causam virginem. Sed dicendum, quod ista responsio non stat propter tria. Primo quia lex permittebat, quod posterioraret tempus celebrationis paschalis ex quibusdam causis: non tamen quod anticiparet aliquando, vt patet Num. 9. vbi ponuntur causis posteriorationis, sed nulli casus reperiuntur anticipations.

Secundo non stat, quia licet esset aliqua causa immutandi tempus paschale, ista erat duplex solum, scilicet, immunditia, vel peregrinatio longinqua extra terram Chanaan, secundum quam non posset redire ad locum Sanctuarij tempore paschali, vt patet Numero 9. scilicet: Si quis immundus est, & in itinere non fuit, & tamen non fecerit Phase, exterminabitur anima illa de populo suo. In Christo autem non erat aliqua istarum excusationum. Nam non erat immundus, eo quod immunditiae dicebant imperfectionem, cum secundum eas arceretur quis à sanctuario, & à rebus sacris, Leuit. 11. & 15. Christus tamen non assumpsit, nec contraxit

D imperfectiones, nisi illæ essent necessariae ad redemptionem nostram, pro qua ipse assumpsicerat naturam passibilem, sed istæ immunditiae legales non erant huiusmodi, quia potius secundum eas erat homo abiector, & non pertinebat ad aliquam utilitatem, ideo Christus nunquam contraheret aliquam immunditiam legalem. Potissimum in tali tempore, in quo arceretur à celebratione paschali, quæ erat necessaria omnibus Iudeis. Non erat etiam Christus in peregrinatione tempore paschali, cum esset in Ierusalem, vbi erat locus sanctuarii, ideo non habebat causam mutandi tempus celebrationis paschalis.

Tertio non stat, quia licet permetteretur mutatio paschalis celebratibus, non permetteretur solum mutari per unum diem, vel duos, sicut isti dicunt Christum mutasse, sed fiebat mutatio per unam integrum lunationem, sc. quia regulariter secundum legem fiebat celebratio Phase mense primo, die quartodecimo ad vesperum. Impediti autem una de duabus causis supradictis, celebrabant Phase die quartadecima mensis secundi ad vesperum. Et hoc fiebat, ut retineretur significatio festivitatis istius, sc. quia quartadecima luna mensis primi fuerunt libera ta primogenita Iudeorum ab Angelo percussa in Ægypto Exodi 12. & Numer. 32. & cum celebraretur Pascha per impeditos quartadecima luna mensis secundi, retinebatur significatio, sc. quantum ad lunam, licet non quantum ad mensem. De hoc Num. 9. scil. homo, qui fuerit immundus, vel in via procili in gente vestra, faciat Phase Domino mense secundo, quartodecimo die mensis ad vesperam.

E Si autem anticipauit Christus, ut Graeci volunt, oportet, quod comedet Pascha die tertiadecima mensis primi, & talis mutatio erat penitus contra legem, ideo non anticiparet Christus sic, cum seruaret legem usque ad vnguem.

Sed aliquis dicet, quod quanquam hoc verum teneret in aliis hominibus, qui obligati erant legi, tamen non tenebat in Christo, qui erat liber ab illa, ideo quandocumque vellat poterat immolare Phase.

Dicendum, quod non stat, quia quanquam Christus esset liber, quantum ad hoc, quod non teneretur celebrare Phase, vel obseruare aliquam aliam legalem ceremoniam, tamen cum ipse vellet obseruare illas, oportebat, quod obseruaret eummodo, quo lex iubebat, alioquin solueret legem, cuius contrarium ipse profitebatur, Matthæi 5. Item videretur agere aliquid valde irrationalib[us], scilicet obseruare quasdam ceremonias agnipaschalis, & alias non, quia ita offendebatur lex omitendo unam, sicut omitendo omnes, & sicerat iste labor, vel obseruatio inutilis. Quod autem esset ista mutatio temporis valde contra intentionem legis, patet, quia si quis immundus erat die Paschæ, non dicebat lex, quod sequenti die celebraret Phase, aut post duos vel tres, licet sequenti die esset mundus, sed differebat usque ad quartum decimum die mensis secundi. Ethoc, quasi non seruaretur intentio legislatoris constituentis Phase, si illud alio die, quam in luna quartadecima celebraretur. ergo non mutaret Christus celebrationem paschalem ad diem tertium decimum mensis primi; etiam propter causam quamcumque urgentem, sed potius omitteret illam celebrationem, sicut illi qui immundi erant, vel peregrinantes mente primo, & secundo, non celebrabat anno illo Phase, quanquam postea haberent locum celebrandi, eo quod legislator potius voluit omitti celebrationem, quam agi contra intentionem institutionis sua. Quinto patet, quia ceremoniae veteris Testamenti erant figura eorum, quæ euentura erant in Christo, & in novo Testamento 1. Corinth. 10. scilicet, omnia in figura contingebant illis: & ceremoniae agni paschalis specialiter erant mortis Christi figura, Ioan. 19. scilicet, ut completeretur Scriptura, quæ dicit: Os non communieris ex eo, & ista scriptura dicta fuerat de agno paschali, Exodi 12. Ex quo apparet, quod etiam literaliter intelligebatur de morte Christi, quia alias non diceretur scriptura compleri per hoc, quod non frangerentur ossa Christi. Figura autem debet præcedere figuratum: ideo prius debebat celebrari legalis agni immolatio, quam veri, ut verus imponeret finem vmbritati. Si tamen Christus anticipauit Phase, oportet, quod ipse mortuus fuerit ante celebrationem Phase Iudeorum, sc. quod eadem die, qua ipse occisus est, Iudei ad vesperum immolarent agnum, quod non erat conueniens: ergo non anticipauit Christus Phase, & consequenter fuit

A Pascha Iudæorum die Iouis ad vesperum, quando Christus manducauit agnum cum Discipulis suis, & sic obseruauit cæmoniam de tempore immolationis immolando die quartadecima sicut cæteri Iudæi.

## C A P I T U L U M . V I I I .

In quo r̄spōndetur ad sexrationes inductas pro parte Græcorum, & ibi multa notanda.

**I**Neuitabilibus, & necessariis rationibus in superioribus inductum est, quod Christus non anticipauerit Pascha comedendo die tertiodecimo, sicut Græci arbitrii sunt, sed ea die comedit, qua cæteri Iudæi, vt per hoc etiam ostenderet, quod usque ad ultimum diem vitæ suæ non recedebat à plena obseruatione cæmonialium veteris testamenti, manet igitur respondendum ad eas rationes, quæ inductæ fuerunt pro fundamento positionis Græcorum.

Prima erat, quod Iudæi non introierunt prætorium, &c. dixit Chrysost. vt vult sanctus Thomas, & quidam Latini, quod Christus celebravit Phase die quartadecima mensis, quando secundum legem celebrandum erat: Iudæi tamen non celebraverunt illa die, sed die sequenti, scilicet, quindecima mensis, quando Christus mortuus est. Et dicunt, quod hoc fuit, quia Iudæi occupati circa procurationem mortis Christi non potuerunt celebrare Phase tempore suo, scilicet, die 14. sed distulerunt usq; ad diem sequentem, quo Christus mortuus est, & sic noluerunt intrare die mortis Christi prætorium, nec contaminarentur, sed manducarent Pascha illa die ad vesperum.

Sed dicendum, quod hoc non stat, quia non videtur quomodo Iudæi transgredierentur legem in hoc mutando tempus celebrationis paschalis, quia de necessitate impositus erat terminus & non licebat alicui mutare illum nisi ex duabus causis supra inductis, s. propter immunditiam, & propter peregrinationem. Et dato, quod mutaretur, non poterat mutari ad diem sequentem, sed debebat mutari per totam vñaluationem integrum, vt celebraretur die quartadecima mensis secundi: Num. 9. non ergo mutarent Iudæi istam obseruationem ad diem quintadecimam.

Item patet, quia non rationabiliter dictum. Nam dabo, quod Iudæi occuparentur in procurando mortem Christi, non erat talis occupatio, quæ impedit nos à celebratione paschali, cum cæmonia paschales solum consistenter in vna coena. Et sicut alias cœnatur erant, si non celebrarent Pascha, ita nunc cœnarent paschalem agnum, & procurarent mortem Christi.

Item patet, quia Iudæi non poterant aliquo modo impediti propter tractatum mortis Christi, quia aut iste tractatus erat in consilio, aut in effectu tenendo Christum: primus tractatus factus fuerat iam à Iudæis per aliquot dies ante mortem Christi ex illa die, qua Christus suscitauit Lazarum: Ioann. decimoprimo, & iste non impediebat Pascha. Secundus tractatus magis factus est per Gentiles, quam per Iudæos, quia ministri sumorum pontificum tenuerunt Christum orantem in horto: Matth. vigesimo sexto & Ioan. decimo octavo. Et dato, quod essent ibi aliqui Iudæi, adhuc isti non impedirent à celebratione paschali, quia agnus paschalis comedebatur die quartadecima ad solis occiduum: & tamen Christus tentus est à Iudæis cum iam transisset magna pars noctis, postquam iam cœnauerat, & longum sermonem Discipulis fecerat, & in horto diu dormientibus Apostolis orauerat Ioan. 18. non ergo oportebat transferri celebrationem paschalem propter occupationem circa traditionem Christi.

Item patet, quia dato, quod adhuc necessaria esset mutatio celebrationis paschalis pro occupatione circa mortem Christi: tamen hoc non esset, nisi in paucis, qui occuparentur circa ipsam traditionem, reliquus autem populus celebraret Pascha tempore statuto: & tamen Ioan. 18. dicitur generaliter: Iudæi autem non introierunt in prætorium, &c. quasi istud pertineret ad omnes: ergo non intelligitur per illud, quod mutatum fuerit Pascha ad diem sequentem.

Item patet manifeste, quia si illi principes Iudæorum, qui præcipue tractabant de morte Christi mutant diem

Phase, vt tractarent mortem eius, cum hoc esset contra legem, appareret manifestissime malitia illorum, scilicet, quia adhuc non verebantur publice facere contra legem, vt Christum occiderent: in quo significeretur magnitudo inuidiae, & ex hoc sequeretur magnum scandalum in plebe, quod valde intendebant evitare principes fæderorum, cum dixerunt: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo Matth. 28.

Item patet magis, quod nullo modo Iudei mutauerunt Phase, quia Mar. 14. dicitur: Primo die Azymorum, quando Pascha immolabatur dicunt ei Discipuli. Quo vis camus, vt paremus tibi, vt manduces Pascha? ergo illo die, quo Iudæi manducabant Pascha, Christus manducavit.

Sed dicendum est, quod licet Iudei comedissent agnum paschalē in nocte præcedēti, tamē adhuc nolebant contaminari, quia Pascha durabat per septem dies, & in his volebant esse mundi. Dicit ergo sanctus Thomas, quod non accipitur hic Pascha pro agno paschali, sed Pascha pro cibis paschalibus, scilicet, pro Azymis panibus, qui comedendi erant per septem dies. Hoc patet tert. par. sum. q. 46. art. 1. Et ista positio videtur satis conueniens, eo quod Euangeliæ interdum non faciunt differentiam de Pascha & Azymis, sicut in veteri testamento: Leuit. 23. sed accipiunt pro eod. Marc. 14. scilicet. Erat Pascha & Azyma post biduum, & Luc. 22. dicitur: Appropinquabat autem dies festus Azymorum, quod dicitur Pascha. Et istam positionem multe tenent.

Sed videtur dicendum aliter, quod non accipiatur Pascha pro Azymis panibus, sed pro carnibus sacrificiorum, quas comedebant in septem diebus paschalibus sive leptem diebus Azymorum. Patet hoc multipliciter.

Primo quia ad comedendum istud Pascha Iudæi obligabantur esse mundi, cum dicatur quod noluerunt contaminari, vt manducarent Pascha. Et tamen ad comedendum de Azymis non requirebatur, quod quis esset mundus. Quod patet, quia Exod. 12. vbi ponitur ritus agni paschalis & Azymorum, dicitur quod comedentes de agno paschali debebant esse mundi. Et tamen de comedentibus Azymos panes per septem dies non dicitur, quod deberent esse mundi, nec reperitur in toto veteri testamento, quod requiratur munditia in comedendo Azymos panes, & saepe reperitur, quod requiratur munditia in comedendo agnum paschalem.

Valeat tamen ista consequentia inter Hebreos circa obseruationem cæmonialium, scilicet aliquid non reperitur scriptum in lege: ergo non obligantur Iudæi obseruare illud, immo quod plus est, non licebat Iudæis obseruare aliquam cæmoniam circa cultum Dei nisi illa scripta esset in lege, vt patet Deuter. 12. scilicet. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino Deo tuo, nec addas quidquam, nec minuas. Non ergo requirebatur munditia circa comeditionem Azymorum, cum non sit scripta: ideo non accipietur hic Pascha pro Azymis. Accipiendo tamen Pascha pro sacrificiis paschalibus, conuenienter dictum est, quod adhuc quod aliquis comedederet de carnibus sacrificiorum, sive essent sacrificia pacifica, sive pro peccato, requirebatur, quod esset mundus, vt colligitur Leuit. 6. & 7. & 10. & Deuter. 12. Et sic vt comedenter Iudæi de ipsis sacrificiis paschalibus, vellent esse mundi.

Item patet, quod non intelligatur de Azymis, nec requiratur aliqua munditia ad comedendum Azymos panes, quia tunc sequeretur inconveniens, scilicet, quia tunc aliquis propter malitiam suam obsoletur à lege penali, & reportaret commodum de malitia, quod non est conuenienter. Sicutum. Patet hoc, quia si requireretur munditia pro comeditione Azymorum si quis voluntarie incurriter immunditiam libera retur à comeditione Azymorum, & comedederet de fermentatis: & tamen in hoc relevaretur à pena, cum comedere de Azymis est lex penalis: Deut. 16. l. Septem comedie diebus absque fermentato afflictionis panem, quoniam in pauore egreditus es de Ægypto. Et sic panis Azymus vocatur panis afflictionis, quia est mali saporis, & affliguntur homines comedendo de illo, potissimum senes. Non ergo liberaretur quis ab ista lege penali propter immunditiam, sed semper esset astricatus ad comedendum Azyma, etiamsi incurriter immunditiam sponte vel casu.

A

Secus autem est de immunditiis quantum ad alios casus, quia per immunditiam arcebatur quis a Sanctuario & auctu rerum sacrarum, accedere autem ad ista erat honor quidam sine pena, arceri autem ab his erat dedecus & quædam poenitatis: ideo in his bene conueniebat, quod propter immunditiam arceretur quis a factis, quæ inducuntur per honorem.

Secus autem de comeditione Azymorum, quia non erant induciti propter honorem, sed in poenitatem: ideo si homo incideret in immunditiam, siue non, tenebatur semper per illos septem dies comedere de Azymis, & non licebat ultra tenus comedere de fermentatis. Item patet, quod hoc non stet, quia si ad comedendum Azyma requireretur munditia, quando quis incurreret sponte, vel casu immunditiam in aliquo istorum septem dierum, liceret ei iam comedere de fermentatis: & tamen non poterat esse, quia nullus panis fermentatus erat in toto Israël in toto festo Azymorum. Deut. 16. s. non erit fermentatum in omnibus terminis tuis septem diebus: ergo oportebat, quod omnes siue mundi, siue immundi comedenter Azyma.

Item patet clarus, quia non reperitur quod panis Azymus vocetur Pascha, vel Phasche: & tamen reperitur quod sacrificia, quæ fiebant in septem diebus Azymorum vocentur Pascha. Nam licet Luc. 22. dicatur: Appropinquabat dies festus Azymorum, quod dicitur Pascha: Non constat tamen, quod panes Azymi vocentur Pascha, sed solum intelligitur de ipso die festo Azymorum, quia dicitur: Appropinquabat dies festus Azymorum, quod dicitur Pascha, id est, ipsum festum Azymorum vocatur Pascha. Etiam quando dicitur Mar. 14. erat Pascha, & Azyma post biduum, vocantur Azyma festum Azymorum, scilicet Pascha & Azyma, id est, festum paschale, & festum Azymorum erat post biduum.

De sacrificiis autem paschalibus, quæ fiebant in septem diebus Azymorum repeperitur, quod vocentur Pascha, quia Deut. 16. dicitur: Immolabis Domino Deo tuo Phasche de boibus & oviis in loco, quem elegerit: non tamen potest intelligi Phasche pro agno paschali, qui immolabatur die quartodecimo mensis primi ad vesperum, quia illud sacrificium non erat nisi de agnis anniculis vel de haedulis anniculis: Exod. 12. & tamen hic dicitur: Immolabis Phasche de boibus & oviis: ergo necesse est intelligi Phasche pro sacrificiis paschalibus, quæ immolabantur in septem diebus festi Azymorum. Et sic exponunt omnes doctores tam Latinis, quam Hebreis. Item patet, quia iste sensus conuenit literæ, scilicet primi ve nientes in Ierusalem in festo paschali offerebant multa sacrificia pacifica coram Domino, & comedebant de carnibus eorum in templo ipsi & vxores, & filii, & filiarum, & omnes alii, quos inuitarent, ut colliguntur Deut. 22. Et hoc faciebant Iudei, quia Deus præcepérat eis, quod non apparerent vacui coram eo: Exod. 23. & sic quando veniebant in istis tribus vicibus per annum in templum, portabat quilibet aliqua animalia ad immolandum, vel aliqua munera, & de illis comedebant, quia de sacrificiis pacificis licet erat comedere quibuscumque laicis: dum tamen essent mundi, Leu. 7. & Deut. 12. Et cum requiriatur munditia pro istis sacrificiis, eo quod erant carnes sacræ, & generaliter omnes Iudei comeduntur erant de carnibus sacrificiorum pacificorum, quæ offerrent in istis septem diebus, volebant se custodire mundos ad manducandum Pascha, id est, paschalia sacrificia, licet iam manducassent Pascha, id est, agnum paschalem.

Secunda ratio erat, quia dicitur Ioan. 13. ante diem festum Pasche, &c. Quidam respondent quod Pascha accipitur pro tota solemnitate paschali, scilicet pro omnibus septem diebus Azymorum. Et ita rindet Chrysostom. Et quia incipiebat ista festivitas die quintodecimo, & finiebatur die vigesimoprimo, & Christus cœnauit die quartodecimo mensis, quando Iudei comedebant agnum paschalem, dicitur ante diem festum Pasche. Istud conuenienter dicitur, sed melius diceretur, quia non accipiatur hic Pascha pro tota festivitate paschali, sed solum pro prima die festivitatis, quia non dicitur: Ante festum Pasche, sed ante diem festum Pasche. Nicolaus de Lyra dicit, quod accipiatur hic dies festus Pasche pro die quintodecimo mensis, & sic Christus cœnauit die quartodecimo, sicut supra dictum est. Sed dicendum quod licet ista vera sint, non tamen tangunt radicem verborum beati Ioannis, qui voluit facere distinctionem inter diem festum Pasche, & in-

ter festum Pasche. Nam differunt ista, quæ sicut supra declaratum est in isto festo continuo erant duæ festivitates, scilicet festum Phasche, & festum Azymorum, quia differunt in tempore causa, & cæmeronia, de quo supra.

Nunc autem sciendum est, quod dies quartus decimus mensis, quamquam esset Pascha, tamen non erat dies festus, quia non vacabatur a laboribus, sed fiebant illa die opera servilia sicut cæteris diebus, & nihil aliud erat, quod specialiter pertinaret ad istum diem, nisi quod immolabatur agnus ante solis occasum, & comedebatur: Festum autem Azymorum, quod incipiebat die sequenti, & durabat septem diebus, habebat duos dies solemnes, in quibus cessabatur ab omni opere servili: Exod. 12. ideo dies quartus decimus poterat vocari Pascha propter agnum paschalem, sed non poterat propriè vocari festum. Dies autem quintus decimus poterat vocari dies Azymorum, & etiam dies festus propter celebritatem eius: ideo si beatus Joannes dixisset, quod ante Pascha coenauit Christus cum Discipulis, intelligeretur saltem, quod cœnasset die tertio decimo, cum Pascha esset die quartodecimo. Dixit tamen: Ante diem festum Pasche, accipiendo Pascha pro illo festo continuo à die 14. usque ad vigesimumprimum. Et in isto tempore primus dies festus erat dies quintus decimus, & deinde dies vigesimus primus: cæteri autem dies non erant solemnes: ideo quod factum est die quartodecimo mensis poterat dici factum ante diem festum Pasche, licet non esset factum ante Pascha. Et hoc fuit ipsa cœna Domini, quæ fuit die quartodecimo, & dies festus Pasche erat dies quintus decimus. Tertia ratio erat de magnitudine sabbathi. Pro quo dicendum, quod sicut supra dictum est in festo Azymorum erant septem dies, quorum duo, scilicet primus, & septimus erant valde celebres, & non licet in eis fieri aliquod opus nisi quantum ad ea, quæ pertinebant ad cibos: Exod. 12. & Leuit. 23. Dies autem quinque intermedii erant profecti: & tamen fiebant in eis oblationes, & sacrificia multa, de quibus Leuit. 3. & Numer. 28. ideo si aliqua dies sabbathi accideret in his quinque diebus quasi profectis, erat celebrius illud sabbathum, quam alias foret, non quidem quantum ad vacationem a laboribus, quia nulla maior vacatio esse poterat, quam illa, quæ fiebat in sabbatho, & erat maior quam illa, quæ fiebat in aliis omnibus solemnitatibus paschalibus, quia in duobus diebus celeberrimus Azymorum licet parari cibos: Exod. 12. in sabbatho autem non licet parari cibos: immo nec succédere ignem: Exod. 35. sed quantum ad multiplicationem sacrificiorum. De sacrificiis patet: nam est regula, quæ colligitur Numer. 28. & 29. quod quandoquaque duo festa eodem die acciderent, vel tria, vel plura: sacrificia unius non impediabant propter sacrificia alterius, licet coinciderent: sed multiplicabantur. Et sic quando duo festa veniebant in eodem die, erat illa dies celebrior, quam alias futurus esset. Pro quo sciendum, quod inter Iudeos erant solum septem festivitates, scilicet sabbathum, dies Calendarum, Phasche, siue Azyma, Pentecostes, dies Clangoris, dies Propitiationis, dies Tabernaculorum, ut patet Leuit. 23. tc. Hæ sunt feriae Domini, quas obseruare debet. Et numerantur ibi omnes hæc. In omnibus autem istis fiebant propria sacrificia: in quibusdam solemnia, in aliis autem minus solemnia, & præter hæc offerebatur quotidie sacrificium, quod vocatur iugae, scilicet unus agnus anniculus mane, & alijs vespere: Leu. 6. Num. 28. quæ autem sacrificia offerreuntur in singulis prædictorum festorum ponitur: Num. 28. & 29. Nunc autem dicendum, quod sacerdoti sacrificia unius festi sunt similia in toto, vel in parte sacrificii alterius festi, ut patet ibidem: & tamen si coinciderent aliqua alia festa istorum in eadem die, licet sacrificia eorum coinciderent inter se quantum ad aliquid non tollebantur quedam propter altera, sed omnia offerebantur: poterant autem tria festa coincidere, scilicet sabbathum, & festum Clangoris, & festum Calendarum. Nam festum Clangoris erat prima die Septembri, secundum Iudeos. Dies Calendarum est prima dies cuiuslibet mensis, & ista duo saltem coincidunt in i. die Septemb. Et si accidat, quod illa dies sit sabbatum, erunt tria festa eodem die, quorum quodlibet habet propria sacrificia: Nu. 28. & 29. & licet quedam sacrificia unius coincident cum quibusdam sacrificiis alterius, ut patet ibidem, non impediuntur quedam propter alia, sed multiplicantur, scilicet offeruntur omnia, ut patet ibidem, & insuper offer-

D

E

Festivi-  
tates su-  
daorum

C

Differ-  
entia inter  
Pascha,  
& diem  
festum  
Pascha.

tur

A tur sacrificium iuge, quod competit cuilibet diei profecto. Et sicut dies festus quilibet est celebrior quantum ad sacrificia die profecto, quia in illo sunt sacrificia propria, & sacrificia diei profecti. Ita dies illa, in qua coincidebant duo festa, erat celebrior quantum ad sacrificia illo die, in quo eueniret alterum tantum istorum festorum, eo, quod illa die offerebantur sacrificia amborum festorum.

B Quando autem euenirent tria festa eo die, quod poterat esse ad plus sabbathum, dies Calendarum, & dies Clangoris, erat festum celebrius, quia sacrificia omnium trium festorum fiebat illa die. Cum ergo sabbatum, quod erat post Christi mortem eueniret in die tertio Azymorum, secundum modum computandi Euangelistarum, & die secundo Azymorum secundum computationem Hebraeorum, acquirebat sibi illud sabbatum quandam celebritatem, & vocatur magnus dies sabbati, scilicet, quia erat maior & celebrior in sacrificiis, quam si euenisset istud sabbatum extra dies Azymorum. Et cum arguitur, quod si non fuisset istud sabbatum dies primus, vel septimus Azymorum secundum computationem Iudaicam, non vocaretur dies magnus sabbati, quia iste primus dies erat celeberrimus. Dicendum, quod verum est, quod si istud sabbatum fuisset prima dies Azymorum esset celebrius, quam in secunda die: tamen adhuc in secunda die erat magnus dies sabbati, quia ipse dies de se erat magnus, quia sabbatum erat, & praeter hoc, quia cadebat intra festivitatem Paschalem, licet non in die principali, & ex hoc erat celebrior in sacrificiis, & honore. Vnde in honestius erat corpora occisorum manere hoc sabbato in cruce, quam si fuisset extra tempus Azymorum, & hoc intendit beatus Ioannes.

C Ad quartum dicendum, quod cum Christus dixit: Tempus meum prope est, non significauit anticipationem celebrationis paschalis. sc. quod propter imminentem passionem praeueniret diem, sed assignauit desiderium manducandi illud Pascha, & erat desiderium illud, quia non manducatus erat iam aliud Pascha cum Discipulis suis. Et sic ipse dixit Luc. 22. sc. desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar, scilicet quia istud est ultimum Pascha, quod vobiscum manducaturus sum: magis desiderio illud manducare, quam quodlibet aliud. Ad significandum etiam hoc desiderium propter instantem mortem dicitur Matt. 26. Non bibam vobiscum modo de hoc genimine vitis, quoad usque bibam illud vobiscum nouum in regno patris mei. Et est sensus huius positionis, sc. tempus meum prope est, &c. id est, ego cum magno desiderio volo facere Pascha istud cum Discipulis meis apud te, quia non sum vñquam aliud manducaturus. Et hoc est, sc. quia tempus meum prope est, id est, quia in isto tempus passio mea. Cum autem dicitur, quod ista verba essent superflua, sc. tempus meum prope est, nisi per illa significaretur anticipatio, dicendum, quod falsum est, quia licet non ponantur ad significandum anticipationem, ponuntur ad significandum aliquid aliud, scilicet desiderium manducandi Pascha, ut dictum est. Ad quintam rationem cum dicitur, quod durius est, & magis repugnans alicui celebrati, &c. dicendum, facilius toleraretur, quod in illo sabbato, quod fuit post mortem Christi manerent corpora in cruce, quam in ipsa die occiderentur: & tamen postea non bene arguitur, quia deberet concludi de sabbato, sc. quod in illo non liceret occidi Christum, & latrones: & tamen concluditur de Pascha. Et verum est, quod in illo sabbato, quod fuit post mortem Christi, non permisissent Iudei occidi Christum, nec latrones: permisissent tamen ipsos occidi prima die Azymorum. Ratio differentiae est, quia licet dies quintus decimus mensis primi, qui erat primus dies Azymorum esset celebrior, quam ceteri dies paschalisi solemnitatis: tamen quicunq; dies sabbati etiam extra tempus paschale erat celebrior illo die quinto decimo & omnibus aliis diebus Azymorum. Quod patet, quia licet dies quintus decimus, & vigesimus primus mensis primi, sc. primus, & septimus dies Azymorum erant celebriteri, & dicatur, quod in eis nullum opus fieret: Leuit. 23. tamen permittitur, quod fierent illa, quæ pertinebant ad cibos Exo. 12. quæ in sabbato nullo modo conceduntur: immo nec permettebatur Israelitis succendere ignem in sabbato Exo. 35. sacerdo multa alia fieri poterant in die primo, & septimo Azymorum, quæ non fiebant in sabbato, ut publica punitio iudicia-

D lis, & causarum discussio, quia non erat festum tantæ reverentie sicut sabbatum. Item patet hoc Matt. 26. sc. quod cum pontifices, & Pharisæi tractarent quō Iesum dolo tenerent, & occiderent, dixerunt: Non in die festo, i. non occidatur in die celeberrimo, sc. prima die Azymorum propter scandalum: si tamen nullo modo licuisset illa die aliquem occidi, non dissident non in die festo, quia tunc superfluum esset consilia super eo, quod lex nullo modo permittebat, ad hoc esset impossibile legis. Nam illud posse dicimus quod de iure possumus: super impossibile autem consilium non est, vt patet 3. Ethic. Consilabantur tamen pontifices, & Pharisæi, an Christum in die festo occiderent, vel non: ergo licitum erat illa die quoscunq; publice occidi, & Iudei etiam voluerint Christum occidere illa die nisi timuerint scandalum: & tamē in die sabbati nullo modo deliberarent occidere Christum, eo quod erat manifeste contra legem, etiamsi non timuerint aliquid scandalum. Quidam dicunt aliter, quod dies primus Azymorum, in quo Christus mortuus, erat dies celeberrimus, & non licebat quemquam occidi in illo, nec Iudei occidissent Christum illa die si secundum legem suam acturi essent: Pilatus tamen iudicauit Christum ad mortem, & ille vir erat gentilis, qui non sequebatur legem Iudeorum: ideo occidit Christum etiam in die illo celeberrimo. Sed dicendum, quod non stat, quia si non liceret occidi Christum die primo Azymorum secundum legem Iudeorum: non liceret et acculari eum ad mortem illa die, & cauam illam agitari, quia sententia pars est iudicii. Et si aliquando propter celebritatem diei illicita est aliqua pars iudicii, illicita sunt omnes: licuit tamen Iudeis secundum legem suam accusare Christum ad mortem, & agitare causam coram Pilato die primo celeberrimo Azymorum: ergo licuit Pilato secundum legem Iudeorum occidere Christum prima die Azymorum, non obstante celebritate illius diei. Secundo patet, quia falsum est hoc, sc. Pilatus cum esset Gentilis, non curaret de feris Iudeorum in iudicando. Nam si corpora occisorum fecit Pilatus deponi de patibulis propter magnū diem sabbati, sc. quia erat magna solemnitas, Ioan. 19. à fortiori cessaret à sententiando capitaliter in die celeberrimo. Tertio patet, quia licet Pilatus esset Gentilis, erat tamen datum ad regendam Rēpublicam Iudaicam in legibus suis, quia isto modo manebat Iudei sub Romanis. Nam non tenebant Iudei ceremonias Romanorum, sed potius iudices Romani dati Iudeis sequebantur cæmonias Iudeorum in iudicando, quia si vellent infringere legem Iudeorum non paterentur Iudei subditi esse Romanis. Sicut quando Herodes rex introduxit statuas in Ierusalē non ad calendū, sed ad ludos. Nam insurrexit contra eum bellum Iudeorum, & multi mortui sunt, vt ait Iosephus in lib. 17. Antiq. & in lib. de Bello Iudaico. Sic etiam quando Caius Caligula Imperator Romanorum posuit aquilam, quæ erat in signe Romanorum super templum, & Iudei facta seditione deposuerunt eam inde: ita ergo nunc Pilatus obseruaret cæmonias Iudeorum non praetudicando eis in iudiciis, quia alias insurgerent contra eum Iudei, & tamen ipse adiudicauit Christum morti die primo Azymorum: ergo licitum erat secundum legem Iudeorum illa die occidialiter.

F Ad sextum cum dicitur, quod dixerunt pontifices, & Pharisæi, non in die festo, &c. dicendum, quod pontifices, & Pharisæi disposerant non occidere Christum in die festo, scilicet, primo die Azymorum, dum congregatus esset totus populus Israel in Ierusalem, quia timebant tumultum populi, ex quo populus tenebat Christum, vt prophetarunt: postea tamen mutauerunt consilium, & occiderunt eum primo die Azymorum. Et hoc propter duo: prius fuit ex parte Dei: secundum fuit ex parte Iudeorum. Primum est, quia Deus mutauit voluntatem eorum, vt ipse completeret intentionem suam. Volebat enim Christus mori publicissime, eo quod moriebatur ad salutem totius populi.

Ad motiendum autem publicissime requirebantur duo, scilicet quod esset mors in loco valde publico, & quod esset actualiter congregatus multis populus. Propter prius non debuit Christus mori in aliquo loco terra Iudeorum nisi in Ierusalem, quia ille erat locus communior, quia erat ibi templum Domini, ad quod concurrebant omnes

A viri Israel. Et hoc significauit Luc. decimoquarto, scilicet, Non capit perire prophetam extra Ierusalem, id est, non est possibile, vel non est conueniens, quod propheta, scilicet, Messias, qui vocatur per excellentiam propheta, moriatur extra Ierusalem. Propter secundum Christus non debuit mori, nisi in aliquo de tribus festis; scilicet in festo Azymorum, vel in festo Pentecostes, sive Hebdomadarum, quod erat mense tertio, sive in festo Scenopiegiae, sive Tabernaculorum, quod erat mense septimo. Nam in istis tribus festi uitatibus solis conueniebant omnes viri Israelitae in Sanctuarium Domini, ut patet Exodi vigesimotertio & trigesimoparto, & Deuter. decimosexto: & tamen in nulla istarum trium festiuitatum conuenientius fuit Christum mori, quam in festo Azymorum, eo quod in ipso sola necessitate conueniebant omnes Israelitae: in aliis autem duabus tenent quidam de doctoribus, quod poterat fieri dispensatio, ne venirent in templum: ideo in festo Azymorum Christus mori debuit, quia in illo conueniebant omnes Israelitae.

Ex hoc etiam sequitur, quod non debuit mori nisi prima die Azymorum. Nam ante non debuit mori, cum non esset aliquod festum prius, nisi dies quartus decimus, qui erat Pascha, & erat quasi dies profestus, cum liceret fieri in eo omnia opera prophana, quae fiebant in diebus profestis, ut supra declaratum est. Nec etiam debebat Christus occidi post diem primam Azymorum, quia cum sequentes dies essent profestis, recedebant interdum multi Iudeorum de loco Sanctuarii, & sic non esset mors Christi coram toto Israel.

B Cum autem fieret die prima Azymorum esset praesens totus Israel, quia erat illi dies celeberrimus immedieate post immolationem agni paschalis, & manebant adhuc in Sanctuarii loco omnes Israelitae. Et sic omnes viderent Christum morientem, & scient de tractatu mortis eius. Fuit etiam alia causa, quare Christus moreretur hoc tempore, scilicet, ut non solum mors sua nota fieret omnibus Israelitis, sed & resurrectio sua audiretur ab omnibus. Nam Christus mortuus est in die prima Azymorum, scilicet 15. die mensis primi, & resurrexit die tertio Azymorum, qui erat dies decimus septimus mensis, & publicata fuit resurrectio eius ipsa die per custodes monumenti: Matth. vigesimo octavo, & per mulieres, & Apostolos: Luc. decimo quarto & vigesimo & vigesimoprimo, & tamen manebant plurimi Iudeorum adhuc in Ierusalem usque ad diem septimum Azymorum, sicut in nuitar Deuter. decimosexto, scilicet septem diebus comedes absque fermento afflictionis panem in loco, quem elegerit Dominus Deustus. Et hoc dicitur toti Israel, quia erat lex generalis: ideo omnes Israelitae manere debebant septem diebus Azymorum in loco Sanctuarii, vel plurimi illorum. Et sic perueniret fama resurrectionis Christi ad omnes, vel ad plurimos Israelitarum, sicut peruererat notitia mortis eius ad omnes.

C Secundum mortuum fuit ex parte Pharisaeorum: nam Pharisaei putabant, quod nunquam possent tenere Christum, nisi per aliquos modos exquisitos, & cum magna diligentia. Nam dicitur Matth. vigesimosexto, quod fecerunt consilium, ut Iesum dolo tenerent & occiderent, & quia putabant, quod post primum diem Azymorum Christus recederet de Ierusalem, quia credebant eum venire illuc ex necessitate legis, sicut reliquus populus veniebat, & postea non possent eum comprehendere, putauerunt melius esse, quod in Pascha eum comprehendenderent, & sic factum est. Sed tunc dicetur, quare Iudei comprehendentes Christum in Pascha non referuauerunt eum ad occidendum ipsum post Pascha. Nam istud videbatur conuenire consilio, & intentione ipsorum: nam debuerunt eum comprehendere in Pascha, quia forte putabant, quod non possent eum alio tempore tenere, eo quod recederet de Ierusalem, & nescirent, quo iret, sicut ante Pascha factum est.

Nam ambulabat Christus occulte, quia non audebat ambulare in palam, & Iudei querebant eum, & nescientes, ubi esset, dederunt mandatum, quod si quis sciret, ubi esset, notificaret illum, ut teneretur, ut patet Ioann. 11. debuerunt ergo tenere eum in Pascha secundum conuenientiam sui consilii, ne se in eum recederet de Ierusalem, & postea non posse eum inuenire. Et debebant eum tenere vincatum in Pascha quousque transiret festum, & tunc occiderent eum, &

D Iudei deo mis-  
tu, ut  
meritorum  
Christo  
procura-  
rente.  
non fieret tumultus in populo sicut si occideretur in die festo, eo quod iam recessissent omnes Israelitae de Ierusalem: & tamen occiderunt eum in die festo, in quo poterat esse maximum tumultus. Dici potest vno modo, quod Iudei intendebant evitare tumultum populi contra se quantum posse: ideo nollent occidere Christum in die festo, sed post Pascha: & tamen Deus mutauit consilium eorum propter gloriam suam volens, quod Christus occideretur potius in die festo, quam in alio die, quia in eis, quae siebant circa mortem Christi non mouebantur omnino Iudei a seipsis, sed in multis mouebantur a Deo, eo quod mors Christi erat maximum mysterium, quod Deus intendebat procurare in mundo. Et patet hoc, quia quando tractabatur de morte Christi, conuenientibus in unum principibus sacerdotum, & Pharisaeis, Caiphas, qui erat princeps sacerdotum, dixit: Expedite, ut vnuus moriat homo pro populo, ne tota gens pereat, Io. 11. & dicitur, quod haec non locutus est a seipso, sed cum esset pontifex annualius, prophetauit. Sic ergo in executione mortis Christi, & determinatione temporis cum ista iam essent magis propinqua mysterio redemptoris, Iudei non mouebantur a seipsis, sed mouebatur a Deo saltem in determinatione consilii. Vnde cum primo apud eos fuisset consilium humanum, quod Christus non occideretur in die festo, ne fieret tumultus in populo, incidit postea eis consilium diuinum, quod mutauit consilium eorum, & occiderunt Christum in die festo, quia sic expediebat propter rationes supra assignatas. Alio modo potest dici, quod fecerunt hoc consilio humano scilicet, quod licet primo diffiniuerint non occidere Christum in die festo propter scandalum, tamen rursus propter vitandum maius scandalum occiderunt eum in die festo. Nam si principes sacerdotum, & Pharisaei comprehendissent Christum ante primum diem Azymorum, & vellent teneire eum in die festo, vsque quo transiret festum, & postea cum occiderent, videbatur sequi maius scandalum, scilicet quod totus populus sciret, quod Christus teneretur. Et quia sciebant, quod propter inuidiam tradebatur, conarentur in illis septem diebus eripere eum de manibus Pharisaeorum, & si nollent eum dare fieret tumultus magnus in populo, quia negocium ageretur ex consulto, & deliberato. Voluerunt ergo occidere eum illico, ut tenuerunt, ut sic populus non haberet locum eripiendi eum de manibus suis: Et sic oportuit eum in die festo occidi. Et satis appetet hoc, quia illico, ut Christus captus est in horto ductus est ante iudices per noctem, ut illico causa eius diffiniretur, & occideretur populo non aduentante ad hoc, si fieri posset, & sine dubio illico, ut Christus ad ductus est ad Annam, vel Caipham per noctem iussus est ei occidi nesciente populo, & tamē timuerunt Romanos, quia ipsi non habebunt pratum indicandi aliquem ad mortem. Sic patet Matth. 27. cum dixit Pilatus: Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum: Iudei autem dixerunt non licet nobis occidere quemquam, & propter hoc duixerunt Christum ad Pilatum, & necesse fuit, quod differretur aliquiter iudicium de morte Christi, & veniret in cognitionem populi. Aliqui rident aliter ad istam rationem, cum dixerunt Iudei: Non in die festo, & dicit, quod verum est, quod sicut Iudei non volebant occidere Christum in die festo, ita fecerunt. Nam non occiderunt eum in die festo, sed die seq. Erat enim festum ipsum Pascha, quod erat die 14. ad vesperum, quando comedebatur agnus paschalis, & ipsa die Christus non occisus est, sed die seq. 15. quae erat dies prima Azymorum. Sed dicendum, quod hoc non stat, quia non potest hic vocari dies festus nisi primus dies Azymorum, quia sicut supra declaratum est, duæ festiuitates erant hic continuæ, sc. Pascha, & dies Azymorum. Pascha autem non erat proprius festum, quia non vacabatur illa die a laboribus, sed licebat fieri omnia opera prophana, quae fiebant in diebus profestis. Nec erat differentia aliqua inter istum diem, & alios prophanos, nisi quod in isto comedebatur agnus paschalis ad vesperum, & in aliis non. Primus dies autem Azymorum erat celeberrimus tam quantu ad sacrificia, quam in vacatione a operibus seruilibus. Nam prima, & septima die Azymorum nullum opus fieri licebat, nisi ea, quae ad cibum pertinent: Exod. 12. & Leu. 23. & die Paschæ sc. 14. die mensis primi licebat fieri quæcunq; opera prophana sicut in diebus profestis, quia in nullo loco legis veteris reperitur, quod illo die vocari

deberet

A deberet à laboribus. Differabant etiam in sacrificiis, quia primo, & septime die Azymorum fiebant magna sacrificia solenia, quæ determinantur Num. 28. Et tamen in die Pascha nullum sacrificium legitur in toto veteri testamento, quod fieret: ideo intelligendum est, quod nullum sacrificium fieret in eonfisi sacrificium inge, quod erat sacrificium dierum profestorum. Non ergo poterat vocari dies Pascha dies festus, sed dies primus Azymorum, qui erat celeberrimus. Et cum Iudei determinassent, quod non occiderent Christum illa die ad vitandum scandalum, postea mutauerunt consilium, & occiderunt eum eodem die ex causis supra assignatis.

## C A P I T U L U M . IX.

*De secunda ceremonia scilicet Azymorum panum, & quod Christus manducavit Azyma die cena vltima.*

B **S**ecunda cæmeronia, de qua dubitabatur, an Christus illam obseruasset in vltima cena, erat quantum ad azyma, s. an comedit panes Azymos, vel fermentatos. Quidam tenent, quod Christus manducaverit fermentatum, & ista fuit opinio Græcorum, ex quo inferunt, quod Christus confecit in fermentato, quia ipse confecit post cenam, & confecit in illis panibus, quos habet, sed habet panes fermentatos: ideo confecit in fermentato. Ex hoc etiже inferunt, quod nos debeamus confidere in fermentato, quia dēmus imitari Christum in modo conficiendi, & in omnibus, quæ pertinebant ad cōfectionem, sed ipse confecit in fermentato: ergo nos confidere debemus in fermentato. Hoc autem Ecclesia Græcorū seruat usq; ad hodiernum diem. Nam in fermentato confidunt secundum cæmeronias suas antiquas. Dicendum tamē est, quod Christus in cena vltima comedit azyma, & non panem fermentatum. Quod patet primo ex destructione fundamenti positionis Græcorum. Nam tenent Græci, quod Christus anticipaverit, & comedenter Pascha die tertiodécimo mensis, ut supra declaratum est. Et tamen Iudei non comedebant tunc Pascha, sed die seq. s. quartodecimo. Et sic non essent panes azymi in Terra Israel die tertiodécimo, de quibus comederet Christus, ideo comederet panes fermentatos. Constat tamē inductum necessario ex precedentibus, quod Christus manducavit Pascha die quartodecimo mensis, qm Iudei manducabant: & tamen tunc omnes Iudei manducabant azymos: ergo etiam Christus manducaret, & in illis conficeret. Secundo patet, quia non solum rōnabiliter infertur Christum comedisse azyma die cena, sed vñ etiā hoc necessarium. Nam dato, quod Christus, & Discipuli vellent comedere panem fermentatum illo die non haberent, quia nullus panis fermentatus erat tunc in tota terra Israel. Nam antequam inciperet festum, s. ante meridiem diei quartidēcimi eūcibant omne fermentatum de dominibus suis dando illud bestiis ad comedendum, ita vt nulla particula panis fermentati maneret in toto terra Israel postquam incipiebat festivitas, vt patet Deut. 16. s. non erit fermentatum in omnibus terminis tuis septem diebus. Et hoc etiam obseruant Iudei usq; hodie sic. Non ergo possent Discipuli Christi, qui parauerant ei cibos paschales, habere aliquos panes fermentatos quos daret Christo in illa cena. Necesse est ergo, q̄ comederit azyma. Tertio patet, quia Christus voluit obseruare tota vita sua legem veterem: & tamen de necessitate legis erat comediat azyma cum agno paschali, quia s̄pē hoc mandatū est, vt patet Exod. 12. & Num. 9. ergo Christus comederet azyma in illo festo. Et si dicatur, quod non posset habere azyma, dicendum, quod Christus potius omittaret totam celebrationem paschalem, quam quod obseruaret quasdam cæmeronias eius, & alias non, quia iste erat labor inutilis, & irrōnabilis, cum laboraretur in obseruatione quarundam cæmeroniarum: & tamen per hoc nondum satisficeret legi, sed esset prævaricatio eius, cum non obseruarentur omnes cæmeroniae, sicut declaratum fuit supra qm probatur quod Christus celebravit Pascha die 14. cum aliis Iudeis. Quarto quia dato, quod Christus anticipasset Pascha per vnum diem sicut Græci dixerunt, quod tamen falsum est, adhuc comedisset azyma, quia licet die 13. alii Iudei nondum comedebant azyma, sed fermentatum: tamen Christus faceret fieri azyma pro cena sua, quod facile erat. Nam si Christus ex aliqua causa

D mutare tempus celebrationis paschalis, quod erat aliquid difficile: faceret etiam quod haberet panes Azymos pro illa die, licet alii Iudei non haberent, quod erat satis facile, & non erat contra legem. Nam licebat cuilibet comedere panes Azymos quotidie si vellet, etiam extra tempus Azymorum, cum lex de comedendo Azymos septem diebus esset penalitatis, & non obligaret nisi ad illos septem dies: si tamen quis sponte vellet comedere panes Azymos quotidie, cum essent panes afflictionis, licebat ei: si tamen panes azymi suffiserint introduceti in priuilegium, vel fauorem, non licet cuiquam vesci illis, nisi quandiu lex permitteret, sicut est de omnibus aliis, quæ dantur ex gratia, vel ex priuilegio. Dato ergo, quod quando Christus celebravit Pascha non essent azyma apud Iudeos, ipse faceret parari illa, vt obseruaret omnes cæmeronias paschales, potissimum quia valde facile erat facere panes Azymos, quia nihil est facilius, quam facere panes subcinericos, qui sunt reperitane non existentibus aliis panibus, qui non possunt ira cito parari, sicut patet Genes. 18. cum venissent tres Angeli ad Abraham in specie viorum, & vellet eis in promptum dari cibos, nec haberet aliquos panes, dixit Saræ vxori suæ, accelerata tria farinæ, commisce, & fac subcinericos panes. Nihil ergo impediens bat quin Christus comedaret panes Azymos die tertiodécimo, si anticipasset Pascha, etiam si non essent Azyma apud Iudeos. Quinto patet, quia dato, quod Christus anticipasset Pascha, & esset prohibitum apud Iudeos comedere panes Azymos extra septem dies Azymorum, adhuc Christus deberet comedere azyma illo tempore. Quod patet, quia vetitum erat celebrare Pascha nisi quartodecimo mensis primi: & vt tamen isti volunt Christus anticipauit per vnum diem faciendo contra legem subeunte causa: ita ergo ex eadem causa comedere azyma tempore illo, quo lex non cōcedebat, vt compleret celebritatem paschalem. Ex dictis apparet, quod Christus comedit azyma in cena vltima, & non fermentatum, sive anticiparet, sive non, potissimum cum probatum sit, quod Christus non anticipauit, sed comedit ea die, qua Iudei.

## C A P I T U L U M . X.

*Quod Christus confecit in Azymis, & quod li. et posse confici in Azymis, & in fermentatis, quid sit conuenientius.*

C **E**x predictis sequitur, quod Christus confecit sacramentum corporis lui in Azymis. Nam Christus comedit in illa cena panes Azymos, vt supra probatum est, sed ipse non confecit nisi in panibus, quos habebat in mensa: ergo in Azymis confecit.

Item patet, quia Christus cœnauit die decimoquarto quando celebrabat Pascha omnes Iudei, sed eo tempore nō erat aliquid fermentatum in tota terra Israel: Deut. 16. ergo etiam si Christus vellet confidere in fermentato, non occurret sibi hēre illud, nisi ex miraculo faceret panem fermentatum, vel faceret parari illo tempore panem fermentatum, vel retinuisse illud ex tempore precedenti, quando licebat vesci fermentatis, quod totum erat contra legem. Deut. 16. s. quod non esset aliquid fermentatum in toto Israel septem diebus. Non est ergo vñ modo dicendum, quod in fermentato cōficerit, quia ad hoc oportebat ponere aliquam exorbitantiam a lege, & a communī modo, quæ non sunt danda sine necessitate: ponendo autem, quod Christus confecit in Azymis, non consequitur aliquid contra legem, nec contra communem modum: ideo istud tenendum est. Ex his apparet solutio illius dubitationis, quæ communiter vertitur, scilicet, an in Azymis, vel fermentatis confidendum sit, & dicendum est, quod in Azymis sicut Christus confecit. Et istam veritatem sequitur Ecclesia Latinorum. Græci autē crediderunt, quod Christus anticipauit Pascha comedendo die tertiodécimo: ergo apud Iudeos non erant azyma, & sic quod comederit fermentatum, & in illo contecerit: & ipsi ergo credentes se Christum imitari, in fermentato confidunt usq; in hodiernum diem. Sed considerandum est circa hoc, quod in cōfectione huius sacramenti duo considerari possunt, scilicet quid de necessitate fieri debeat, & quid fieri conuenit. Quantum ad necessitatem dicendum,

Sacra-  
mentū  
Eucha-  
ristie in  
Azymis  
compre-  
endit,  
qui a ita  
Chr̄ist⁹  
confecit.

quod illa sunt de necessitate huius sacramenti, quæ sunt ei substantialia. Nam sicut in compositis naturalibus materia, & forma sunt substantialia rei, ita large in sacramentis dicimus materiam, & formam esse partes substantialia. Est enim forma sacramenti huius in verbis illis, per quæ fit consecratio, quæ licet non habeantur ita formaliter in Euangelio. Ecclesia tamen suscipit illa ab Apostolis, qui suscepit ea à Christo, ut patet extra de celeb. mis. in c. cum Martha. materia sacramenti est panis triticus, & vinum de vitibus, si quis autem mutare aliquod istorum duorum substantialium, scilicet materiæ & formæ non conficeret, vt pote si non vteretur verbis ab ecclesia consuetis, vel conficeret in pane hordei, aut in vino non de vitibus, quidquid autem aliud eveniat non impedit effectum sacramenti, sicut in naturalibus si corpus, & anima rationalis simul sint homo est, si alterum eorum deficiat impossibile est hominem esse, si tamen ambo simul sint, quæcunque aliae varietates fiant exterius nihilominus homo est, vt pote si sit magnus vel parvus: niger vel albus, & sic de cæteris quia accidentia non variant speciem rei. Ita in sacramentis: si quis enim adhibeat panem triticum & vinum de vite, & proferat verba consueta ab ecclesia proferri cum intentione consecrandi, conficeret sine dubio siacerdos est, quidquid aliud muretur exterius, & siue panis sit durus, siue mollis, siue calidus, siue frigidus: niger vel albus, grossus vel tenuis, quadratus vel rotundus. Idem etiam de vino, siue sit album siue rubeum, nouum vel antiquum, boni saporis vel mali. De verbis etiam pertinentibus ad formam, siue proferantur cantando, siue recitando: distincte, vel confuse, in bono, vel malo accentu, & sic de omnibus aliis accidentibus, tam materiæ quam formæ, quia propter variationem illorum non variatur effectus sacramenti. Ita etiam est in aliis sacramentis, ut patet in baptismo cuius materia est aqua elementalis, quæ tamen siue sit frigida, vel calida nihil differt, immo etiam si sit dulcis vel salsa, quod magis nihil differt. Nam in aqua maris baptizari quis potest. Ita est in pane, qui est materia sacramenti. Nam esse triticum, & hordeaceum differunt in specie, non poterit in hordeaceo pane, nec in aliquo alio, nisi in tritico confici, esse tamen fermentatum, vel azymum sunt accidentia panis, & non variant speciem eius, ideo siue sit panis triticus fermentatus, siue azymus, potest in illo confici. Et sic patet, quod Graci non errant conficiendo in fermentato. scilicet quia ita est verum corpus Christi ibi, sicut in confectione azymorum, quam tenet Ecclesia latinorum. Secundum est quid est, quod conueniat fieri in hoc sacramento, scilicet an in azymis, vel in fermentatis conuenientius sit confici. Et dicendum quod conuenientius est confici in azymis, & poterit ad hoc S. Thomas 3. parte Summa qđ 75. artic. 4. tres rationes.

Prima est propter imitationem Christi: nam ipse in azymis confecit, sicut supra probatum est. Secunda, quia panis est proprie figura, vel sacramentum corporis Christi, quod sine corruptione conceptum est: fermentum tamen corruptionem inducit in pane, sicut dixit beatus Paulus modicum fermentum totam massam corruptit. Tertia, quia hoc magis competit sinceritatè fidelium: nam azymum significat sinceritatem, quia in se sincerum & immixtum est, & ista sinceritas requiritur in vsu huius sacramenti, iuxta illud 1. Corin. 15. Pascha nostrum immolatus est Christus, itaque epulemur nō in fermento veteri malitia, & nequitia, sed in azymis sinceritatis, & veritatis. Graci autem, qui in fermentato conficiunt, non omnino sine ratione fecerunt. Est una ratio ad significantem unionem naturæ humanæ ad verbum diuinum sicut fermentum pane miscetur. Secunda est in detestationem hæresis Nazareorum. Nazarei quippe dicebant obseruanda esse ceremonialia legis veteris simul cum Euangelio, & quia Christus confecit in azymis, ut teruerat cæmonias Paschales, volunt etiam ipsi conficeret in azymis, ut obseruerent illam cæmoniam legis veteris, non licet tamen iam obseruare cæmonias veteres, quia beatus Apostolus detestatur eas, ut patet ad Gala. 5. ideo, ut non viderentur Graci obseruare cæmonias veteris legis, voluerunt potius in fermentato quam in azymis conficeret. Ista rationes tangit Gregorius in Registro. Dicendum tamen quod licet conuenientius sit in azymis quam in fermento

conficerere, tamen seruandæ sunt iuper hoc confuerudines ecclesiæ. Nam cum ecclesia Latinorum consecrat in azymis, peccaret presbyter Latinus, qui manens inter Latinos conficeret in fermentato, & puniretur secundum iura, sicut patet extra de celebrat. mis. c. per literas, vbi punitur sacerdos, qui in pane fermentato, & vase ligneo missarum solennia præsumperit celebrare, sic etiam peccaret presbyter. Græcus si in ecclesia Græcorū existens conficeret in azymis. Hoc tenet Sanctus Thom. vbi supra, & videntur esse de intentione beati Gregorii in Registro, & per hoc facile est soluere quæcunque obiecta.

## C A P I T U L U M XI.

*Et conclusio de anno mortis Christi prima via probandi per historias gen. um, & quod non sit necessaria.*

P **R**æcedentibus sic se habentibus, accedendum ad secundum dubitationem de morte Christi, circa quam erant duæ conclusiones, scilicet, vna de anno mortis Christi, & alia de die, & licet vna dependeat quodammodo ex probatione alterius, tamen ut distinctius videatur de qualibet eaturum per se agetur. Primo negotiandum est circa primam de anno mortis, cuius tenor est: In nullo anno ætatis Christi eum mortuum fuisse dicere possumus, nisi quando incipit esse temporis sui annus trigesimus tertius. Dubitatio enim consuetuit esse solum de tribus annis, scilicet de anno 32. inchoato, vel de 33. vel de 34. & plures dubitant de 33. & de 34. in quo eorum Christus mortuus sit quam de 32. de aliis autem annis, nemo usque nunc dubitauit, quia non est ita verisimile Christum mortuum fuisse in aliquo alio, sicut in uno de ipsis. Et dicendum, quod licet in sacra Scriptura non appareret determinatum expresse, quo anno ætatis suæ Christus mortuus sit: dicendum tamen est, quod mortuus est anno 33. suo inchoato, de quo solum transferant tres menses & aliqui dies. Hoc potest probari tripliciter, scilicet historicæ, legaliter, astrologice. Prima probatio, quæ est potius persuasio est historicæ, scilicet quod Christus natus est anno quadragesimo secundo Octauiani, & mortuus est anno 18. Tyberii: ergo anno 33. anno ætatis suæ mortuus est. Antecedens patet ex historiis, quæ vtrunque ponunt, & tangit hoc Isidorus in lib. Etymolog. Consequentia patet, quia Octauianus vixit in regno annis 57. ut testantur historiæ communes Romanorum, & aliarum Gentium, quando ergo mortuus est esset Christus annorum quindecim, si ergo mortuus est anno 18. Tyberii mortuus est anno trigesimotertio ætatis suæ, quia Tyberius successit immedio Octauiano, & anno quinto decimo Tyberii incepit prædicare beatus Ioannes Luc. 3. & tunc etiam coepit prædicare Christus. Manebant ergo quindecim anni de vita Octauiani, scilicet quadragesimo secundo usque ad quinquagesimum seprimum, qui fuerunt communes Christo, & Octauiano, & sic mortuus est Octauianus anno quinto decimo Christi, quibus successerunt decem & octo anni de vita Tyberii Imperatoris, qui faciunt trigintatres annos. Ista probatio est satis rationabilis, & tamen non est necessaria, sed potius persuasio propter duo.

F **P**rimo propter fundamentum quod habet ex historiis, quæ non continent fidem plenissimam. Nam licet eis assentiantur: non tamen est earum tanta auctoritas, quod necessitate sit in omni casu eis stare, etiam si ista sint historiæ scriptæ à viris sanctis, sicut patet de Chronicis Gothorum, quæ scriptis Isidorus, & de aliis Chronicis sanctorum virorum, quia ista non habuerunt viri sancti ex probatione sacrae Scripturæ, nec ex aliqua ratione naturali ineuitabili, nec à Spiritu sancto mouente corda eorum, sicut in prophetis: isti enim sunt modi necessarii, qui faciunt probationem plenissimam, sed habuerunt hæc ex libris antiquorum, vel ex relatu quorundam, qui dicunt se interfuisse rebus gestis, dum gererentur, sed in istis duobus modis saepe falsitas subest, ideo non est fides alicuius historiæ omnino necessaria, nisi fides sacrae Scripturæ, quæ tradita est in canone Bibliæ.

Secundo ista probatio non est sufficiens, quia dato quod adhibetur plenissima fides predictis historiis, tamen non omnino certificant, eo quod non appetet ex hoc, an isti anni essent completi, vel aliqui illorum solum essent inchoati.

Nam

**A** Nam interdum solent anni inchoati computari, tanquam sint completi, scilicet postquam aliquis incipit annum trigesimum dicitur iam habere triginta annos. Et sic interdum nascuntur multa dubia in Sacra scriptura, quando computantur anni regum, & videtur saepe sibi contradicere, quia saepe computat annos perfectos pro inchoatis, saepe inchoatos pro completis, ut patet 3. Regum 15. & 16. & saepe in rotto 3. & 4. Regum. Erint autem orиuntur dubia ex hoc, quod Magister historiæ scholasticiæ coactus fuit facere vnum tractatum per se de concordia annorum regum, ad tollendum contrarietatem, & impossibilitatem in scriptura.

Isto modo poterat esse hic, quod Octauianus vixerit annis quinquaginta septem in regno, & ultimus eorum non fuerit completus, sed solum inchoatus, & sic non viueret Christus tempore Octauiani quindecim annis, sed quatuordecim & quadam partcula anni 15.

Sic etiam cum dicitur, quod Christus mortuus est anno decimo octavo Tyberii, posset intelligi, quod non completus fuit ille annus, sed quod in principio decimi Octauiani Tyberii Christus mortuus fuerit, & tunc Christus vixisset solum decem & septem annis tempore Tyberii, & quatuordecim annis tempore Octauiani, qui faciunt annos triginta, & vnam, & aliquot dies, vel mensis in super loco annorum incompletorum. Et sic non apparet, quod Christus vixisset triginta tribus annis, sed solum triginta & uno, vel triginta duobus. Poterat igitur intelligi per contrarium, scilicet quod solum computaretur hic anni completi, & nulla mentio fiat de inchoatis, licet quedam partes illorum transierint, ut intelligatur sic, quod Christus natus esset in anno 42. Octauianus circa principium, & eum vixerit usque ad quinquagesimum septimum annum Octauiani inclinque, erunt decem & sex Christi tempore Octauiani, cum quibus accipiuntur decem, & octo anni de tempore Tyberii, erunt triginta quatuor anni completi. Et sic moreretur Christus in principio anni sui trigesimiquinti, ideo ista probatio non est sufficiens. Potissimum cum sit hic dubitatio de annis immediatis, scilicet an anno trigesimotertio, vel trigesimo quarto Christus mortuus sit. Si autem esset dubitatio de annis non immediatis, sicut de anno trigesimo, & quadragesimo, vel quadragesimo quinto, ista probatio sufficeret, quia per differentiam annorum completorum, & incompletorum non posset coincidere annus trigesimus cum quadragesimo, vel quadragesimus cum quadragesimo quinto, ideo ad alias probations recurrentem est.

## CAPITVLVM XII.

In quo ponitur via secunda probandi ex historia euangelica, & quod Christus non potest dici mortuus ante trigesimotertium annum aetatu sue inchoatum, & quod in ipso mortuus est.

**C** Secunda probatio est euangelica, nam ex historia euangelica colligitur aliqualiter ista veritas.

Pro quo sciendum, quod licet omnes Evangelistæ enarrant gesta Salvatoris: nullus est, qui ita ordinate descriperit historiam Christi quantum ad connotationes temporum, sicut beatus Ioannes, qui fere in omnibus gestis principalibus Christi apposuit tempora in quibus siebant, sicut nunc aliqualiter deducerur, & in probatione ista duo inferentur.

Primum est, quod Christus non potest dici mortuus ante 33. annum aetatis sue inchoatum.

Secundum est, quod Christus mortuus fuerit in ipso trigesimotertio anno aetatis sue.

Pro ista probatione debent presupponi duo fundamenta: primum est, quod Christus non potest dici mortuus in aliqua parte anni, nisi mense primo Iudæorum, quia in Pascha mortuus est, ut patet Ioan. 19. Alterum fundamentum est, quod Christus non potuit mortuus dici ante annum trigesimum, nam tunc nondum erat baptizatus, nec incepit prædicare, ut patet Lucæ 3. scilicet, erat autem Iesus incipiens annorum triginta, & postea prædicavit, & fecit omnia, quæ Evangelistæ tradunt. Hoc presupposito arguitur sic, Christus post baptismum vidit quater Pascha, & in ultimo eorum mortuus est, ergo mortuus est incipiente anno trigesimo tertio. Patet consequentia, quia primum Pascha erat

anni trigesimi, non in illo baptizatus est, & incepit prædicare, secundum est Pascha anni trigesimoprimi, tertium est Pascha anni trigesimi secundi: quartum est Pascha anni trigesimoterterii, sic ergo in quarto Pascha mortuus est: necesse est eum fuisse mortuum anno trigesimotertio inchoato.

Pro antecedentis probatione deducenda est historia beati Ioannis, & sciendum, quod licet beatus Lucas aliquid differat, & etiam beatus Matthæus de his, quæ Christus egit vel paſlus est, aut circa eum gesta sunt ante annum trigesimum, tamen beatus Ioannes nihil dicit, nisi de his, quæ gesit, vel paſlus est post inchoatum annum trigesimum, in quo Christus est baptizatus. Vnde beatus Ioannes postquam declaruit deitatem Christi, & ostendit emanationem eius aeternam a patre, incepit loqui de baptismō eius, Ioan. 1. Erat autem tunc Christus Iesus incipiens annū trigesimum, Luc. 3. quia compleuerat 29. annos & dies tredecim de anno trigesimo. Nam tota Ecclesia tenet & cantat, quod Christus baptizatus est in die Epiphaniae reuoluto anno, scilicet annis virgininouem finitis postquam magi adorauerunt Christum, die eodem baptizatus à Ioanne in Iordanē. Et hoc satis consonat Luc. 3. scilicet erat Iesus incipiens annorum triginta. Nam non dixit, quod erat annorum triginta, sed quod erat incipiens annorum triginta, id est incipiens annum trigesimum, quia de illo solum egerat tredecim dies, qui sunt inter Natalem Domini, & Epiphaniam. Postquam autem Christus baptizatus est immedie ascendit in deserto, & incepit ieunare, ut patet Luc. 3. & Matth. 3. & magis clare Marc. 1. cum dicitur: Et baptizatus est à Iohanne in Iordanē, & statim ascendens de aqua vidi coelos apertos. Et sequitur: Et statim spiritus expulit eum in desertum, & erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Et sic apparet, quod isti quadraginta dies incipiunt computari ab ipso die Epiphaniae vel à die sequenti, & durabunt usque ad diem quatuordecimum Februarii, & ibi finitum fuit ieunium Christi.

Manebant autem ex die, quo finiuit ieunium istud usque ad Pascha Iudæorum dies quasi quadraginta, quia illo anno fuit Pascha Iudæorum circa finem Martii, eo quod ibi erat luna quartadecima mensis primi eorum. Nam communiter Pascha Iudæorum est circa finem Martii, vel apud principium Aprilis. In isto tempore medio, scilicet quadraginta dierum, vel quasi: Christus fecit ea, que habentur Ioan. 1. à medio capituli usque ad medium secundi capituli, nam Ioan. 1. dicitur quomodo Christus post ieunium ambulans per Galilæam vocavit quoddam discipulos. scilicet Petrum, & Andream, & Philippum, & locutus est ad Nathanael: & in principio secundi capituli dicitur, quod die tertia post vocationem illarum, & locutionem ad Nathanael, factæ sunt nuptiæ in Cana Galilææ, & iuit illuc Iesus cum matre, & cum aliis paucis discipulis, quos habebat, & completis nuptiis descendenterunt in Capharnaum, & manserunt ibi diebus paucis, & tunc sequitur: Et prope erat Pascha Iudæorum ascendit Iesus Ierosolymam. Istud enim fuit Pascha anni trigesimi, & tunc eiecit de templo ementes, & vendentes eodem c. deinde venit Nicodemus ad Christum, ut informaretur ab eo super baptismum Ioan. 3. & erat tunc Christus in Iudea habebatque officium baptizandi, & audita doctrina eius veniebat multi ad ipsum, & baptizabantur. Et iam plures baptizabantur ab eo quam à Ioanne. Et hoc totum continetur Ioan. 3. deinde Christus audiuit, quod inter Phariseos murmur erat, & dicebant, quod Christus plures discipulos facit quam Ioannes, quo auditio Christus recepsit de Iudea, ut non daret locum murmuratori, & inuidiæ, & venit in Galilæam. Hoc habetur Ioan. 4. in princ. Debuit autem tunc transire per quandam ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, & ibi locutus est cù muliere Samaritana Ioan. 4. deinde veniebas in Galilæam sanauit filium reguli incipientem mori, eodem ca. & in hoc consummasti sunt omnes actus Christi anni sui trigesimi, usque ad principium trigesimoprimi. Et tunc Ioan. 5. in principio dicitur, quod post erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam. Ille dies festus erat Pascha, qui vocatur dies festus per excellētiā nō espresso nomine, eo quod istud festum erat solennius omnibus, cum in isto venirent omnes Iudei in Ierusalem. Et istud fuit Pascha annī trigesimi primi, quia continuata historia inter secundum &

D  
Christus  
post  
baptismum  
vidit  
quater  
Pascha.

E

F

A quantum cap. Ioannis non ponitur aliquod Pascha intermedium. In isto primo anno, sc. à Pascha anni trigesimi usque ad Pascha trigesimoprimi, Iudæi non fuerunt persecuti Christū, nec leguntur intulisse ei aliquam iniuriam, sive molestiam re aut verbo, nisi quod murmurationem quandam faciebant dicentes, quod plures discipulos ipse facheret quam Ioannes, vt patet Ioan. 3. Ipse autem volens cedere huic murmuratio[n]i & inuidia recessit de Iudea in Galilæam. Ioan. 4. post Pascha autem anni trigesimoprimi fecit Christus ea, quæ habentur Ioan. 5. usque ad medium sexti capit. Nam sanauit Paralyticum, qui iacebat in portico probatica piscina, & fuerat ibi trigesima octo annis Ioan. 5. Deinde explexo festo recessit Christus de Ierusalem, & venit trans mare Galilæam, quod vocatur Tyberiadis, & sequebatur eum multitudo magna Ioan. 6. Continuabat autem Christus doctrinam suam in Galilæam, & sequebatur eum semper multitudo, & discurrebat per loca Galilæam circa mare Tyberiadis, manitque ibi usq[ue] ad finem istius anni trigesimoprimi, & tunc fecit ibi miraculum de quinque panibus, & duobus pisibus satiendo quinque millia hominum, & istud erat iuxta mare Ioan. 6. & dicitur ibi, erat autem proximum Pascha dies festus Iudæorum istud erat Pascha anni trigesimosecundi. Et postea prædicauit Christus de corpore & sanguine suo, eodem c. & tunc quidam etiam de discipulis suis recesserunt ab eo dicentes, durus est hic sermo, & quis potest eum audire?

B In isto anno trigesimosecundo incepérunt aduersitates Christi, quia iam Iudæi persequebantur eum propter signa, quæ faciebat, & propter veritatem, quam prædicabat eis, intantum quod Christus non audebat publice ambulare in Iudea. Vnde postquam beatus Ioannes dixit de Pascha anni trigesimosecundi, & de prædicatione Christi circa corpus, & sanguinem suum, quæ durat usque ad finem sexti capituli, immediate in principio septimi capituli dixit: Post hæc ambulabat Iesus in Galilæam: non enim volebat infra Iudeam ambulare, quia querabant eum Iudæi interficere. Hoc durauit à Pascha Iudæorum usque ad festum tabernaculorum, sive Scenophegia, quod est tempus sex mensium, cum Pascha sit die quartodecimo mensis primi, & Scenophegia incipiat de quartodecimo mensis septimi, Leuit. 23. & hoc patet, quia postquam Ioan. 7. dictum erat, quod nolebat Iesus ambulare in Iudeam, quia querebant eum Iudæi interficere, sequitur: Erat autem in proximo dies festus Iudæorum Scenophegia. In isto festo ascendit Iesus in Ierusalem, & prædicauit omnia, quæ habentur Ioan. 7. & 8. & tunc voluerunt eum Iudæi lapidare, quia dixit antequam Abraham fieret, ego sum: ipse autem abscondit se, & exiuit de templo.

C Tunc etiam Christus existens in Ierusalem sanauit in eodem festo hominem cœcum à nativitate ponendo lutum in oculis eius, de quo Ioan. 9. vnde immediate vt Ioan. 8. in fine dicitur, quod Iesus abscondit se, & exiuit de templo, sequitur in principio noni capituli, & præteriens vidit hominem cœcum à nativitate: quasi innuat, quod illa vice, qua abscondens se exiuit de templo, transiens per vallem vidit illum cœcum à nativitate, & sanauit eum, & propter hoc insurrexit magna inuidia, & detestatio Iudæorum contra Christum, nam dicitur eodem cap. iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis Iesum confiteretur Christum extra Synagogā fieret. Et post hoc cœcus ille, qui sanatus fuerat obuiavit semel Christo, & adorauit eum: & Pharisæi quidam, qui erat cum cœco dixerunt ad Christum: Nunquid & nos cœci sumus? & Christus incepit eis respondere, & continuatur sermo suus à fine noni capit. usque ad medium decimi, hæc omnia facta sunt in festo Scenophegia anni trigesimosecundi. Post hæc non fit mentio de aliis gestis Christi usque ad festum purificationis, sive Enceniorum, quod est die vigesima quinta mensis Casleu, vt patet 2. Machab. 1. est autem mensis Casleu mensis nonus. sc. November. Et sunt quasi duo mensies inter Scenophegiam, & festum Purificationis. In isto festo iterum stetit Christus in Ierusalem, & Iudæi loquebantur cum illo, & voluerunt eum lapidare. Sic patet Ioan. 10. nam postquam posita fuit responsio, quam fecit Christus in festo Scenophegia super cœco nato, sequitur: facta sunt Encenia, i. purificationes in Ierosolymis, & hyems erat. Et habitus sermonibus tunc cum Iudæis dicitur, quer-

D bant ergo cum apprehendere, & exiuit de non anibus quorum, & abiit iterum trans Iordanem, & mansit illic. Fasiam est hoc in fine mensis noni anni trigesimosecundi, mansitque ibi Christus aliquanto tempore docens, & multi veniebant ad eum, & credebant in ipsum, ibique stetit usque ad principium anni trigesimoterti.

Tunc accedit, quod ægrotaret Lazarus, & moreretur, & sorores eius miserunt ad Christum, dicentes: Domine ecce quem amas, infirmatur. Et tunc Christus venit, vt suscitaret Lazarum. In hoc tamen turbabantur discipuli eius, quia Christus erat nunc in loco seculo, & vt suscitaret Lazarum vehiebat circa Ierusalem, ubi erat in magno periculo, Ioan. 11. Et pater continuatio huius historiæ, quia postquam Ioan. 10. in fine dicitur, quomodo Iudæi voluerunt Christum lapidare, & recedens mansit trans Iordanem docens, sequitur in principio vnde decimi capituli, scilicet erat quidam languens Lazarus a Bethania, ista suscitatio Lazari fuit mense primo anni trigesimoterti, scilicet Martio, & tunc Iudæi commoti sunt zelo magno videntes signum hoc, & euntes dixerunt illud Pharisæi. Et tunc dicitur eodem cap. quod collegebant pontifices, & Pharisæi concilium, & dicebant: quid faciemus, quia hic homo multa signa facit? Et tunc cogitauerunt Christum occidere, & dicitur: Iesus ergo non in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum, in civitatem, quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cū discipulis suis. Et sequitur: proximum erat autem Pascha Iudæorum. Istud erat Pascha anni trigesimoterti, in quo Christus mortuus est. Nam post hoc dicitur: querebant ergo Iesum & colloquebantur, dicentes: quid putatis, quia non venit ad diem festum? & sequitur: Dederunt autem Pontifices, & Pharisæi mandatum, vt si quis cognoverit ubi sit, indicet, vt apprehendant eum, & tunc in principio duodecimi cap. sequitur de festo in ramis palmarum, quod erat per sex dies ante mortis diem Christi. Et post hæc in principio tertii decimi cap. ponitur cœna Christi cum discipulis suis, quæ fuit præcedenti die ante mortem suam. Ex prædictis apparet, quod Christus post principium anni sui trigesimi vidit quadruplex Pascha: Primum ponitur Ioan. 2. Secundum ponitur Ioan. 5. Tertium ponitur Ioan. 6. Quartum ponitur Ioan. 11. Et in isto quarto mortuus est. Primum fuit Pascha anni trigesimi. Secundum fuit Pascha anni trigesimoprimi. Tertium fuit Pascha anni trigesimosecundi. Quartum fuit Pascha anni trigesimoterti. Ita habentur ex deductione historiae beati Ioannis, quæ nihil aliud continet à principio primi cap. ubi agitur de baptismo Christi usque ad principium tertii decimi, ubi agitur de cœna sua cum discipulis suis ante mortem. Et est historia trium annorum completorum, & vnius inchoati. Nec potest quis maiora tempora Christo dare post baptismum suum quam ista, quæ descripta sunt. Ni si forte diceret, quod historia beati Ioannis non est continua, quod non videtur conuenienter dictum. Apparet ex prædictis illa duo, quæ supra terigeramus. Primum est, quod Christus non potest dici mortuus fuisse usque ad annum trigesimotertiū atque annū inchoatum. Nam post baptismum suum ponit beatus Ioannes Christum vidisse quadruplex Pascha: ergo post baptismum vixit saltem quatuor annis, scilicet tribus completis, & uno inchoato. Completi fuerunt trigesimus, & trigesimus primus, & trigesimus secundus: incompletus trigesimotertius, de quo Christus non vixit, nisi illis diebus qui sunt inter natale suum, & Pascha Iudæorum, qui sunt tres menses, vel parum plus. Et ad hoc nō potest esse aliqua cauillatio, nisi negaremus literam beati Ioannis, quia quadruplex Pascha non potest esse nisi in quatuor annis. Ex hoc patet, quod nullo modo est recipienda illa positio, quæ dicit Christum mortuum fuisse anno trigesimotertio, vitæ suæ nondum completo, quia tunc non posset ponit post Baptismum Christi, nisi triplex Pascha cum baptismus fuerit in principio anni trigesimi, Luc. 3. sc. Erat Iesus incipiens annorum 30. ideo necesse est dici eum fuisse mortuum in anno 33. vel in aliquo alio post, sed prius nequam posset dici mortuus. Secundum erat, quod Christus mortuus sit anno 33. quod satis patet, quia post principium anni trigesimi cum Christus baptizatus est ponit beatus Ioannes quadruplex Pascha, & in ultimo eorum Christus mortuus est, ideo anno trigesimotertio mortuus est. Ista probatio procedit

necessario, nisi dicatur, quod inter istud quadruplex Pascha omisit beatus Ioannes aliquid Pascha, nam de primo eorum manifestum est, quod fuit in anno trigesimo, quia alias datur quasi unus annus integer postquam Christus incepisset vocare discipulos, in quo nihil faceret. Istud pater in deductione, quam fecimus supra de primo c. Ioannis usque ad medium secundi. De quarto etiam Pascha satis apparet, quod fuerit illud in quo Christus mortuus est, cum ponatur ibi simul festum in ramis palmarum, & dies cena Domini, quae fuerunt in anno mortis Christi. Nec potest satis conuenienter stare, quod beatus Ioannes omiserit aliquos annos de tempore illo, quo Christus predicauit. Primo, quia historia B. Ioannis de seipso apparet satis continuata, sicut supra diximus. Secundo quia in scripturis semper tenendum est, quod sit ordo continuatus sine commissione aliqua, nisi probetur omissione, & quod sit ordo rectus naturalis sine anticipatione & recapitulatione, nisi probetur anticipatio vel recapitulatio, quia semper presumendum est pro eo, quod commune est, nisi probetur esse factum per quem speciale modum: scribere tamen aliquid cum omissione quorundam, vel cum anticipatione, & recapitulatione sunt speciales modi, ideo nonquam est presumendum, quod isti sunt in scriptura, nisi quando clare probatum fuerit, quod aliquis eorum est. Fundamentum huius est, quia alias tolleretur tota certitudo scripturæ: si putaremus, quod scriptura loqueretur per omissiones anticipatio[n]es, & recapitulationes nisi in casu, in quo manifeste apparet. In praesenti tamen non constat, quod beatus Ioannes omiserit aliquos annos, vel Pascha de aetate Christi post baptisimū usque ad mortem, & ponit quadruplex Pascha. Ideo credendum est, quod non fuerit, nisi istud quadruplex Pascha. Et sic Christus moreretur in principio anni trigesimætertiæ ætatis suæ.

## CAPITVLVM XIII.

In quo incipit tertia via probandi, scilicet astrologica, & ponuntur quatuor supposita ad probandum hanc, & tria illorum probantur hic.

Mors  
christi  
fuit die  
Veneris. CERTIA probatio erat astrologica, non quidem quod tota sit astrologica, quia astrologia de talibus non considerat tanquam de subiecto, vel de partibus subiecti artis, sed presuppositis quibusdam fundamentis legis Dei ad quam proprie pertinet de morte Christi agere. Astrologia est via probativa ad id quod intendimus. Et ista probatio est omnino necessaria, ita quod non habeat locum aliqua cauillatio de omissione anticipatione recapitulatione, sicut haberet locum contra precedentem probationem, quæ erat pure Euangelica. Ad inueniendum hoc oportet quedam presupponi: primum est, quod Christus mortuus est die Veneris, sic patet Ioan. 19. scilicet Iudei ergo quoniam parascue erat, ut non remanerent in Cruce corpora Sabbatho, rogauerunt Pilatum, ut frigerentur crura eorum, & sic dies qua Christus pendebat in Cruce erat parascue, id est dies Veneris, & sequens dies erat Sabbathum. Et ne manerent corpora illo die in Cruce, sed morerentur cito, facta sunt crura latronum, crura autem Christi non facta sunt, quia iam erat mortuus. Idem patet Mar. 15. scilicet. Et cum iam sero esset factum, quia erat parascue, quod ante Sabbathum. Et etiam Luc. 23. dicitur: Et dies erat parascue, & Sabbathum ilucescebat, id est sequens dies erat Sabbathum.

Mors  
christi  
fuit die  
mensis primi  
Iudeorum Secundum presuppositum est, quod Christus mortuus est die quintadecima mensis primi Iudeorum, scilicet luna quintadecima. Nam Iudei computant mensis per lunaciones, & quota est luna tot sunt mensis dies, ideo apud Iudeos est festum calendarum, scilicet prima dies mensis: Numeri 28. & 29. Et illa dies vocatur Neomenia: Isaiae primo, & Psal. octuagefimo.

Et sicut Calendæ vocantur apud nos prima dies mensis cuiuslibet, ita vocatum fuit istud festum Neomenia apud Iudeos Calendæ, ad significandum, quod dies Neomenia est prima dies mensis, & in omni mense celebratur, & tamen Neomenia significat primam diem lunæ, scilicet, quando luna est in coniunctione cum Sole, & non apparet. Et interpretatur Neomenia nouus defectus, vel nouiter deficiens.

Pater hoc, quia Christus mortuus est sequenti die post cenam, & tamen ipse cenauit die quartadecima mensis ad vesperum quando Iudei comedebant Pascha, ut supra probatum est. Et istud festum est die quartadecima mensis primi: Leuit. 23. & sequenti die post cenam mortuus est, quia surgens de cena introiuit in hortum, & ibi captus est a ministris Iudeorum, sequenti die mortuus est, ut colligitur Matt. 26. & 27. Mar. 14. 15. Luc. 22. 23. Ioan. 18. 19. erat ergo dies quintus decimus Lunæ quando Christus mortuus est.

Tertium presuppositum est, quod Christus mortuus est inter annum trigesimum, & quinquagesimum ætatis suæ: nullus enim debet dubitare, an Christus mortuus fuerit ante annum trigesimum. Nam ante illud tempus nondum inciperat predicare, nec facere aliquid eorum, quæ communiter traduntur ab Evangelistis. Patet quia Luce 3. dicitur: Erat Iesus incipiens annorum trigesinta, id est, incipiebat annum trigesimum, quando baptizatus est, ut ibi tubi fugitur. Item non peruenit Christus ad annum quinquagesimum. Nam illo anno, quo mortuus est dixerunt Iudei sibi. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti: Io. 4. hocramen dicebant Iudei tanquam notissimum, quasi dicant, Christus gloriarib[us] se esse antequam Abraham fieret, & tamen ad plus etiam si Christus vellet dicere se habere multos annos non poterat dicere, quod erat quinquaginta annorum. Sicut si de aliquo homine trigesitaquinque annorum volendo arguere contra ipsum de manifestissimis, dicemus tamen, non habes sexaginta annos. Nam licet posset mentiri dicendo se habere quinque, vel sex annos supra veritatem, vel infra, quod tamen dicat se habere quindecim, vel viginti supra veritatem, vel infra nullo modo est verisimile, ideo in talibus respondens, etiam si velleret subiungere verum, vel falsum exprimere, nullo modo audebit, quia manifestissime apparet eum mentitum. Ita nunc Iudei volebant conuincere Christum de medacio, cum ipse diceret se esse antiquorem quam Abraham, & si illi expressissime solum summam annorum eius, vel paucos plus, poterat ipse dicere, quod erat plurimum annorum, & non poterant eum manifeste conuincere, ideo dixerunt multos annos supra aetatem Christi, ut ipse erubesceret dicere se esse plurimum annorum quam illi expresserant. Cum ergo dixerint, quod nondum erat quinquaginta annorum: videatur dicendum, quod nondum esset quadraginta quinque annorum, ut tantæ ætatis appareret, nec forte 40. annorum Christus tamen mortuus est in anno, in quo ista dicta sunt ei in festo Scenophegiaz, quod est mense sexto, & ipse mortuus est mense primo sequentis anni, ut ex supra dictis inducunt est: & satis manifestat beatus Ioannes. Non ergo inquirendum est de multis annis ætatis Christi, in quo illorum mori potuerit, sed solum inquireretur de annis intermediis inter trigesimum, & 50. & licet communiter non dubitetur, nisi de tribus annis, scilicet 32. 33. & 34. & satis esset inquirere per viam astrologicam, in quo istorum trium annorum mortuus fuerit, ut tamen tollamus dubium secundum fundamenta Euangelii, ex quibus apparet eum fuisse mortuum inter annum trigesimum, & quinquagesimum. De omnibus ipsis intermediis, scilicet de quolibet istorum 20. annorum, quæretur in quo eorum mori potuerit.

## CAPITVLVM XIV.

Declara  
tio tox  
etus illig  
so. ann  
norum  
habes. FDe quarto presupposto, & ibi multa de diversitate annorum solarium & lunarium, & de annis diuersarum gentium, & multa de mutatione anni Iudeorum, & de causa, & de modo inueniendi primum mensem Iudeorum quilibet anno.

DIVARTVM presuppositum est quantum ad computationem istam, quia Christus mortuus est mense primo Iudeorum: videndum est, quis esset iste mensis primus, ut sciamus cum quo mense nostro coincidit, quia alias necimus dicere quis mensis de nostris erat, quando Christus mortuus est, scilicet an Aprilis, vel Martius, vel aliquis aliis. In quo sciendum, quod cum primus mensis sit principiū anni, & principia annorum apud diuersas gentes diuersa sint, erunt etiam primi menses diuersi, sed etiam in hoc considerandum est, quod quædam gentes habent principiū anni mutabile, & aliae non, scilicet quædam gentes sunt, quæ ubi semel habent

A principium anni, ibi semper habent illud, sicut sunt Latini, Graeci Ægyptii, Syrii, Persae, & multæ gentes: aliae autem sunt quæ habent principium anni mobile, sicut Saraceni. Ista diuersitas venit ex eo, quod quadam gentes faciunt annos lunares, aliae annos solares: illæ gentes quæ faciunt annos solares, habent principium anno um suorum fixum, sicut Latini quorū annus semper incipit in Ianuario in hyeme, ut potest semel incipiat annus Latinorum die illo, quo sol est in vigesimo gradu Capricorni, semper incipiet eodem die, nec appetat aliqua diuersitas, nisi in multis annis, scilicet, in centum annis uno die, vel quasi propter motum augium, de quo non est ad præsens. Vulgus tamen non percepit istam differentiam. Quædam etiam gentes sunt, quæ incipiunt annum suum in autumno, & semper sic incipiunt, scilicet, Graeci, qui computant per annos Alexandri, & incipiunt in Octobri. Gentes autem, quæ computant annos suos per lunam: necesse est, quod faciant mutationem in principiis annorum suorum, quia tempus variatur propter varietatem solis, & non propter varietatem Lunæ. Nam quatuor diuersitates temporum, sc. ver, aestas, autumnus, hyems non sunt propter lunam, sed propter Solem, quia alias quolibet mensis est istæ quatuor diuersitates, cum Luna quolibet mense compleat cursum suum.

B Qui autem computant menses per Lunam faciunt 12. menses, sicut qui computant annos solares. Menses tamen lunares non sunt æquales mensibus solaribus, quia una lunatio continet vigintinouem dies, & 12. horas, vel quasi, & duæ lunationes simul continent dies quinquaginta nouem: ideo illi, qui volunt distinguere menses lunares dando cuilibet dies integros, faciunt unum mensum ex triginta diebus, & alium ex vigintinouem. Et sic procedunt. Et sic 12. menses lunares simul faciunt dies trecentos quinquagintaquatuor, annus tamen solatis continet dies trecentos sexagintaquinque præter quartam bissextilem, & sic antius solaris abundat in 11. diebus ad annum lunarem.

C Ex quo sequitur, quod necesse est, quod si quis computet tempora sua per annos lunares, quod aliquando incipiat annum in hyeme, aliquando in aestate, & sic de aliis partibus temporis. Patet hoc, quia si nunc computare inciperent annos solares, & lunares eodem die, scilicet prima die Ianuarii non finientur simul, quia annus lunaris erit minor. 11. diebus & finietur de vigesimo Decembri, & alio anno decurando a lios 11. dies finietur die nona Decembri, & alio anno decurando sic finietur die vigesima octaua Nouembris, & sic continue decurabit usque in trigintatribus annis minuarur, & deficiat unus annus lunaris totaliter, & redeat ad principium anni solaris. Et sic trigintatrees anni solares faciunt trigintaquatuor annos lunares vel quasi. Ista enim est computatio grossa & absoluta solum ad ostensionem differentiæ mensis solarium & lunarium. Iustum modum tenent Saraceni qui computant per annos lunares, & aliquando incipiunt annum suum in Martio, aliquando in Aprili, aliquando in Octobre, & sic de aliis partibus anni. His visis considerandum est de annis Hebræorum, & dicendum quod annus Hebreorum à principio non habebat tale initium, quale nunc habet. Incipiebat namque annus Hebreorum in Octobre, eo quod à principio ipsi computauerunt annos secundum computationem gentium. Et quia Ægyptii, inter quos Israelites creuerunt, & incepserunt esse populus, incipiebant tunc annos suos in Octobre; Iudei quoque sic computabant. Perit tam inter Iudeos dicunt, quod hoc erat, quia ipsi computabant annos suos à principio seculi, & quia mundus creatus est in Septembri: sive incipit annus in Octobre. Nam dicunt, quod die vigesima quinta Septembri creatus est mundus, & dies sexta, in qua creatus fuit Adam, fuit dies ultima Septembri, & sequenti die, in quo Deus cessavit ab omni opere, scilicet dies Sabbathi, fuit prima dies Octobris, & illa fuit prima dies anni, & sex dies præcedentes, in quibus fuit creatio, pertinent ad alium annum, & illos sex ponunt Iudei tanquam unum annum, quod autem Iudei computarent isto modo annos, patet Exod. 23. scilicet Solennitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. Ista solennitas est Scenophegia, vel Tabernaculorum, quæ est dies 15. mensis septimi, scilicet Septembri, quo tempore omnia collecta sunt de agris, scilicet, fruges, & vi-

D ñ im in terra calidissima, sicut est terra Ægypti respectu nostri. Et dicitur tunc exitus anni, id est, finis, scilicet quia antiquitus solebat esse finis anni in Septembre, & principium in Octobre. Patet hoc clarius Exod. 34. cum dicitur: Solennitatem quoq; qñ redeunte anni tempore, cuncta conduntur, & agitur de solennitate Tabernaculorum, quando conduntur, id est, reconduntur omnia, scilicet fruges in horreis, & vinum in apothecis, & hoc est redeunte anni tempore. Dicitur enim redire annus, qñ finitur unus annus, & incipit alijs. Et sic videtur quod annus incipiebat olim in fine Septembris, qñ est soleritas Tabernaculorum. Isto modo computauerunt Iudei annos quædui fuerunt in Ægypto. Tempore autem illo, quo Deus educere debuit illos, voluit quod iniuraretur principium anni, & quod ille mensis, in quo exibant de Ægypto esset principium omnium mensium, & ibi inchoaretur annus. Sic patet Exod. 12. scilicet mensis iste vobis principium mensium erit primus in mensibus anni. Hoc fecit Deus, sicut faciunt principes terreni, qui quæd faciunt aliqua gesta magnifica faciunt computari principia annorum ab illo tempore. Sicut fuit de omnibus ponentibus æras, scilicet, de Nabuchodonosor, de Philippo patre Alexandri, de Alexandro, de Dioctetiano, de Octavianio, de Gerauch, de Mahometo. Et quia Deus faciebat opus magnificum, educendo Israëlitas de Ægypto, voluit quod in memoriam illius beneficii mutaretur principium anni, & computaretur annus ab illo tempore, quo de Ægypto educti sunt. Alia fuit causa, quia Deus educens Israëlitas de Ægypto assumpsit eos in populum speciale sibi separando de omnibus gentibus: Exod. 19. scilicet, Vos ipsi vidistis quæ fecerim Ægyptis, quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpsi mihi, si ergo audieritis vocem meam, & audieritis paetus meum, eritis mihi in peculium de cunctis gentibus: mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale. Quia ergo computatio annorum quam prius tenebant Iudei erat a creatione mundi, per quam Iudei pertinebant ad Deum generaliter, ut omnes homines, liberato autem de Ægypto fuit, per quam specialiter pertinuerunt ad Deum, ut populus peculiaris, ideo debuerunt potius computare annos suos à tempore, quo exierunt de Ægypto, quam à creatione mundi. Iussit igitur eis, quod quolibet anno die quartodecimo mensis primi Iudei celebrarent Phase occidentes agnum eo modo, quo fecerant in Ægypto: Num. 9. & Leuit. 23. Iussit etiam ut istud semper esset in tempore nouarum frugum, scilicet, in principio veris, quia illo tempore exierat de Ægypto: Deut. 16. Tunc autem erat difficultas, quomodo Iudei hoc facerent, quia ut supra declaratum est, anni lunates sunt in æquales annis solaribus, & si uno tempore incipiunt simul, postea variantur propter minoritatem lunarium, sicut supra declaratum est de annis Arabuin, sive Saracenorum. Si ergo Iudei non adhiberent in hoc aliquam solitudinem, inciperet aliquando annus eorum in Martio, aliquando in Augusto, aliquando in Decembre, & sic non retineretur significatio in festiuitatibus, nec identitas temporis, scilicet, quia non fieret semper Pascha Iudeorum in principio veris eo tempore, quo exierunt de Ægypto, quia cum mensis primus eorum aliquando deberet coincidere cum Augusto nostro, & aliquando cum nostro Septembre, & aliquando cum Decembre, celebraretur tunc Pascha die quartodecimo mensis, & sic non conuenienter significaretur in illa festiuitate exitus Israëlitarum de Ægypto, quia non fiebat illo tempore. Debuerunt ergo conari Iudei, ut mensis suus primus semper inciperet circa medium nostri Martii paulo ante, vel paulo post: eo quod tunc est principium veris, & illo tempore exierunt de Ægypto.

E Ita autem faciunt, quia apud Iudeos regula est, quod illa lunatio, cuius principium est magis propinquum æquinoctio vernali, sive præcedat, sive sequatur, est primus mensis Iudeorum, & die quartodecimo huius lunationis est Pascha suum, ideo semper videtur, quod Pascha Iudeorum est circa medium Martii, vel ad finem, aut in principio Aprilis. Hoc autem non poterant facere componendo annos ex duodecim lunationibus, quia tunc variantur principia annorum suorum, sicut variantur principia annorum Arabum, sicut supra declaratum est, eo quod 12. lunationes non comple-

Annus  
mutat  
ab He-  
breis.

E

Annus  
Sarace-  
norum  
et per lu-  
nato-  
nes.

F

Principis  
mensis  
anno He-  
braeorum.

vnum

A vnum annum solarem, sed deficiunt dies 11. si constituant annos ex 13. lunationibus variabuntur magis principia annorum lunarium, quia 13. lunationes continent 384. & superbundant in diebus 19. ad annum solarem, & tunc est maior variatio quam prius, si constituerentur ex duodecim lunationibus. Fecerunt ergo alium modum, scilicet quosdam fecerunt ex duodecim lunationibus, & alios ex tredecim, & fuit iste modus, quod fecerunt quedam circulum 19. annorum solarium, in quo luna rediret ad principium, in quo prius fuit cum sole. Nam si nunc Sol, & Luna coniungantur in uno loco, sive in aliquo loco, iterum completis decem nouem annis coniunguntur in eodem loco, & in decem & nouem annis solaribus sunt decem, & nouem anni lunares, & insuper septem menses, quos superaddunt septem annis lunaribus, quorum quilibet habet 13. mentes.

B Et isti anni vocantur superex crescentes, vel embolismales secundum quodam, & sic de illis 19. annis 12. sunt simplices, id est habet quilibet 12. lunationes, & septem sunt superex crescentes, vel embolismales. Et computantur sic, scilicet quod de istis decem & nouem annis tertius, & sextus, & octauus, & undecimus, & decimus quartus, & decimus septimus, & decimus nonus sunt embolismales, reliqui autem habent duodecim lunationes solum, & secundum istum modum fit quod principium anni Iudæorum est semper apud æquinoctium vernalē, parum ante vel post. Et istum modum seruauerunt ab exitu Ægypti, & etiam seruant Iudei hodierni. Erat tamen æquinoctium vernalē tempore Christi die vigesima terria, vel vigesima quarta die Martii, nunc autem est undecima, vel duodecima die Martii. Iudei tamen semper seruant coniunctionem propinquam æquinoctio. Ista dicta sunt grosse potius vulgariter quam astrologice, quia non negociamus principaliter de his, sed ponuntur ut quadam instructiones ad scientiam quædam præsupposita, quibus ut debemus in probatione de tempore mortis Christi.

C Ex predictis appareret quatuor præsupposita. Primum quod Christus mortuus est die Veneris. Secundum quod mortuus est luna quintadecima mensis primi. Tertium quod mortuus est inter annum trigesimum & quinquagesimum. Quartum quod iste primus mensis in quo Christus mortuus erat luna illa cuius principium maxime propinquum erat æquinoctio vernali, scilicet, caput arietis. Ad hoc ergo quod concludatur mortem Christi fuisse in aliquo anno, vel in alio non cesset, quod omnia ista quatuor concurrant, alias non erit ibi mors Christi.

#### CAPITULUM XV.

In quo inducitur, quod inter annum trigesimum etatis Christi, & annum 50. de quibus poterat esse dubium, quod in nullo fuerit mortuus nisi anno 33. suo inchoato tertio die Aprilis.

P Ræsuppositis præcedentibus nunc videndum est, in quo anno Christus mortuus fuerit. Et quia diximus quod mortuus est inter annum trigesimum, & 50. solum de annis istis videndum est. Dicendum quod anno trigesimo primo Christus non potuit mori, quia tunc luna quintadecima mensis primi erat die vigesima septima Martii, & erat dies illae dies Martis, Christus tamen mortuus est die Veneris, ut patet ex præsupposito.

Modus autem probandi, quod dies vigesimus septimus Martii illius anni erat dies Martis potest haberi multipliciter. Primum per regulam de notis feriarum, per quas incipiunt anni, vel menses, quæ regula ponitur in canonibus tabularum regis Alphoni, ponitur etiam communiter in canonibus omnium tabularum, quæ procedunt per diuersas ad scientiam, in quo die incipiat quilibet annus. Alio modo potest haberi per artem literæ Dominicalis, per quam potest sciri usque ad mille annos vel plures, quæ erit litera Dominicalis illius anni, ita possumus scire de annis iam præteritis, quæ fuit litera Dominicalis in quolibet illorum, & per illam patet de omnibus feriis. Et sic potest sciri quæ litera Dominicalis fuerit in anno Christi trigesimo primo, præsupposito, quod sciamus quod anni fuerunt inter illum, & inter istum, qui modo est. Alio modo posset sciri sine aliqua arte vulgari discur-

D rendo per annos, scilicet si sciamus in quo die incepit iste annus sciemus in qua die incepit præcedens, & sic de omnibus præteritis retrocedendo continuare usque ad annum Christi trigesimum primum de quo volumus. Quod autem sciatur, quod die vigesimo primo Martii in illo anno fuerit luna quintadecima, patet computando medianam coniunctionem, & oppositionem Solis & Lunæ per tabulas regis Alphoni, accipiendo radices istorum motum ex æra Christi, vel ex quacunque alia æra, qui in hoc nihil differt, cum omnes æra (licet diuersæ sint) concordent in veritate motuum. Modus autem calculationis istius non potest describi, sed qui voluerit, inquirat per ipsas tabulas, vel per alias oppositionem Solis & Lunæ, & inueniet quod in illo anno trigesimo primo Christi die vigesima septima Martii erat luna quintadecima, & illa lunatio erat primus mensis Iudæorum. Istud etiam nunc introductum est, ut sciatur quales modi probations sunt, quibus utrum in praesenti. Anno 32. Christi inchoato non potuit ipse mori, quia tunc fuit luna quintadecima mensis primi Iudæorum die quintadecima Aprilis, & erat illa dies Martis, Christus tamen mortuus est die Veneris, probationes autem procedunt eo modo, quo supra diximus. De anno trigesimo tertio postea dicemus. Anno 34. non potuit Christus dicitur mortuus, quia luna quintadecima mensis primi Iudæorum fuit vigesima tercia, vel vigesima quarta die Martii, & dies vigesima tercia dies Martis, & sequens erat dies Mercurii. Anno 35. etatis Christi inchoato non potuit mori, quia luna quintadecima mensis primi Iudæorum fuit die undecima Aprilis, & erat dies Lunæ, Christus tamen mortuus est die Veneris. Anno 36. etatis Christi inchoato, non potuit Christus mori, quia luna quintadecima mensis primi Iudæorum fuit die trigesima prima Martii, & erat tunc dies Sabbathi, Christus tamen mortuus est die Veneris.

Isto modo poterat stare aliqualiter quod dicunt Græci, scilicet quod Christus anticipauerit per unam diem, quia tunc esset dies quintadecima dies azymorum prima, & illa esset dies Sabbathi, Christus autem moreretur die præcedenti, scilicet die Veneris, quæ erat dies quartadecima mensis, in qua Iudei celebrabant Pascha ad vesperum, Christus autem non potuit comedere in ipsa die cum mortuus fuerit hora nona, ideo comedit die præcedenti, scilicet die Louis, qui erat dies tertius decimus mensis, & tunc concordant omnia, scilicet quod Christus mortuus est die Veneris, & celebravit Pascha die Louis. Consonat etiam quod dicitur Io. 18. quod Iudei non introierunt in prætorium, ne contaminarentur, sed manducarent Pascha, scilicet quod illa die qua Christus mortuus est, erat celebrandum Pascha ad vesperum, & ut Iudei manerent mundi pro illo tempore noluerunt intrare in prætorium. Consonat etiam quod dicitur Io. 19. scilicet Iudei autem quoniam parassece erat, ne remanerent corpora in cruce Sabbatho (erat enim magnus ille dies Sabbathi) scilicet Sabbathi post mortem Christi erat magnus, id est magna solennitas, scilicet quia erat dies Sabbathi, & quia erat prima dies azymorum, quæ erat festivitas celeberrima Exo. 12. & Levit. 23.

Sed ista non stant, primo quia præsupponitur in his, quod Christus anticipauerit Pascha per unum diem, & tamen supra probatum est, quod non anticipauit, sed comedit eo die, quo Iudei. Secundo, quia non potest esse secundum hoc mors Christi ante annum trigesimum sextum suum inchoatum, & tamen nullus ponit Christum tanto tempore vixisse, sed omnes limirantes mortem suam dubitant de anno trigesimo secundo, trigesimo tertio, & trigesimo quarto: de aliis autem nemo dubitat, potissimum quia ipsi Græci non putant Christum fuisse mortuum ultra annum trigesimum tertium vel trigesimo quartum, ideo etiam si ponant anticipationem non conuenit eis, quod Christus isto anno mortuus fuerit. De anno trigesimo tertio, & trigesimo octavo etatis Christi postea dicetur.

F Anno trigesimo nono etatis Christi Christus non potuit mori, quia luna quintadecima mensis primi Iudæorum illo anno fuit vigesima nona Martii, & erat dies Dominica. Anno quadragesimo etatis Christi inchoato non potuit Christus mori, quia luna quintadecima mensis primi Iudæorum fuit die vigesima Martii, & erat dies Dominica. Alii autem dicunt, & melius sequentem lunationem fuisse primum mensis Iudæorum, & luna quintadecima illius mensis fuit die

Mors  
Christi  
non pa-  
tur: iſſe  
an 34.  
E

F

Erroris  
Græcorū  
coſu-  
bito,

A decimanona Aprilis, s. die Martis. Anno quadragesimo primo aetatis Christi inchoato non potuit Christus mori, quia luna quintadecima mensis primi Iudeorum fuit illo anno quartadecima Aprilis, & erat dies Martis.

Anno quadragesimo secundo aetatis Christi inchoato, non potuit ipse mori, quia luna quintadecima mensis primi Iudeorum illo anno fuit die vigesima quinta Martii, & erat dies Dominica.

Anno quadragesimo tertio Christi inchoato non potuit Christus mori, quia luna quintadecima mensis primi Iudeorum illo anno fuit die tertiadecima Aprilis, & erat dies Sabbathi.

Anno quadragesimo quarto Christi inchoato non potuit Christus mori, quia luna quintadecima mensis primi Iudeorum illo anno fuit secunda die Aprilis, & erat dies Louis.

Anno quadragesimo quinto aetatis Christi inchoato Christus non potuit mori, quia luna quintadecima mensis primi Iudeorum fuit tunc die vigesima secunda Martii, & erat dies Martis. Alii putant, quod sequens lunatio erat primus mensis illius anni Iudeorum, cuius luna quintadecima erat die vigesima prima Aprilis, & erat dies Mercurii.

B Anno quadragesimo sexto Christi inchoato non potuit mori Christus, quia luna quintadecima mensis primi Iudeorum illo anno fuit decima Aprilis, & erat dies Luna. De anno quadragesimo septimo aetatis Christi postea dicerur. Anno quadragesimo octavo aetatis Christi non potuit ipse mori, quia luna quintadecima mensis primi Iudeorum in illo anno fuit quintadecima die Aprilis, & erat dies Luna. Anno quadragesimo nono aetatis Christi non potuit ipse mori, quia luna quintadecima mensis primi Iudeorum in illo fuit die vigesima prima Martii, & erat dies Sabbathi. Alii putant, quod lunatio sequens fuit mensis primus Iudeorum illius anni, cuius luna quintadecima fuit vigesima die Aprilis, & erat dies Luna.

C De aliis annis qui sunt post quinquagesimum non oportet inquirere in quo illorum Christus mori potuerit, quia supra declaratum est, quod Christus non peruenit ad tot annos. Manent autem nunc quatuor anni de quibus supra nos diximus inter trigesimum & quinquagesimum, & sunt isti, scilicet annus trigesimustertius, trigesimus septimus, trigesimus octauus, quadragesimus septimus. In quolibet autem istorum Christus mori potuit. Nam anno quadragesimo septimo luna quintadecima mensis primi Iudeorum fuit die trigesima prima Martii, & erat dies Veneris, ideo consonat luna cum die & mense, & concurrunt hic omnia quatuor praesupposita, quae supra diximus. Anno trigesimo octavo Christi fuit luna quintadecima mensis primi Iudeorum die quarta Aprilis, & erat tunc dies Veneris, ideo hoc anno poterat Christus mori, quod concurrebant omnia praesupposita.

Anno trigesimo septimo Christi fuit luna quintadecima mensis primi Iudeorum die decimanona Aprilis, & erat dies Veneris, ideo illo anno Christus mori potuit, quia concurrebant omnia quatuor praesupposita. Dicendum tamen, quod in illo istorum trium annorum Christus mortuus est, licet non repugnet eum tunc mortuum fuisse, sicut supra probatum est, & hoc propter duo.

Primo, quia nullus credit Christum attigisse annum quinquagesimum, quanto magis quadragesimum septimum, & quadragesimum octauum. De anno autem trigesimo septimo Christi etiam dicendum est, quod tunc non fuit mortuus, quia nemo dubitat de hoc anno, quia ut communiter creditur, quod Christus non excederit annum trigesimum quartum, ideo solum dubitatur communiter de anno trigesimo secundo, trigesimo tertio, & trigesimo quarto, in quo eorum mortuus fuerit. Dicendum ergo quod anno 32. aetatis Christi finito, & diebus centum, & uno die anno 33. die tertia Aprilis Christus mortuus est, & erat eadem die luna quintadecima & fuit oppositio verissima Solis, & Lunæ decimæ horis, & dimidia ante meridiem eiusdem diei, secundum meridianum urbis Romæ octo horis, & aliqua particula parua, & secundum meridianum Ierusalem septem horis, & dimidia ante meridiem, eratq; tunc sol in gradu vndecimo Arietis, & Luna in Libra gradu vndeclimo, & fere eodem minuto, quo sol, quæ probani certissime ex radicibus tabularum regis Alphonsi.

D Ex quo pater, quod Christus non anticipauit festum Paschale, sicut Graeci dixerunt, sed comedit Luna quartadecima cum ceteris Iudeis, quia cum Christus mortuus fuerit die Veneris luna quintadecima, & comederet Pascha die Louis præcedenti: necesse est, quod comederit die quartadecima mensis primi Iudeorum, & sic non anticipauit. Dato autem quod esset dubium, an Christus mortuus fuisset isto anno trigesimotertio, vel trigesimoseptimo, vel quadragesimoseptimo, aut quadragesimo octavo: presupponendo, quod non dubitaremus eum potuisse tanto tempore viuere, adhuc non deberemus, dicere eum fuisse mortuum in aliquo anno istorum, nisi in trigesimotertio. Quod pater primo, quia nullus istorum annorum concordat cum Euangelio, nisi annus trigesimostertius. Nam ab anno trigesimo Christi, in quo baptizatus est, & incipit habere discipulos, Luc. 3. Jo. 1. computatio tempora, reperimus historiam quadruplicis Paschæ, quod Christus viderit, & quid in illis quatuor annis Christus fecerit, & quomodo in Pascha ultimo illorum mortuus fuerit.

Sed non reperimus aliquod Pascha postea, nec historiam alicuius anni in quo Christus vixerit: ideo magis dicendum Christum mortuum anno 33. ut concordat historia Euangelica, & computatio astrologica, & non in aliquo de annis sequentibus, quia licet illi posset conuenire computatio astrologica, non tamen consonat historia Euangelica.

Secundo quia anno trigesimotertio aetatis Christi magis consonat computatio astrologica quam aliis annis. Nam in isto anno est proprie luna quintadecima die illa, qua Christus mortuus est: eo quod oppositio verissima fuit ante ortum solis illius diei, & factus ille dies incidebat in lunam quintadecimam, nec poterat æquiuocari ad lunam decimam sextam. In aliis autem annis licet die Veneris sit luna quintadecima, tamen non est ista precise, quin aliquo modo posset æquiuocari ad lunam decimam sextam: & in quibusdam ad quartramdecimam. Est ergo annus mortis Christi annus trigesimostertius aetatis suæ inchoatus, unde vixit Christus trigesimotertius annis completis, & centum & uno diebus, cum mortuus fuerit die tertia Aprilis.

## CAPITVLVM XVI.

In quo ponitur tercia conclusio s. quod Christus non fuit mortuus die Annunciationis. s. 25. Martii, & quod non erat posse ille Christus mortuum fuisse illo die, nisi viueret centum septuaginta quinque annos.

C **D** Iscussa precedenti conclusione de anno mortis Christi inducenda est conclusio de die mortis eius, cuius tenor est. Die annunciationis virginis. s. 25. Martii, ut communiter assertur, Christum passum fuisse, dici non potest, sed die tertio Aprilis cum mortuum fuisse dici necesse est.

F Prima particula est, quod non fuerit Christus mortuus die 25. Martii, sicut est opinio plurimorum. Nam illa est dies Annunciationis Virginis, & in illa Christus conceptus est, & dicunt Doctores antiqui, quod eadem die Christus conceptus, & mortuus est. s. 25. Martii, siue octauo Calendas Aprilis.

Mors Christi non fuit 25. Mar-  
ti, sed die 3. Ap-  
rili.

Sed dicendum, quod hoc nullo modo potest conuenire computationi astrologice, quæ necessaria est, potissimum cum illa presupponat hic fundamenta Euangelica. Sunt autem presupponenda hic ea, quæ supra præsupponebamus cum agebatur de anno passionis Christi, scilicet quod Christus mortuus est die Veneris luna decima quinta, si autem ista duo aliquo anno conueniant die Annunciationis Virginis, posset dici Christum potuisse mori in illo anno, in illis autem annis, in quibus ista discordant à die Annunciationis, vel saltem unum illorum, impossibile erit Christum fuisse mortuum in die annunciationis Virginis illius anni. Incipendum est autem hic ab anno trigesimoprimo, sicut quando agebamus de anno passionis Christi, nam ante annum trigesimum, & etiam in ipso trigesimo constat Christum non fuisse mortuum, quia in illo baptizatus est, Luc. 3. Et non remanebant post baptismum Christi usque ad Pascha Iudeorum, nisi dies quadraginta, vel quasi, ut probatum fuit

A supra. Si tamen Christus mori debuisset in anno trigesimo, non poterat mori, nisi in Paschate, ut supra probatum est, & sic oporteret, quod tota prædicatio Christi, & omnia quæ scribuntur in Euangeliis facta à Christo, fuissent facta in 40. diebus, quod est absurdissimum, ideo non potuit dici mortuus anno 30.

In anno trigesimoprimo, & trigesimosecundo etiam non poterat dici Christum mortuum fuisse die annunciationis, nec etiam in aliquo alio die illorum annorum, cum probatum fuerit supra ex processu Euangelico, quod Christus non potuerit ante annum trigesimum tertium dici mortuus. Quia tamen probatio ista iam debet procedere via astrologica, dicendum quod non potuit Christus morruis dici anno 31. ætatis Christi incipiente, quia tunc dies Annunciationis erat luna 13. & erat dies Dominicus. Christus tamen mortuus est luna 15. & die Veneris.

B Die Annunciationis anni tricesimsecundi non potest dici Christum mortuum fuisse, quia illa die luna erat vigesimaquarta vel vigesimateria mensis duodecimi Iudæorum. Nam illo anno mensis primus Iudæorum incepit prima die Aprilis, Christus tamen est mortuus mense primo Iudæorum, cum fuerit mortuus in die primo azimorum, qui erat dies 15. mensis primi Exod. 12. Leuit. 13. Item quia illo anno erat dies Annunciationis die Martis, Christus tamen mortuus est die Veneris. probationes enim horum, scilicet quod esset talis, vel talis dies, & quod esset luna tali, vel tali die procedunt eo modo, quo supra diximus, quando agebamus de anno mortis Christi. Die Annunciationis anni tricesimtertiæ etatis Christi, non potuit dici Christus mortuus, quia anno illo, erat dies Annunciationis dies Mercurii, & erat luna quinta. Die annunciationis anni trigesimiquarti ætatis Christi non potest Christus dici mortuus, quia fuit tunc dies annunciationis dies Iouis, & erat luna decimasexta, vel decimaeptima. Die Annunciationis anni trigesimiquinti non poterat Christus dici mortuus, quia licer fuit dies illa Veneris, fuit luna, vigesimaseptima mensis duodecimi Iudæorum, Christus tamen mortuus est mense primo Iudæorum, & luna quintadecima illius. Die Annunciationis anni tricesimsextæ etatis Christi non potuit Christus dici mortuus, quia fuit dies illa Deminica, & fuit luna decima, Christus tamen luna quintadecima mortuus est. Die Annunciationis anni trigesimiseptimi non potest Christus dici mortuus, quia fuit tunc dies Annunciationis dies Lunæ, & fuit luna decimanona, vel vicesima mēsis duodecimi Iudæorum, cum luna quintadecima mensis primi illius anni fuerit decimanona die mensis Aprilis. Die annunciationis anni trigesimocœtui Christus non potest Christus dici mortuus, quia fuit dies illa dies Martis, fuit etiam luna quarta, dies tamen mortis Christi fuit Veneris, luna tamen quintadecima. Anno trigesimonono die Annunciationis non potuit Christus dici mortuus, quia fuit illa dies Mercurii, & fuit Luna vndecima. Anno 40. ætatis Christi die Annunciationis non potest Christus dici mortuus, quia illo anno fuit luna vigesima mensis duodecimi die illo, Christus tamen mense primo Iudæorum mortuus est. Vel secundum aliam computationem fuit illa die luna vigesima prima mensis Iudæorum. Et non est differentia in luna, quia quomodo cūque capiatur, necesse est, quod in illo anno fuit die illa luna vigesima, sed differentia in mense, quia aliqui faciunt illum annum embolismalem, id est, luperexcensem, cui dantur menses tredecim. Erunt dies annunciationis erat luna vigesima mensis tertii decimi, id est, mensis vltimi illius anni. Si autem non sit annus ille embolismalis, necesse est diem annunciationis esse luna vigesima mensis primi Iudæorum. Sed quomodo cum accipiatur non stat, quia Christus mortuus est luna quintadecima, concordat tamen dies illius anni, quia fuit illo anno dies Annunciationis die Veneris, sed obstat luna ad hoc, quod Christus non posset mori illa die. Anno 41. Christi non potest ipse dici mortuus die annunciationis, quia fuit dies annunciationis illo anno dies Sabbathi, & fuit luna quarta. Anno 42. die annunciationis non potuit Christus dici mortuus, quia fuit dies annunciationis illo anno dies Dominicæ, consonat tamen luna, quia illo anno fuit die annunciationis luna quintadecima, & potuisset Christus dici mortuus illo anno die annunciationis, si esset dies Veneris, cum luna coasonaret, quia erat quinta de-

cima. Anno 43. non potuit Christus dici mortuus die annunciationis, quia illa erat dies luna, & luna erat vndecima. Anno 44. die annunciationis non potest Christus dici mortuus, quia illo anno fuit dies annunciationis dies Mercurii, & erat luna sexta. Anno 45. die annunciationis non potest Christus dici mortuum fuisse, quia illo anno fuit dies Annunciationis die Iouis, & fuit lunadecima octaua. Anno 46. Christi die annunciationis non potest dici ipsum esse mortuum, quia illo anno fuit die annunciationis luna 24. vel 29. mensis die vltimi Iudæorum, Christus tamen mortuus est mense primo, consonat tamen dies, quia illo anno fuit dies annunciationis dies Veneris. Anno 47. Christi die annunciationis non potuit Christum dici mortuum, quia fuit illa dies sabbathi, etiam quia fuit luna octaua mensis primi. Anno 48. Christi die Annunciationis non potuit Christum dici mortuum, quia fuit illa dies lunæ, & etiam fuit luna 24. mensis vltimi Iudæorum, qui erat annus embolismalis, Christus tamen mense primo anni mortuus est. Anno 49. Christi die annunciationis non potuit Christus dici mortuus, quia erat dies illa Martis, & erat luna quarta mensis primi. Anno 50. die Annunciationis non potest Christus dici mortuus, quia fuit illa dies mercurii, & erat luna decimanona mensis primi Iudæorum, si non possunt annus ille embolismalis, si autem ponatur annus embolismalis erit luna 19. mensis tertii decimi, sed quocunque ponatur semper illa die luna 19. Christus tamen mortuus est luna 15. Ecce qualiter probatum est ex principiis necessariis, quia Christus non potest dici mortuus die annunciationis inter annum trigesimum, & quinquagesimum, Christus tamen non fuit mortuus ante trigesimum, ut supra probatum fuit, ergo impossibile erat Christum fuisse mortuum die annunciationis. Et ista erat sufficiens probatio, & tamen adhuc dicendum quod si quis vixisset plu quam centum, & quinquaginta annos, impossibile erat cum mori die annunciationis, quia necesse erat, quod esset tunc dies Veneris, & Luna quinta decima, sed ista duo nunquam concurrerunt in aliquo anno usq; ad annum 175. Christi. Ut autem ista ad satisfaciendum quibusdam plene videantur, nec etiam nos nimis immoremur in eis dicendum est, quod duo simul requirebantur, ut posset Christus mori die annunciationis, & esse diem Veneris, & esse lunam quintadecimam. Quocunque autem istorum deficiat non poterat dici Christus mortuus illo anno die annunciationis. Procedamus ergo sic, quod in illo anno, in quo non poterat esse mors Christi, quia non erat dies Veneris, declarabimus solum, quod non erat dies Veneris, & non curabimus de luna, et si non sit quintadecima, quod autem dies annunciationis incident in diem Veneris, tunc oportebit nos ostendere, quod illa die non erat 15. luna, quo usque veniam ad annum in quo vtrumq; concurrat, & illo anno erit possibilis mors Christi die annunciationis. Anno 15. Christi non poterat ipse mori die annunciationis, quia erat dies Iouis. Anno 52. erat dies annunciationis dies Sabbathi, & non poterat Christus mori illa die. Anno 53. dies annunciationis erat dies Dominica, nec tunc poterat Christus mori. Anno 54. dies annunciationis erat dies Lunæ. Anno 55. erat dies Annunciationis dies Martis. Anno 56. erat dies Annunciationis die Iouis. Anno 57. erat dies annunciationis die Veneris, & ex hac parte poterat Christus mori illo anno, & tamen erat luna 2. ideoq; non poterat tunc mori, quia oportebat esse lunam quintadecimam, ideo luna quintadecima primi mensis illius anni esset die 9. Aprilis. Anno 58. die annunciationis non potuit Christus mori, quia erat illa dies Sabbathi. Anno 59. Christi dies annunciationis fuit dies Dominica. Anno 60. Christi dies annunciationis fuit dies Martis. Anno 61. Christi dies annunciationis fuit dies Mercurii. Anno 62. Christi dies annunciationis fuit dies Iouis. Anno 63. Christi annunciationis fuit die Veneris, & ex hac parte poterat esse mors Christi die annunciationis anno isto, & tamen obstat luna, quia erat tunc luna septima, Christus tamen mortuus est luna quintadecima, erat autem anno illo luna decima quinta mensis primi die secunda Aprilis. Anno 64. dies Annunciationis erat dies Dominica. Anno 65. dies annunciationis erat dies Lunæ. Anno 66. Christi dies annunciationis erat dies Martis. Anno 67. Christi dies annunciationis erat dies Mercurii. Anno 68. dies annunciationis erat dies Veneris, & ex hac parte poterat Christus dici mortuus die annunciationis hoc anno, sed lu-

na obstat, quia tunc erat luna quarta, Christus tamen mortuus fuit luna 15. erat autem anno illo luna 15. mensis primi die quinta Aprilis. Anno 69. Christi dies Annunciationis erat dies Sabbathi. Anno 70. Christi dies Annunciationis erat dies Lunæ. Anno 71. Christi dies Annunciationis erat dies Martis. Anno 72. Christi dies Annunciationis erat dies Mercurii. Anno 73. dies annunciationis erat dies Iouis. Anno 74. Christi dies annunciationis erat dies Veneris, & ex hac parte poterat esse mors Christi illo anno die annunciationis, sed luna non consonabat, quia erat tunc luna septima: Christus tamen non mortuus est luna 15. erat autem illo anno luna 15. mensis Aprilis die secunda.

Anno 75. Christi erat dies annunciationis die Sabbathi. Anno 76. Christi erat dies Annunciationis die Lunæ. Anno 77. Christi erat dies annunciationis die Martis. Anno 78. Christi erat dies annunciationis die Mercurii.

Anno 79. Christi erat dies annunciationis die Iouis.

Anno 80. Christi dies erat annunciationis die Sabbathi. Anno 81. Christi erat dies annunciationis dies Dominica. Anno 82. Christi erat dies annunciationis die Lunæ. Anno 83. Christi erat dies annunciationis die Martis. Anno 84. Christi erat dies annunciationis die Iouis. Anno 85. Christi erat dies annunciationis die Veneris, & ex hac parte poterat Christus mori hoc anno die Annunciationis, luna tamen non consonat, quia erat tunc luna yndecima, mors tamen Christi fuit luna 15. & hoc anno erat luna 15. sc. dies prima azymorum 29. die Martii. Anno 86. Christi erat dies annunciationis dies Sabbathi.

Anno 87. Christi dies annunciationis erat die Dominica. Anno 88. Christi dies annunciationis erat dies Martis. Anno 89. Christi dies annunciationis erat dies Mercurii. Anno 90. Christi dies annunciationis erat dies Iouis. Anno 91. Christi dies annunciationis erat dies Veneris, & poterat ex hac parte Christus mori anno isto die annunciationis, obstat tamen luna quia erat luna tunc 17. Christus tamen mortuus est luna 15. Anno 92. Christi dies annunciationis erat dies Dominica. Anno 93. Christi dies annunciationis erat dies Lunæ. Anno 94. Christi dies annunciationis erat dies Martis. Anno 95. Christi dies Annunciationis erat die Mercurii. Anno 96. Christi dies annunciationis erat dies Veneris, & ex parte hac Christus poterat mori illo anno die annunciationis si adhuc viueret, sed luna non consonat, quia erat luna duodecima. Christus tamen mortuus est luna 15.

Anno 97. dies annunciationis erat dies Sabbathi. Anno 98. Christi dies annunciationis erat dies Dominica. Anno 99. Christi dies annunciationis erat dies Lunæ. Anno 100. Christi dies annunciationis erat dies Mercurii. Anno 101. Christi dies Annunciationis erat dies Iouis. Anno 102. Christi dies Annunciationis erat dies Veneris, & ex hac parte poterat dici Christum posse mori hoc anno die annunciationis si adhuc viueret, obstat tamen sibi luna, quia erat tunc luna decima-octaua, Christus tamen mortuus est luna 15.

Anno 103. Christi dies Annunciationis fuit dies Sabbathi. Anno 104. Christi dies Annunciationis erat dies Lunæ. Anno 105. Christi dies annunciationis fuit dies Martis. Anno 106. Christi dies Annunciationis dies fuit Mercurii. Anno 107. Christi dies Annunciationis fuit dies Iouis. Anno 108. Christi dies annunciationis fuit dies Sabbathi. Anno 109. dies annunciationis fuit dies Dominica. Anno 110. Christi dies annunciationis fuit dies Lunæ. Anno 111. Christi dies annunciationis fuit dies Martis.

Anno 112. Christi dies Annunciationis fuit dies Iouis. Anno 113. Christi dies Annunciationis fuit dies Veneris, & ex hac parte poterat esse, quod Christus illo anno moreretur die annunciationis, si adhuc viueret, luna tamen non consonat, quia erat illa luna vigesima mensis tertii decimi anni embolismalis, vel mensis primi anni simplicis. Si primo modo obstant duo, scilicet mensis, & Luna. Nam Christus non fuit mortuus in aliquo mense, nisi in primo. Etiam obstat luna, quia erat vigesima.

Anno 114. Christi dies Annunciationis erat dies Sabbathi. Anno 115. Christi dies annunciationis erat dies Dominica. Anno 116. dies annunciationis erat dies Martis. Anno 117. Christi dies Annunciationis erat dies Mercurii. Anno 118. Christi dies annunciationis erat dies Iouis.

Anno 119. Christi dies annunciationis erat dies Veneris, & ex hac parte poterat Christus mori in illo anno die annunciationis, si adhuc viueret, luna tamen non consonabat, quia erat tunc luna vice sima sexta mensis tredecimi anni embolismalis, Christus tamen mortuus est luna 15. & mense primo.

Anno 120. Christi dies annunciationis erat dies Dominica. Anno 121. Christi dies annunciationis erat dies Lunæ. Anno 122. Christi dies annunciationis erat dies Martis. Anno 123. dies annunciationis erat die Veneris, & ex hac parte poterat Christus mori hoc anno si viueret, luna tamen obstat, quia luna 23. mensis ultimi Iudæorum, Christus tamen mortuus est mense primo: luna 15. & dato, quod illa esset luna mensis primi, Christus non poterat tunc mori, quia erat luna 23. ipse autem mortuus est luna 15. die prima azymorum. Anno 125. Christi dies annunciationis fuit dies Sabbathi. Anno 126. Christi dies annunciationis erat dies Dominica. Anno 127. Christi dies annunciationis erat dies Lunæ. Anno 128. Christi dies annunciationis erat dies Martis. Anno 129. dies annunciationis erat dies Mercurii. Anno 130. Christi dies annunciationis erat dies Veneris, & ex hac parte poterat Christus mori illo anno die annunciationis si adhuc viueret, sed obstat luna, & mensis, scilicet, quia fuit tunc luna 24. mensis tertii decimi anni embolismalis, Christus tamen non potuit mori, nisi luna 15.

Anno 131. dies annunciationis erat dies Sabbathi. Anno 132. dies annunciationis erat dies Lunæ. Anno 133. dies annunciationis erat dies Martis. Anno 134. dies annunciationis erat dies Mercurii. Anno 135. dies annunciationis erat dies Iouis. Anno 136. dies annunciationis erat dies Sabbathi. Anno 137. dies annunciationis erat dies Dominica. Anno 138. dies annunciationis erat dies Lunæ. Anno 139. dies annunciationis erat dies Martis. Anno 140. Christi dies annunciationis erat dies Iouis. Anno 141. Christi dies annunciationis erat dies Veneris, & ex hac parte poterat Christus mori illo anno, si adhuc viueret die Annunciationis, sed obstat luna quia erat tunc luna prima mensis primi Iudæorum, Christus tamen mortuus est luna decima quinta mensis primi, scilicet die primo azymorum. Anno 142. dies annunciationis erat dies Sabbathi. Anno 143. Christi dies annunciationis erat dies Dominica. Anno 144. Christi dies annunciationis erat dies Martis. Anno 145. Christi erat dies annunciationis erat dies Mercurii. Anno 146. Christi dies annunciationis erat dies Iouis. Anno 147. Christi dies annunciationis dies Veneris, & ex hac parte poterat Christus illo anno mori die annunciationis si adhuc viueret, sed non consonat luna, quia erat tunc luna sexta mensis primi, Christus tamen mortuus est luna decima quinta mensis primi.

Anno 148. Christi dies annunciationis erat dies Dominica. Anno 149. Christi dies annunciationis erat dies Lunæ. Anno 150. Christi dies annunciationis erat dies Martis. Anno 151. Christi dies annunciationis erat dies Mercurii. Anno 152. Christi dies annunciationis erat dies Veneris, & ex hac parte, si adhuc viueret Christus, poterat illo anno mori die annunciationis, sed obstat sibi luna secunda mensis primi. Christus tamen mortuus est luna decima quinta primi mensis. Anno 153. Christi dies annunciationis erat dies Sabbathi. Anno 154. Christi dies annunciationis erat dies Dominica. Anno 155. Christi dies annunciationis erat dies Lunæ. Anno 156. Christi dies annunciationis erat dies Mercurii. Anno 157. Christi dies annunciationis erat dies Iouis. Anno 158. Christi dies annunciationis erat dies Veneris, & ex hac parte poterat Christus mori illo anno die annunciationis, si adhuc viueret, sed obstat sibi luna, quia erat tunc luna octaua, Christus tamen mortuus est luna 15. Anno 159. Christi dies annunciationis fuit dies Sabbathi. Anno 160. Christi dies annunciationis fuit dies Lunæ. Anno 161. Christi dies annunciationis fuit dies Martis. Anno 162. Christi dies annunciationis fuit dies Mercurii. Anno 163. Christi dies annunciationis fuit dies Iouis. Anno 164. Christi dies annunciationis fuit dies Sabbathi. Anno 165. Christi dies annunciationis fuit dies Dominica. Anno 166. Christi dies annunciationis erat dies Lunæ. Anno 167. dies annunciationis erat dies Martis. Anno 168. dies annunciationis erat dies Iouis. Anno 169. dies annunciationis erat dies Veneris, & ex hac parte poterat Christus mori illo anno die annunciationis, si adhuc viueret, sed non consonabat

A ion abat luna, quia tūc erat luna decima mensis primi, Christus tamen mortuus est luna 15. Anno 170. Christi dies annūciationis erat dies Sabbathi. Anno 171. Christi dies annūciatio nis erat dies Dominica. Anno 172. Christi dies annūciationis erat dies Martis. Anno 173. Christi dies annūciationis erat dies Mercurii. Anno 174. dies annūciationis erat dies Louis. Anno 175. Christi dies annūciationis erat dies Venetis, & erat tunc luna decima quinta mensis primi Iudæorum; ideo iste fuit primus annus in quo Christus poterat mori die annūciationis, quia tunc erat in die illa dies Veneris, & luna, 15. mensis primi, & erat primus dies azymorum, ideo dato quod Christus vixisset 175. annis in nullo anno potuisse mori in die annūciationis nisi in isto ultimo anno.

B Hæ autem nobis inducta sunt, vt appareat manifeste præsuppositis principiis Euangelicis, quæ verissima sunt, & illatione astrologica, quæ necessaria est, quod Christus non potuerit mori die annūciationis virginis, sicut aliqui opinantur, cum nemo de Christianis afferat Christum annum 40. attigisse. Secunda pars conclusionis est, quod necesse est Christum dici fuisse mortuum die tertia Aprilis. Quod patet, quia supra ostendimus ex principiis Euangelicis Christum non fuisse mortuum ante annum trigesimum, nec post annum quinquagesimum, sed inter illos. Etiam probatum est, quod inter istos annos non fuerunt, nisi quatuor, in quibus Christus posset mori, scilicet annus trigesimus, & trigesimus septimus, & trigesimus octauus, & quadragesimus septimus, quia in istis solis luna 15. accidit in die Veneris, quod requirebatur ad mortem Christi. Si autem diceremus Christum mortuum fuisse anno 47. mors sua esset trigesima prima die Martii, quia tunc erat luna 15. vt supra probatum est. Si autem dicamus, quod mortuus est anno 38. mors sua esset die quarta Aprilis, quia tūc erat luna 15. Sivero dicatur mortuus anno 37. erit mors sua die 19. Aprilis, quia tunc erat luna 15. mensis primi. Si autem afferamus illum fuisse mortuum anno 33. fuit mors sua die tertia Aprilis, quia tunc erat luna 15. mensis primi Iudæorum, Christus tamen mortuus est anno 33. & non in alio, vt supra probatum est, quia nemo dubitat de morte Christi, nisi pro tribus annis, pro anno 32. 33. & 34. ergo nulla alia die Christus mortuus est, nisi die 3. Aprilis, quod intendebat conclusio.

## C A P I T U L U M XVII.

In quo ponit auctor septem argumenta quæ ab aduersariis sunt contra eum.

N VNC manet nobis respondendum ad alias obiectiones quas quidam faciunt. Prima contra assignationem diei mortis Domini, scilicet, quod non fuerit 3. die Aprilis, sed quod fuerit 25. Martii, quia Aug. 18. de Ciui. Dei. circa finem dicit Christum fuisse mortuum 8. Calendas Aprilis, sc. die vicefima quinta Martii, & illa est dies annūciationis Virginis, ideo volunt, quod die illa Beatae Virginis mortuus fuerit. Item dicit idem August. quod Christus eadem die conceptus, & passus est, sed constat Christum conceptum fuisse 8. Calendas Aprilis, scilicet 25. Martii: ergo eadem die mortuus est. Patet hoc, quia computando ab illo die usque ad natalem Domini, complementur nouem menses, & istud est tempus, quo regulariter fetus manet in utero, licet duo alii termini sint; unus anticipationis alias posterioris, sed non nascuntur regulariter fetus in illis, sicut in nono mense exploro. Item est alia auctoritas August. in libro de Trini. quod Ecclesia auctoritas obseruat ab antiquo Christum mortuum fuisse 8. Calendas Aprilis: Item obiciunt, quod opera Augu. sunt approbata ab Ecclesia, vt patet in Decre. 15. d. c. S. Roman. Ecclesia. vbi Papa Gelasius approbat illa cum multis aliis libris sanctorum, & doctorum virorum, & tamen contra approbata per ecclesiam nulli homini licet loqui.

Etiam obiciunt alii, quod in Calendariis antiquis, & in Calendariis beati Isidorii reperitur, quod die 25. Martii, sc. 8. Calendas Aprilis intitularum, Passio Domini, & ponitur ibi tanquam festum illius diei, & 27. Martii. sc. 6. Calen. April. intitularum. Resurrectio Domini: ergo illa die mors Christi fuit. Item obiciunt alii cōtra computationem astrologicam, quia cum vident, quod secundum computationem supra positam necessario, & manifeste sequitur impossibile fuisse Christum

D fuisse mortuum, 25. Martii, dicunt quod error est in computatione ista, & prouenit ex eo, quod omittuntur dies bissextiles, qui tamen computantur ab Ecclesia in annis Christi.

Item obiciunt alii cōtra eandem computationem astrologicam, quod errat, ex eo, quod post mortem Christi fuerunt factæ aliquæ correctiones, & emendationes in temporibus, sicut ab antiquo fiebant, & omissis illis computare est magnum errorem facere in calculo.

Alia similia obiciunt multa. Sed quia illa minus habent de apparentia cum omnino sint sine ratione omiti, quia iuxta Arist. Eth. omnes opiniones scrutari fortassis superna cum est, sed eas solum, quæ magis videntur habere apparentiam. Vnde ad has rationes solum respondebimus, quia per haec patet via ad omnia quæcunque obici possent.

## C A P I T U L U M XVIII.

In quo auctor dicit quanta sit auctoritas August. & de differentia auctoritatis scripturarum, quibus necesse videtur eam, & quibus non. Et de fide historiarum quantum sit historiæ credendum, & quibus magis, & quibus minus.

A D primum dicendum, quod nos veneramus omnia scripta beati Augustini, tanquam viri sancti, & hominis doctissimi, & famosissimi inter viros ecclesiasticos, & seculares, & tamen in hac parte non assentimus ei. Nec ita auctoritas sua in hac parte captiuare debet ingenium nostrum, quod necesse sit ei in omnibus assentire, cum probatum fuerit supra rationibus necessariis manifestis, & ineuitabilibus impossibile fuisse Christum fuisse mortuum 8. Calendas Aprilis, sive 25. Martii, quod idem est, nisi viueret annis 175. ad minus, & in anno ultimo, scilicet 175. moreretur. In hoc autem nullam iniuriam ei facimus, nec aliquid de auctoritate, aut reverentia eius tollimus, sed facimus sicut ipse met nos docuit facere, & tantam ei reverentiam exhibemus quam tam ipse sibi, & aliis æqualibus impendi voluit, & quantam ipse viuens aliis quos se excellentiores iudicabat, & profitebatur, exhibuit. Vnde ipse in epistola ad Vincentium Donatistam, & in epistola ad Hieronymum, & habetur in decretis d. 9. capit. ego illis solis, ait. Ego illis solis libris, qui canonici nominantur tantum noui dare auctoritatem, vt nullum auctorem eorum credam potuisse mentiri ceteros autem ita lego, vt quantacunque sanctitate polleant, non ideo credam, ita esse, quia ita illi senserunt. Et multa similia ibi ponit. Ecce qualiter solum vult August. debere adhiberi firmam fidem libris canonici, id est, libris, qui sunt in canone Bibliæ, & de illis nullo modo licet contendere, an verum dicant: immo nec dubitare, sed quidquid dicant quantumcunque grave, vel alienum nobis videatur, ita tenendum est, ac si Deus nobis diceret. In scripturis autem hominum singularium qui loquuntur, vt homines quantacunque sapientia, & ingenii sunt, & quantacunque sanctitatis, non est danda tanta auctoritas, sed scimus eos potuisse errare, ideo licet ipsi aliquid assertant, non est credendum necessario, quod ita sit, sed possumus magis alii credere si videamus, quod melius probent, quasi subtilioris, & exercitatio ris ingeni sunt.

F Ratio huius diuersitatis est, quia omnes illi, qui scripsérunt libros contentos in Canone Bibliæ locuti sunt per Spiritum Sanctum, & nihil dicebant, nisi quod Spiritus sanctus movebat eos. Et quia Spiritus sanctus non potest mentiri, impossibile est eos fuisse mentitos, & ob hoc cum istud nobis constet, necesse est illis accommodare fidem plenissimam sine aliqua dubitatione. Ceteri autem quorum scripta non continentur in canone Bibliæ, licet essent viri sanctissimi, scripsérunt, vt homines probando, & improbando quantum vires ingenii, & exercitatio in doctrina eos potuit adiuuare. Et licet Deus interdum alicui illorum reuelaret aliqua secreta, nobis non constat, ideo omnia ab istis dicta, ita accipimus ac si solis viribus ingenii vterentur.

Nec multum in hoc sanctitatibus derogamus, cum constet quoddam, immo plurimos viros sanctissimos simplices valde fuisse. Alios autem seculares viros, & virtutis aliqualiter dedicatos fuisse peritissimos, & altissimorum ingeniorum. Quapropter quorundam gentilium scripta magis veneramus quam multorum Christianorum, licet quilibet Christianus ex me-

Sancti.  
tatis non  
obstat i-  
gnoran-  
cia, &  
simplici  
tas.

A rito fidei omnes Gentiles excedat. De omnibus ergo his iudicamus, quod humano ingenio solo scriperunt omnia opuscula sua, constat tamen omnia humana in genia faciliter posse decipi, ideo nulli hominum fidem damus, nisi in quantum bene probat, alioquin vocamus eum prophetam, id est, diuinorum secretorum concilium, quod Augusti. nunquam sibi ipsi usurpauit, nec de se credi voluit. Non ergo est necesse nobis quæcumque Augu. dixerit credere, & quod postquam ipse aliquid assertuerit, qualecumque illud sit, non maneat nobis ulterius alia inquisitio, an verum, vel falsum sit, etiam manifestissima argumenta contra se habeat. Ita est in praesenti, ut probatum via necessaria, & suppositis fundamētis Euangelicis impossibile fuisse Christum mortuum fuisse.

3. Calendas Aprilis, sc. 25. Martii potissimum in anno 33. vel 34. etatis sue inchoatis, de quibus magis dubitabatur. Licet ergo Augusti contrarium sentiat, non ideo tenendum est sic fuisse sicut ipse sensit, quia nemo est de obiciensibus, qui solueret rationes oppositas, sed solum obiciere nudam auctoritatem Augusti. & istud nihil est facere.

Item constat, quod Augu. cum scriberet in multis errauit, & tamen quando ipse scribebat, ita putabat esse sicut scribebat, postea autem retractauit multa. Et verisimile est, quod non potuerit omnia retractare, in quibus errauerit, quia forte non occurrit sibi habere postea omnes libros, quos prius ediderat. Et est satis verisimile: quia, ut ait Isidorus in libro Ethymologiarum cap. de his, qui multa opuscula ediderunt, quod Augustinus tot scriperit libros, quod non occurrat homini tota vita sua, non solum scribere, sed nec etiam legere, ita forte in eo factum est, quia iam erat senex quando librum retractationum edidit, scilicet post alia opera sua.

Item potest dici aliter, quod dato, quod August. vidisset omnes libros suos ad emendandum illos si in aliquo minus bene continebāt, adhuc non sequitur, quod omnia, quæ manerent post emendationem suam vera essent. Quia sicut Aug. antequam faceret librum retractationum, in multis errauerat tenens illas sententias falsas, quia nondum veritates oppositas inuenierat, ita facta emendatione, & retractatione poterant ei manere multæ sententiae falsæ, quia adhuc nōdum inuenisset veritates illis oppositas, & tunc reuinqueret illas sententias erroneas in libris, licet essent iam emendati.

Si autem hoc non concedas, necesse est, quod dicas, quod August. quando fecit librum retractationum sciebat omnes veritates, & nulla ignoratia in eo erat, vel quod Deus ei reuelauerat omnia, in quibus errauerat ad hoc, quod illa emedaret. Primum ne mo peritus concedet, quia istud est privilegium valde excellens. Nam cum Aug. in opusculis suis quasi innumeris tetigerit in omnibus rebus, vel de pluribus, de quibus euenit fieri considerationem, aut locutionem inter homines dicemus, quod Augu. sciuit veritates omnium rerum, & tamen hoc nulli homini, nisi Christo attribuimus.

Secundum est satis alienum, & habet modicam apparentiam, quia nunquam legitimus de aliquo viro perito, quod postquam scriperit aliqua opuscula, Deus reuelauerit ei illa, in quibus errauerat ad hoc, quod ea emendaret. Hoc autem non dato, necesse est dari, quod post retractationes factas ab Aug. potuerint manere aliqua erronea sententia non emendata, ideo sicut si Augustinus, nunquam fecisset libros retractationum licebat nobis dubitare de sententiis suis, an veræ essent, cum in veritate aliquæ essent falsæ, ita & facta retractatione dubium nobis manet, vel manere potest de aliis, quas nō retractauit, an veræ sint. Ideo quando inuenierimus aliquam rationem necessariam contra aliquam de assertiōibus eius, licebit nobis non assentire assertioni sua, sed magis contrarie.

Item potest aliter dici, quod licet Augu. sciret omnes veritates, quod non confiteremur, & legeret omnes libros suos quod etiam non est firmum, poterat manere aliquid incorrectum, quia forte interdum circa aliqua non tam diligenter aduerteret, sicut aliis, & nobis saepe accidit emendantibus opuscula ab aliis, vel a nobis confecta, quod aliquid, in quo est manifestus error manent incorrecta, non potentibus nobis ad omnia diligenter attendere.

Et ista est conditio hominis occupati, ut ait Gregorius primo Dialogorum, quod mentem suam curarum imminentias deuastat, quæ dum ad plura distenditur minor fit ad singula.

Istud autem stat in beato August. nisi forte dicas, quod ipse omnia opera sua emendando viderit, & circa singula diligenter institerit. Sed hoc non solum non est certum, sed etiam nullo modo est verisimile, scilicet, quod ipse, qui tanta opera fecerit quanta non occurrat homini in tota vita sua legere, poterit postea in extremo vitæ suæ non solum circa singulos, sed etiam circa singulas librorum sententias, & propositiones diligenter disputando instare ad emendandum, quia istud non minoris occupationis, & laboris ac tardii esse videatur, quam ipsa opera de nouo confidere, ideo poterant isto modo multa manere inemendata in libris Aug. & cuiuscunque alterius viri doctissimi.

Aliquis dicit, quod prima ratio, siue solutio istarum, licet faciat quantum ad aliquos libros Augustini, tamen non facit in proposito, eo quod Aug. emendauit libros de Ciui. Dei. & retractauit aliquid de eis, ut patet in libro retractationum, & etiam in quodam Prologo, qui opponitur libro de Ciui. Dei. & est sumptus de ipso libro retractationum. Dicendum, quod verum est, quod illa solutio est generalis, quæ potest tangere multos de libris Augustini. & tamen quantum ad propositionem specialiter faciunt duas solutiones secundæ. Dicendum etiam, quod quomodounque acciderit, non solum in libro de Ciuitate Dei manet ista sententia de die mortis Domini inemendata, sed etiam aliqua alia. Vnde saltem in 15. & in 16. de Ciuit. Dei. sunt aliqua dicitæ, quæ sunt expresse contra textum Bibliæ, & tamen manent sic, & tamen de illis non suspicor euenisse adhuc errore Aug. sed errore librariorum. Vel forte, quia non potuit diligenter aduertere quid diceret, & postea quando emendaret etiam non attenderet diligenter sicut nobis, & sere omnibus hominibus accidere solitum est. Ad præmissa autem redeundo adhuc dicendum est, quod Aug. damus magnam auctoritatem propter duo, sc. propter excellētiam ingenii. Fuit quippe acutissimi ingenii. Vnde Hieronymus in libro de duodecim lectoribus postquam conditio[n]es, & laudes ceterorum differuit, dicit de Aug. quod sicut aquila in excelsum aliquando eleuator, aliquando in profundum demergitur. Sic etiam est vehementis studiis circa sacram scripturam, & circa sapientiam saeculi, ex quibus ipse copiose, & veridice nouit loqui in eis, de quibus differt. Ista tamen sententia, de qua in præfenti agitur non potuit per aliquid istorum duorum colligi, vel saltem ipse non collegit ex aliquo istorum. Non quidem ex magnitudine ingenii, quia magnitudo ingenii proficit ad ea, quæ sūt pure naturalia, vel mathematica, & non dependet ex aliquo fundamento positivo, sicut circa philosophiam, & mathematicam atque mathematicas disciplinas. Ista autem lententia non pertinet pure ad aliquid istorum, quia dependet ex quibusdam fundamentis positiviis, sc. Euangelicis. Secundum autem exercitatio circa sacram scripturam proficit ad sciendum illa memoriter, & ad bene interpretandum, & concordatum dicta eius. Et tamen ista conclusio, nec continetur in canone sacrae scripturæ, nec colligitur ex aliqua expositione alicuius textus eius, sed August. solum venatus est eam via historica, ut colligitur ex more scripturæ sua 18. de Ciuit. Dei. quia posuit ibi nomina consulum Romanorum, qui tunc erant quādo Christus mortuus est, & ex aliis scripturæ circumstantiis. In isto autem genere scripturæ facilis est auctoritas August. & cuiuscunque alterius quātumcunque viri doctissimi, qui rebus gestis non interfuerit. Non enim Augu. hoc assertit tanquam dum hæc fierent, esset p̄f̄sens, sed quia ab aliis sic scriptum inuenit, vel quia communis opinio temporis sui ista erat, & circa hoc, ita potest errare vir peritissimus, & acutissimi ingenii sicut quilibet aliis minor, cum per viam historicam non sit fundamentū certitudinis, nisi quantum ei libere fidem abhibere voluerimus. Sed tūc arguitur, q̄ nos defruimus fidē historiarum, quibus solitum est fidem adhiberi. Respondendum, quod cum res gestæ, & ista accidentia particularia proficiantur à libera voluntate, vel saltem à causa cognita, non potest haberī cognitio de eis per causam necessariam, nec etiam circa talia ab aliquo maior probatio expetenda est, quia iuxta Aristotelem primo Ethicorum indiscretiplinati in uno quoque genere artis maiorem expetere certitudinem quam ipsū artis genus permittat. Ob hoc ergo cognitio istorum particuliarum gestorū non potuit haberī, nisi adhibendo fidem pp̄ auctoritatem dicens. Etsi cōtingat, quod dicens littalis, qui

errare

August.  
errasse  
liber re-  
tracta-  
tionum  
offendit.

B

C  
Augu.  
nec scie-  
nit oēs  
verita-  
tes quā-  
do com-  
posuit  
lib. um  
retrac-  
tionum  
nec ei  
Deus o-  
mnes er-  
ores re-  
uelavit

F

*Ætas  
moder-  
norum  
invenit  
plurima  
qua an-  
te quae  
scierū.*

A errare non possit, scitur verum esse, quod dicitur necessario, non ex necessitate, quam in se habet res gesta, sed necessitate consequente, scilicet iste dixit, qui errare non potest, ergo necesse est verum esse, quod ille dixit. Et isto modo adhibemus fidem scripturae sacrae. Nam licet continentur in sacra scriptura multa historica, ut de creatione mundi, & de diluvio, & de divisione linguarum, & de divisione maris rubri, & transiitu Iordanis, & statione, atque reuersione solis, quæ nō solum habent causam ad hoc, quod probentur, sed etiam repugnant conditioni naturæ, quia tamen scripta fuerunt omnia hæc à prophetis, qui locuti sunt per Spiritum sanctum, adhibemus illis tantam fidem, ita ut dicamus impossibile fuisse scriptisse eorum auctorem, quia alias Spiritus sanctus mentiretur, per quem solum, & non per ingenium, nec per voluntatem humanam ista scripta sunt. Sic patet i. Petri i. scilicet. Non enim aliquando voluntate humana allata est propheta, sed Spiritus sancto dictante, sunt sancti Dei homines. Et ista est auctoritas omnium librorum sacrae scripturae tam noui quam veteris testamenti, qui Canonici appellantur. Et de istis dicit Augustinus, quod istis solis libris, qui Canonici appellantur tantum nouit fidem adhibere, ut credit auctores eorum non potuisse mentiri, in epistola ad Vincentium Donatistam, ut supra allegatum est. Si autem auctor historiae est talis, qui potest errare, historia ab eo scripta nō fortiter fidem necessariam. Nam non apparet necessitas ex aliqua parte, scilicet, nec ex parte rei, quia ipsa secundum se ad vitrumque contingens erat, nec ex parte auctoris, quia ille mentiri, & decipi potuit, sed fides talis scripturae est talis, ut nec assentire sit necessarium, nec dissentire sine causa apparente sit laudabile. Et tunc erit differentia magna inter historias, quia quanto aliqua historia à viro doctiori scripta fuerit, tanto maioris erit firmitatis, & tamen quantacunque fides adhibetur historiæ siue ex rerum verisimilitudine, siue propter auctoritatem, nunquam causant scientiam, vel sapientiam, sed opinionem, quia licet eis assentiamus, semper manet nobis formido ad oppositam partem. Et hoc si in talibus historiis ponatur aliquid quod omnino videatur impossibile, vel concratationem, licet per miraculum fieri potuerit, modica vel nulla fides eis adhibetur, ut si in aliqua historia continetur, quod aliquo tempore turrem volabant per aerem, vel Solum mouebatur motu contrario, scilicet, ab Occidente & Oriente, vel quod sol maneret immobile, vel quod ignis esset frigidus, tali historiæ nulla adhibetur fides. Verum est autem, quod in historiis Sacrae Scripturae aliqua similia, & maiora continentur, ut creatio luci, resuscitatio mortuorum, statio & reuersio solis, & natatio ferri, & similia, quia tamen auctor Sacrae Scripturae est talis, qui mentiri non potest, scilicet Spiritus sanctus assentimus istis, quia scimus Deum hæc, & qualibet mirabiliora efficere potuisse, alia autem historiae si hæc, aut similia dixerint, & non habebant probationem ex Sacra Scriptura, reputabuntur ridiculae. Ita igitur si beatus Augustinus scriberet historiam, & diceret quod aliquo tempore ignis fuit frigidus, vel quod mouebantur Stellæ à Septentriione in Meridiem, vel quod mulieres pariebant in quarto mense, vel in vigesimo, non adhibebimus ei fidem nec aliquis doctus vir diceret errorem esse non assentire August. circa talia propter auctoritatem suam, sed potius reputaretur leuis, qui talia crederet propter solam auctoritatem Augustini. In proposito autem sic est, quia B. Aug. dicit Christum fuisse mortuum 8. Calendas Aprilis, scilicet die 25. Martii, cum demonstratum ergo fuerit supra hoc repugnare nature, & fundamētis Sacrae Scripturae in probatione necessaria, cui nemo respondere potest, sed obiicere solum auctoritatem nudam August. & manere in contradictione, potissime cū ipse docuerit nos similiter agere talia, ut supra declaratum est. Nouit autem Deus qui scrutator est cordium, quod hoc nos mouit ad ponendū istam conclusionem repugnarem dictis Aug. non voluntas repugnandi Aug. ut per hoc aliquid esse videamur, non quidem hoc cum nequam digni discipuli esse mus beatissimi Aug. qui totam ecclesiasticam doctrinam suo altissimo ingenio exornauit, sed desiderium capessendæ veritatis, quæ vbi cunque inueniatur naturaliter condelectat, vt pote bonum existens ipsius intellectus, & perfectio eius ad quam intellectus naturaliter mouetur iuxta Aristotelem in Metaphys. scilicet verum est bonum intellectus. Nos etiam cum in istapo-

sitione beati Augustini, aliquando fuimus, sed non piget veritatem inuenisse.

Sed tunc obiiciunt, quomodo tu via astrologica, & ex praesuppositis Euangelicis inuenisti istam veritatem? nūquid August. nesciebat arguere, sicut tu? aut tu scis, quod ille nescierit, ut per hoc nos induxisse ad inconveniens videatur? Sed imperita protus, & calumniosa est ista argumentatio. Non enim nos conferimus Augustino: immo nec eius discipulos dignos esse profitemur, quod vtinam aliquando esse mereamur. Sed nec ista argumentatio valet, s. iste homo scit aliquam conclusionem, quam nesciuit August. ergo est sapientior Aug. quia fieri potest, quod aliquis homo non magnæ sapientiae, nec ingenii circa Physicam, & Meraphysicam, aut Mathematicam sciat aliquam cōclusionem, quam Augu. nescierit, & tamen forte scientia tota illius hominis continebit solum centum conclusiones, & scientia beati Augusti. continebit forte plusquam centum millia conclusionum. Et ita quotidie experimur, quod unus homo parvæ persitæ nouit aliquid quod non nouit vir peritissimus, & tamen ex hoc nō iudicatur esse peritior illo, ita in præsenti conclusione fieri potuit. Nec ista colum est, sed etiam plurimas conclusiones, & veritates inuenit modernorum ætatis, quas nondum inuenierat, nec excogitauerat antiquitas. Et recte quidem fit, quia iuxta Arist. in i. Ethic. tempus est bonus cooperator horum, & per tempus atrium additamenta facta sunt. Et sicut quidam peritus medicus dixit, homines nostri temporis ad antiquos comparantur, sicut pusillus homo positus collo gigantis ad ipsum gigantem. Nam pusillus ibi positus videret quidquid videret gigas, & insuper plus, & tamen si deponatur de collo gigantis, parum aut nihil videbit ad gigantem collatus. Ita & nos firmati super ingenia antiquorum, & opera eorum non esset admirandum: immo foret valde rationabile, si videmus quidquid illi viderunt, & insuper plus, licet hoc adhuc non profitemur. Alter potest dici, quod beatus Augustinus sciebat omnia fundamenta legis veteris, & nouæ, ex quibus nos arguimus, copiosius quam nos. Sciebat etiam viam astrologicam, quam nos tenuimus in argumentando, abundantius quam nos, & tamen nunquam contigit eum defletere ingenium suum, ad considerandum circa istam illationem, sed contentus aliorum assertioni fidem dedit. Si tamen ipse conuerteret se ad faciendum istam illationem, habebat principia solidiora, ad illam faciendum quam nos habebamus. Sepe autem contingit nobis sic: immo fere quotidie, quod habentes sufficientia principia in aliqua arte circa aliquam conclusionem erremus in illa conclusione. Et hoc, quia conuentus animus nostrum ad considerandum quid inferatur ex illis principiis. Et ita nobis accidit circa istam conclusionem, sc. quod aliquo tempore, & multo tenuimus oppositam, scilicet quam tenet Aug. & tunc sciebanus principia vtriusque legis, siue fundamētavtriusq; legis, quæ nunc scimus, & induximus. Sciebamus etiam viam astrologicam ad inferendum, quod intulimus, sed nunquam deueneramus in hanc cognitionem, ut scrutaremur ex principiis dictis, quæ esset veritas circa hanc materiam, cum autem operam dedimus, inuenitum est, quia quilibet vir etiam non alti ingenii eruditus aliquiliter circa ista principia poterat inferre istam veritatem. Beatissimus Augustinus, licet altissimi ingenii, & eruditus plus quam mediocriter circa omnia hæc, cum esset occupatus circa alias considerationes altiores, & utiliores, non accommodauit animum huic speculationi, sed confessus est traditionem prisorum, & ita non inuenit hanc veritatem. Quod nō admitandum est, quia ita quotidie fit de multis aliis, quas inueniunt moderna ingenia.

## CAPITVLVM XIX.

In quo respondet auctor ad rationem, & declarat, an Christus mortuus fuerit ea die, qua conceptus est.

SECUND A ratio est ex alio dicto Aug. scilicet quod Christus mortuus est die illa, qua conceptus est. Aliquis responderet ad hoc concedendo antecedens, & negando cōsequētiā, scilicet quod licet Christus conceptus sit ea die, qua mortuus est, non sequitur, quod mortuus sit 8. Calendas Aprilis, siue 25. die Martii. Sed tunc obiiceretur, quod à die 25.

A  
Termi-  
nifatu-  
res sū-  
m in 7.  
mens,  
G o. G  
in 11.

Martii usque ad natalem Domini sunt 9. menses, ideo conceptus est 25. Martii, dicerent tunc isti, quod non teneret ratio haec, quia tres sunt termini nativitatum fatus, scilicet in septimo mense, & in nono, & in undecimo, loquendo sic grossè non secundum præcisum Numerum dierum. Poterat autem Christus nasci in septimo mense, vel in undecimo, & sic non teneret argumentatio.

Sed dicendum, quod ista solutio non stat propter duo: primo quia hoc dato oportaret negari unum de duobus, scilicet vel quod natalis Domini fuerit die 25. Decembris, vel quod conceptio eius fuerit 8. Calend. Aprilis, sive 25. die Martii, cum inter unum diem, & alterum sint nouem menses, qui est terminus communis, & medius, quo manet fatus post conceptionem in utero. Et tamen non est securum, nec rationabile negare aliquid istorum, eo quod ecclesia assertit utrumque istorum, scilicet quod Natalis Domini fuerit 25. Decembris, quia ibi assignat festum Nativitatis, & celebrat, & credit illo die natum esse, & hoc tenet tota universalis ecclesia diffusa per totum orbem, quae tamen non errat, de quo magis dicetur infra in responsione ad tertium argumentum. Asserit etiam, quod conceptio Christi fuit 8. Calend. Aprilis, sive 25. die Martii, quia eadem die celebrat festum annunciationis, scilicet quando Gabriel Angelus nunciavit virgini, quod conciperet, & pareret, & in ipsa hora, quando nunciatum est, conceptus fuit Christus, quia illico ut consenserit Domina nostra verbis Angeli, dicens. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, formatum est corpus eius de sanguinibus eius, ut tota mater ecclesia assertit. Neutrū ergo duorum negandum est Secundo non conuenit ista solutio quantum ad præfens, quia sicut supra declaratum est in conclusione mortis Christi fuit die 3. Aprilis anno 33. ætatis eius inchoato, & non distat, nisi per decem dies à die annunciationis, scilicet à 25. Martii non poterat autem esse, quod conciperetur die tercia Aprilis, & moreretur eadem, & nasceretur 25. die decembris, nisi esset nativitas sua contra consuetum terminum naturæ. quod nemo catholicus usque nunquam assertere vides est. Et patet hoc, quia inter 3. diem Aprilis, & 25. Decembris nec sunt septem menses, nec nouem, nec undecim. Ideo respondendum est nobis aliter, scilicet quod Christus non mortuus est in illa die, quia conceptus est anno reuoluto, sed decem diebus post conceptionem, quia non poterat mori eadem die, eo quod illa dies erat ante festum azymorum Iudeorum, & tamen Christus mortuus est die prima azymorum, vel secunda secundum computationem aliam, ut Euangelista testatur, & supra declaratur est: Si autem obiciatur tunc, quod Aug. dicit eadem die Christum cōceptum, & passum, dicendum sicut supra, scilicet quod est assentiendum sibi in hoc, cum repugnet ista positio rationibus in conuincibilibus, & tamen non est mirandum, quod Aug. istud dicat, quia istud sequitur ex alio dicto suo, scilicet quod mortuus est Christus octauo Calendas Aprilis, & tamen secundum positionem totius ecclesiæ constat Christum illa die fuisse conceptum, ideo consequens erat, ut diceret Christum conceptum fuisse ea die, quia mortuum. Et hoc, quia uno inconveniente dato, multa contingent. Isto etiam modo respondendum est ad alia dicta Aug. de hoc ubique reperiantur, quia in locis multis ista repetit, scilicet quod non est assentiendum ei. Istam quoque conclusionem tenet Magister in Historia scholastica, & ad istum respondendum est, sicut ad Aug. potissimum, quia iste dixit secutus Aug. ad literam, & idem iudicium est de utroque, maxime quia iste non erat auctoritatis, sicut Aug. & non erat erubescendum de isto dicere quod errauerit, sicut de Aug. Etsi aliqui alii doctores in scriptis suis reperti fuerint idem tenere, idem respōdendum est. Et non est mirandum, quod multi doctores tenerent istam conclusionem, quia ista conclusio prima facie videtur pure historica, & non dep̄dere ex aliquibus principiis necessariis ex quibus posset probari veritas, vel falsitas. Ideo cum inuenient unum dicentem, quod fuerit mors Christi tali die sequuntur eum ceteri, potissimum cum ille sit magna auctoritatis, sicut est Aug. De hoc tamen aliquando diebus nostris, & prius in curiis duorum pontificum magna quæstio facta est, & tenentibus communiter doctribus Theologis, quod fuerit mors Christi 8. Calend. Aprilis iuxta Aug. inuocati sunt astrologi, & Iudei, & utrique dixerunt impossibile fuisse mortem Christi fuisse illa die, scilicet quia astrologi iuniebant re-

pugnare viæ astrologice, scilicet quia die mortis Christi erat luna 15. & plena, ut necesse est dari ex Euangelio, ut supra probatum est, & tamen die annunciationis non erat 15. sed multo prior, & minor. Iudei autem reperiebant repugnare hoc terminis suorum solennitatum. Nam ut constat ex omnibus Euangelistis mors Christi fuit prima die azymorum, vel secunda lectum aliam computationem; & tamen die annunciationis nondum incepserat festum azymorum, sed multo post illo anno, quo Christus mortuus est, sive dicatur mortuus anno 33. sive 34. ætatis, sive inchoato. Et ob hoc fuit magna discordia inter doctores Theologos communis, & astrologos, & Iudeos, nec potuerunt conuenire in unam sententiam. Astrologi tamē, & Iudei licet dixissent impossibile fore, quod Christus illa die mortuus fuerit, non designaverunt diem certum, quo mortuus est, nos tamen sequentes præsupposita viam designauimus diem tertium Aprilis anni 33. ætatis Christi, ut supra inductum est.

## CAPITULUM XX.

In quo solvitur terciaria ratio, & declaratur que difficultas fuerit ab antiquo in ecclesia circa diem Pasche quando c. lib. 1. b. 2. a. tenuit, an simul cum Iudeo vel non. Et quae fuit causa quare veritas de die mortis Christi mansit incognita ant: quā temporibus, cum fuerint tunc viri clarissimi.

D

**T**ERTIA autem ratio erat ex dicto Aug. in lib. de Trin. scilicet quod ab antiquo traditio patrum, & ecclesiæ auctoritatis tenuit Christum 8. Calend. Aprilis mortuum fuisse. Ista autem ratio videretur militare ex duobus, scilicet ex traditione patrum & auctoritate ecclesiæ, ideo ad singula dicendum est, sicut ad auctoritatem Aug. est autem sensus Aug. quod tempore suo omnes maiores in ecclesia, qui vocantur patres tenebant istam opinionem, & etiam ante tempora sua tenuerunt eam alii, & sic eam tenebat ipse. Forte enim aliquis de scriptoribus istarum terum ecclesiæ sticarum posuit in historia sua, quod die, scilicet 25. Martii Christus mortuus est, & ceteri sequeretur hoc, & sic veniret ista opinio fere ad omnes saltem, quod nemo eire pugnaret, quia erant solicii magis circa alias considerationes utiliores ad divisionem ecclesiæ, qua tunc vacillabat, & fluctuabat inter Gentiles persecutores, & Christianos hæreticos: non fuerunt curiosi ad inquirendum hoc per causam necessariam, & magis profundam, sed suscepserunt illam tanquam veritatem historicam non curantes ulterius perscrutari: potissimum quia non multum pertinebat ad necessitatē salutis scire, quia die Christus mortuus est. Maxime, quia non collimus istum diem fixe, sed mobiliter. Nam si diem passionis Domini statuisset ecclesia agi fixe, sicut die Natalis, quia semper agitur die 25. Decembris, fuisse necessarium inquiri quid die Christus mortuus fuisse, & tunc viri doctissimi in ecclesia ab antiquo solliciti fuisse inuenire diem istum, & certissime inuenient. Quia tamen dies ista annuatim mutatur, sicut ut celebratio Paschalis, non fuit nec necessarium inquiri, quando fuit, scilicet in quo loco mensis. Licet de celebratione Paschali inter Christianos fuit magna contentio, quibusdam volenteribus celebrare Pascha eo die, quo Iudei celebrabant, quia tunc Christus celebraverat, alii nolentibus tunc celebrare, sed mutare, ne videremur obseruare festum Iudeorum, & alias ceremonias, super quibus beatus Paulus increpauerat Galatas, dicens. Dies obseruatis, & tempora, menses, & annos: timeo quod sine causa laborauerim in vobis, id est, quia vos obseruatis adhuc dies Sabbathorum, & menses Calendarum, & tempora festiuitatum, & annos redemptionis, & Iubileorum, sicut Iudei obseruant. Timeo quod sine causa laborauerim in vobis, quia id est inutiliter in vobis, quasi dicat, nihil proficit totus laborem meus, quem impendi conuertendo vos ad Christum, si adhuc obseruatis ceremonias legales Iudeorum ad Gal. 4. quia ita ipse dixit expresse ad Gal. 5. si circumcidimini, Christus vos nihil proficit, id est, fides Christi, quæ non potest obseruari bene cum ceremoniis legalibus.

E

Ad ter-  
tiam  
ratio-  
nem  
ca. 17.

Ob hoc igitur erat grauius dissensio inter Christianos maxime in Oriente. Et hoc tempore Constantini, ita ut venerarent Christiani ad bella. Volens autem Constantinus ista extirpare de Ecclesia, misit ad Orientem quendam virum clarissimum, qui nihil efficere valuit, & tunc ipse cum magno labore properauit ad Orientem, & fecit congregari episcopos de-

F

Consis-  
tum pri-  
mum  
Chri-  
stiana-  
rum te-  
pore  
Christi-  
ans.

toto

A toto orbe, scilicet 318. in urbe Nicena prouinciae Bithyniae in Gracia, & istud fuit primum Concilium generale, quod in ecclesia factum est, quia ante hoc cum Imperatore essent Gentiles, & persequerentur ecclesiam, non erat liberum ipsis Christianis conuenire in unum ad faciendum Concilia generalia, sed magis latebant per diuersa loca. In illo autem concilio determinatum fuit de consubstantialitate patris, & filii, siue de homousion secundum Gracos contra doctrinam Arianorum. De his latissime 1. & 2. & 3. libro Historiae tripartite. Fuit autem postea determinatum de celebratione Pascha li, quod non celebraretur cum Iudeis sed fieret Pascha nostrum post Pascha Iudeorum, sicut nunc tota ecclesia obseruat. Ob hoc igitur non fuit necesse inquiri in quo mente, vel quanto die fuerit mors Christi de mensibus Romanorum, quia loquendo de mensibus Hebreorum manifestum est, quod fuit die 15. mensis primo die azymorum, vel secundo secundum aliam computationem, de quo supra declaratum est. Sed siue dicatur primo die azymorum mortuus, siue secundo, semper dicetur mortuus die 15. mensis primi, quia non est variatio in die, sed in modo appellandi priimum, vel secundum. Ita ergo potuit esse causa quare ista veritas manse rit incognita apud patres temporis illius.

Item in principio ecclesiae cum virgeret Christianos persecutio Gentilium, solum erant solliciti, quomodo possent in fide Christi manere in latibulis, vel in publico fortiter mori, & cum satis esset illis de vita curam agere, & quomodo errantes animas Christo lucifacerent, non vacabant curiositatibus disciplinarum, & inquisitioni quarundam veritatum, quae magis subtiles, quam viles esse videntur. Et fuit istud usque ad tempus Constantini, quod fuit tempus quasi quadringentorum annorum a nativitate Christi. Et hoc tempore non fuerunt multi scriptores, & doctores in ecclesia, saltem valde famosi, ideo multa de gestis priorum temporum, scilicet tempore Christi, & Apostolorum venerunt in obliuione, per quae si cognita fuissent possemus multum eruditii in moribus & instruimus in expositione, & intellectu sacrae Scripturae, postea autem data pace ecclesiae, aliquantulum tempore Constantini coepérunt florere ecclesiasticorum virorum ingenia: nam tu Hieronymus, Ambrosius, Augustinus fuerunt. Et sic non est mirandum si talis veritas, immo alia magis necessaria ad Christianam religionem illis temporibus incognita fuerunt.

## C A P I T U L U M XXI.

In quo declaratur quantum sit auctoritas ecclesie vniuersalis, & quod nulli licet ei repugnare, & quod necesse est vniuersalem ecclesiam omni tempore esse, & semper esse sanctam, & nullo tempore posse disficer a sanctitate.

C VARTA ratio, quod ecclesiae auctoritas tenuit Christianum mortuum fuisse die 25. Martii, siue octauo Calendas Aprilis. Istud autem prima facie videtur magis vrgere, quia nullus de scriptoribus quantumcumque doctissimus atque sanctissimus est tante auctoritatis, ut ei necessario crederebeat, quia ille sic dixit, ut ait Augu. in Epistola ad Vincentium Donatistam, ut supra allegatum est. Ecclesia tamen tantae auctoritatis est, ut nullo modo ei resistiliceat, sed credendum est quidquid ipsa determinauerit. Hic autem si nobis propositum foret dicere quid sit ecclesia, & quomodo non potest errare, & quae sit auctoritas eius, multorum dierum opus foret, & multa nobis scribenda essent, quae specialem tractatum, vel tractatus exigerent, sed non est nobis hoc menti, solum ergo gratia argumenti dicemus pauca. In quo scendum, quod sicut dixit Aug. quod libris scripturæ sacrae qui canonici appellantur tanta fides adhibenda est, ut credamus nullum auctorem eorum potuisse mentiri, ita & ecclesia adhibenda est tanta fides, ut credamus eam errare non posse. Nam unus de articulis fidei positis in symbolo Apostolorum est credere sanctam ecclesiam catholicam, id est vniuersalem.

Ex quo apparet, quod necesse est credere ecclesiam vniuersalem esse sanctam. Et quia veritas articulorum fidei manet omni tempore, & quandocunque nos recitauerimus illos articulos verum dicimus, necesse est, quod ecclesia vniuersalis omni tempore sit sancta, quia alias si aliquo tempore

D ecclesia vniuersalis non esset sancta, vel nulla esset vniuersalis ecclesia, si diceremus in illo tempore symbolum Apostolorum, esset ille articulus falsus, scilicet, credo sanctam ecclesiam catholicam, id est, vniuersalem. Et non solum ecclesia vniuersalis est omni tempore sancta, sed etiam impossibile est, quod aliquo tempore non sit sancta, quia detinet illud tempus, & tunc qui diceret symbolum Apostolorum falsum dicceret, & esset falsus articulus fidei, sed impossibile est fidei subesse falsum, necesse ergo est vniuersalem ecclesiam omni tempore sanctam esse, & impossibile est aliquot tempore eam, vel non esse, vel non esse sanctam.

## C A P I T U L U M XXII.

In quo declaratur firmissime, quod ecclesia vniuersalis non potest errare in necessariis ad salutem, scilicet, in fidem in moribus, & ibi de conditione fidei, & quod tantum crevitur determinatione ecclesiae vniuersalis, si ut euangelio, & quod in sacra Scriptura determinatio ecclesiae vocatur euangelium.

E X hoc autem sequitur, quod ecclesia vniuersalis non potest errare. De ecclesiis particularibus & de prelatis ecclesiarum, quod possint errare non est dubium, sicut dicitur extra de Sen. ex. c. a nobis, scilicet, ecclesia militans fallit, & fallitur, scilicet, ecclesia particularis. Nec de hac est nobis sermo. Nam notanter dicitur in symbolo sanctam ecclesiam catholicam, id est, vniuersalem, ista igitur vniuersalis ecclesia errare non potest, scilicet, in necessariis ad salutem. Quod patet, quia aut erraret in fide, aut in moribus, si in fide, esset infidelis, vel hereticus, & sic non esset ei salus, quia nullus hereticus potest salvatori, quia sicut sine fide impossibile est placere Deo, ad Heb. ii. ita cum falsa fide impossibile est placere ei, cum ipse sit ipsa veritas, Ioan. 15. Non potest etiam ecclesia errare in moribus, quia qui errat sic, malus est, & consequenter non sanctus, si igitur ecclesia vniuersalis erraret in fide, vel in moribus, iam non esset sancta, sed execrabilis, & nefanda, & tamen necesse est vniuersalem ecclesiam sanctam esse, quia est articulus fidei, ergo impossibile est errare vniuersalem ecclesiam in fide, vel in moribus. Et sic quidquid illa assuerit tenendum est verum esse, & necessario credendum, sicut si in canone sacrae Scripturae reperiatur a Christo, vel ab Apostolis scriptum.

Item patet hoc, quia quandocunque dubitamus circa aliquid, quod tenendum est, ecclesia determinata hoc, vel illud tenendum sit, & tamen si ecclesia posset errare, non essemus certi, an ea, quae credimus vera sunt, vel falsa. Et siciam non haberemus fidem, sed opinionem, quae est adhuc vni partita cum formidine ad aliam. De ratione autem fidei est duo habere, scilicet, quod credamus, & quod firmiter atque sine dubitatione credamus. Qui autem credit aliquam propositionem esse veram, & tamen putat posse esse falsam, non habet fidem de illa, quia manet in quodam dubio. Et talis ita est hereticus, vel infidelis, sicut si nullo modo assentiret illi propositioni, vel si expresse negaret eam. Sic patet extra de haere. c. dubius, s. dubius in fide, infidelis est. Oportet igitur, quod eis, quae credimus tantam fidem adhibeamus, ut non solum credamus ea esse vera, sed etiam quod credamus nullo modo posse esse falsa, nec habeamus aliquam formidinem ad partem oppositam. Non potest, tamen homo habere talem certitudinem, & firmitatem de aliqua propositione, nisi quando ille, a quo accepit propositionem est talis, qui errare non potest. Nam si sciat, vel credat, quod auctor propositionis illius potest errare, credet, quod aliquando forte errabit. Et dato, quod non contingat eum errare, cu[m] tamen possit errare erit temper dubius an errauerit, & sic nunquam firmam adhesionem habebit ad propositionem illam. Et tamen de ratione fidei necesse est, quod firmiter adhibeat sine formidine ad partem contrariam, & putetur, quod ita est vera propositione illa, quod impossibile est ea esse falsam, vel decipi in illa. Apparet igitur ex his, quod necesse est, quod nos credamus ecclesiam vniuersalem non posse errare in fide. Vel si credamus eam posse errare nunquam poterimus habere fidem de determinatis ab ea, & tamen ab ecclesia fiunt determinations in materia fidei, & declarantur aliqui articuli dubii. Sicut in cōcilio Niceno determinatum est de substantialitate contra Arium. Et in aliis Conciliis deter-

A minatum est, & contra alios hæreticos, quia sicut non est aliquod Concilium generale de antiquis, in quo non extirparent aliqua hæresis, & non diffiniret aliquis articulus tenendus, ergo credendum est vniuersalem ecclesiam non posse errare.

Item patet hoc ex eodem fundamento in confectione no uorum articulorum, quia non solum ecclesia vniuersalis potest diffinire circa dubia, quæ occurruunt in materia fidei, sed etiam circa illa, quæ nunquam venerunt in contentione, potest nouum articulum statuere, & diffinire, sicut in multis accidit, quæ hodie tenet ecclesia iam determinata, & tamen in istis firmissimam fidem adhibemus, ergo credimus ecclesiam vniuersalem, quæ ista determinat non posse errare.

Item patet hoc, quia non solum credimus dicta ab ecclesia, sicut dicta ab hominibus, sed sicut dicta à Christo. Sicut ergo in euangelio aliquid reperiatur scriptum non solum credimus illud esse verum, sed etiam tantam firmitatem habemus de illo, quod credimus nullo modo posse esse falsum sed potius posse destrui cœlum, & terram, quam illud esse falsum, sicut dixit Christus Matth. 24. & Luc. 21. cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non trahent. Et non habemus aliquam formidinem ad propositionem oppositam. Ita est de determinatis ab ecclesia. Sic beatus Greg. dicit in Registro, & habetur in Dec. dist. 15. c. sicut sancti euangelii, vbi ait Greg. quod sicut ipse tenet firmiter quatuor libros sancti Euangeli, ita firmiter recipit quatuor Concilia generalia, scilicet, Nicenum, Sardinense, Chalcedonense, & Constantiopolitanum. Non ergo licet villo modo dubitare de his, quæ ecclesia determinat. Et sic credendum est eam non posse errare. Item pater hoc, quia Apostolus vocat Euágelium ipsam determinationem ecclesiæ. Nam ad Gala. 2. dixit, quod Cephas non ambulabat recte ad veritatem Euangeli, scil. quia cum illis de circumcisione obseruat legalia in cibis per hoc gentilibus innuens, quod custodienda erat adhuc legalia. In Euangeli autem non reperitur aliquid de hoc. Quia tamen facrum Concilium Apostolorum, & seniorum, & tota ecclesia diffinierat Actuum 15. non obligari gentiles ad obseruationem legalium, & Cephas faciebat contra hoc, dicebatur facere contra Euangeli, vel non ambulare recte ad veritatem Euangeli, & sic determinatio illa ecclesiæ vocatur Euangeli. Item patet, quod ecclesia vniuersalis non possit errare, quia beatus Petrus, & alii Apostoli obligabant stare determinationi Ecclesiæ, quia illam determinationem factâ in illo concilio omnes suscepserunt. Etiam omnes Apostoli obediebant ecclesiæ. Nam beatus Petrus, qui erat Papa, & princeps obediebat ecclesiæ, vt patet Actuum 8. vbi illi, qui congregati erant, & faciebant ecclesiam in Hierosolymis, miserunt beatum Petrum, & beatum Ioannem in Samariam, & illi ad mandatum ecclesiæ iuerunt. Si tamen ecclesia vniuersalis posset errare, non essent subiecti Apostoli determinationibus eius, cum Apostoli erant tales, qui non poterant errare, cum essent confirmati per Spiritum sanctum, ergo non poterat ecclesia vniuersalis errare in fide.

### CAPITVLVM XXIII.

In quo pulchre declaratur, quod licet omnes articuli fidei sunt necessarij, ita quod nullus eorum posset esse falsus, tamen articulus de eccl. si vniuersali, quod non possit errare, est primus, & magis necessarius, quam omnes, & quod maior est auctoritas ecclesiæ, quam librorum sacra Scriptura, & quod ecclesia vniuersalis dat auctoritatem sacris libris.

**C**ONSIDERANDVM vltterius, quod licet oēs articuli fidei sint necessarii, & nullus eorum possit esse falsus, tamen articulus iste, scilicet, quod ecclesia vniuersalis est sancta, & quod non potest errare est certior quodammodo, & magis necessarius, & prior aliis in via generationis. Patet primum, quia sicut est in geometricis, & in omnibus mathematicis, & quibus cunque scientiis demonstratiuistam principia, quam conclusiones sunt necessaria, ita quod impossibile sit aliter se habere, & tamen principia dicuntur magis necessaria quodammodo, quam conclusiones, quia necessitas conclusionum prouenit ex necessitate principiorum. Ita etiam conclusio in demonstratiuis est vere scita, nec potest de ali-

D qua re maior certitudo haberi, quia tamen conclusio scitur per principia, dicuntur principia magis scita, vel magis credita, quam conclusio, vt patet 6. Eth. de scientia. Ita nunc, licet omnes articuli sint necessarii, tamen articulus de vniuersali ecclesia, quod non possit errare est magis necessarius, quia ex illo videntur cæteri necessitatem habere. Hoc patet, quia nos credimus, quod Deus creauit mundum, & quod eduxit Israélitas de Ægypto, & dedit illis legem, quia hoc scriptum est in libris Moyſi, & tamen nos nesciremus, quod isti erant libri Moyſi, vel quod erant authentici, nisi ecclesia affereret. Nam si quando nos incipimus aliquid intelligere dicerent nobis omnes Christiani, quod isti libri, in quibus continebant ista non erant libri Moyſi, sed quod confecti fuerunt ab aliquo falso assumente sibi rationem prophetæ, nos non possemus per aliquam rationem conuincere an essem illi libri Moyſi, qui fuisset verus propheta, vel alicuius seductoris, & crederemus rationabiliter communis assertio ni. Velsi nollemus credere omnibus idem afferentibus, saltem mancremus in dubio, an deberet aliqua fides adhiberi istis libris, vel non, cum non appareret aliqua ratio motiva ad hoc, & sic non crederemus firmiter contenta in illa, & consequenter nullam adhiberemus eis fidem. Nuncautem credimus firmissime vera esse omnia, quæ continentur in illis libris, & conscripta esse à Moysè maximo prophetarum, quia omnes nobis Christiani hoc concorditer dicunt, ergo nos adhibemus fidem libris ipsius Moyſi propter ecclesiam hoc afferente, & consequenter maior fides adhibetur ecclesiæ, quam libris Moyſi.

E Item confirmatur, quia ego credo, quod contenta in libris Moyſi ita sunt vera, quod nullo modo potest eis falsum subesse, nec habeo formidinem ad oppositam partem & istam fidem habeo, quia ecclesia afferuit illos esse libros Moyſi, & esse eis fidem adhibendam.

Item confirmatur, quia ego credam ecclesiam vniuersalem posse errare, sequitur, quod potuerit errare in afferendo istos esse libros Moyſi, & dicendo, quod eis magna fides erat adhibenda, & consequenter ego manebo dubius, an debeat fides certissima adhiberi istis libris. Ettamen suppositum est, quod ego credo istis libris fidem firmissimam esse adhibendam, ergo necesse est, quod credam ecclesiam vniuersalem, quæ hoc afferuit non posse errare. Item patet, quia quando cunque aliqua duo sic se habent, quod unum illorum probat alterum esse, & dat ei eis necessarium, & non è contrario, magis necessarium est illud, quod dat alteri necessitatem, & tamen libri Moyſi recipiunt necessitatem fidei ab ecclesia, & ecclesia vniuersalis non recipit ab illis. Quod patet, quia dato, quod libri Moyſi essent, non constabat, quod esset aliqua vniuersalis ecclesia, vel saltem, quod illa existens non posset errare. Et tamen ecclesia existens dat fidem libris Moyſi, quia ex eo, quod ipsa afferit illos esse confessos à Moyſe propheta, & debere eis adhiberi fidem, adhibetur sibi fides.

F Item patet hoc, quia in veteri testamento sunt multi libri quorum aliqui sunt legales, & prophetales, & habent maximam fidem. Alii sunt agiographi, quibus fides adhibetur, sed non sub tanta necessitate. Alii sunt apocryphi, quibus licet recipere eos, vel contempnere equali facilitate. Iste tres gradus librorum veteris testamenti distinguuntur à beato Hieronymo in prologo Galeato, qui incipit. Vigintiduas literas. Manifestum est autem, quod ista distinctione graduum fidei non assumitur ex eis, quæ continentur in istis libris, quia in omnibus continentur res sacræ, & mirabiles, quæ non possunt probari per aliquam causam, sed solum adhibetur eis fides propter auctores. Est ergo distinctio ista facta ab ecclesia vniuersali, quæ concorditer tenet illam distinctionem factam à beato Hieronymo. Nam ista tenebatur

à Iudeis fidelibus ante Christi aduentum, & fuit postea continuata in ecclesia.

(o)

A

## CAPITULUM XXIV.

In quo declaratur, quod ecclesia vniuersalis non solum dat fidem, & auctoritatem libris veteris testamenti, sed euangelio. & quod quendam fuerunt octo euangelia, & ecclesia reicit quatuor, & quod maior est auctoritas ecclesie, quam librorum utriusque testamenti.

**A**PARET igitur, quod ecclesia vniuersalis non solum dat fidem libris sacris, sed etiam dat illis certum gradum fidei, & firmitatis, & illum tenent, & nos ampliorem. Si autem ipsa posset errare faciendo ista, tota certitudo scripturarum, & fidei periret, ideo necesse est tenere, quod ecclesia vniuersalis non possit errare. Item patet hoc, quantum ad libros noui testamenti, quia ea, quae sunt in euangeliis sunt firmissima & non habent tantam firmitatem, nisi propter ecclesiam. Quod patet, quia aliquis diceret Christum praedicasse & fuisse mortuum, & surrexisse, posset alius negare, ille tunc probaret per libros euangeliorum, alius poterat dicere, quod nullius firmitatis erant scripta illa, vel quod non erant illa euangelia beati Matthaei, & Iohannis, & aliorum euangelistarum, qui recipiuntur, non habebat tunc iste aliquem recursum probationis, nisi ad auctoritatem ecclesie, scilicet, quia ecclesia dixit euangelia Matthaei, Iohannis, Marcii, & Lucae suscipienda esse sub fide maxima, & veneratione. Et si aliquis negauerit ista, quae nos allegamus esse illorum quatuor Euangelistarum, sola auctoritas ecclesie probat, quod sunt istorum euangelistarum. Et patet hoc, quia ecclesia separauit alia quatuor Euangelia. Nam erant octo libri euangeliorum, scilicet, isti quatuor, qui nunc habentur, & quatuor alii confecti a viris haereticis sub nomine Andrea, & Thaddei, & aliorum duorum Apostolorum, & alii multi libri Euangeliorum fuerunt, de quibus Hieronymus in quodam prologo super euangelia, qui incipit. Plures fuisse. Et illa recitabant historiam Christi, sicut nostra euangelia, sed inferebant aliquos paucos errores. Si amem isti octo libri euangeliorum fuissent traditi alicui viro pollenti naturali ingenio, ut indicaret de eis, non inueniret aliquam causam quare istos magis, quam illos reciperet, vel reiiceret, quia utriusque continebant puram historiam, quae probari non poterat ex aliquo fundamento naturae. Nisi forte dices, quod vir ille indicans reciperet libros illos, qui conuenirent naturae, & illos, qui in aliquo repugnarent reiiceret. Sed tunc oportet, quod reiiceret omnes octo libros Euangeliorum, quia in quolibet illorum continebantur aliqua, quae erant supra vires naturae. Ecclesia tamen recipit ista quatuor euangelia, quae habemus, & reiecit alia quatuor dicendo illa falsum continere, & ab haereticis confecta. Ergo ecclesia dedit fidem euangeliis, & hoc est, quod dicit Augustinus in libro, qui intitulatur Fundamentum, siue liber contra epistolam Fundamenti, scilicet, ego Euangelo non crederem, nisi ecclesia auctoritas me moueret, scilicet, quia ipsa assertit istud, vel illud esse Euangelium, cui fides adhibenda est. Dicendum igitur, quod maior est auctoritas ecclesie, quam sacerorum librorum veteris, vel noui testamenti.

Item dicendum, quod ecclesia dat auctoritatem libris veteris, & consequenter, quod non potest errare, nam si portuisset vniuersalis ecclesia errare circa fidem, potuisset recipere quatuor euangelia confecta ab haereticis, & reiicerere euangelia quatuor, quae nunc habemus, & tunc tota fides nostra esset erroribus plena, & tamen afferimus, quod im possibile sit fidei subesse falso, ergo necesse est dici, quod ecclesia vniuersalis non potest errare circa fidem.

## CAPITULUM XXV.

In quo declaratur, an ecclesia recipiat auctoritatem a libris sacris, sicut libri sacerdotes recipiunt ab illa, & quod auctoritas sua non ex aliquo priori, sed tota auctoritas pendet ab ea, & quomodo probatur auctoritas eius per libros sacros.

**S**ED obiicietur, quia dictum est supra, quod ecclesia dat firmitatem libris sacris, & libri sacri non dant firmitatem ecclesiae vniuersali, & tamen videtur, quod ecclesia vniuersalis accipiat fidem ex libris sacris. Nam, quod non possit errare

ecclesia vniuersalis probatum est supra ex symbolo Apostolorum, quem computamus inter scripturas Sacras. Dicendum, quod libri sacri bene declarant firmitatem, & dignitatem, & impeccabilitatem ecclesiae vniuersalis, tamen non probant illam tanquam a priori, id est, quod ex illis constet solum ecclesiam non posse errare, & non aliud, quia potius ecclesia dat auctoritatem illis scripturis, per quas conatur probare, quod ipsa non possit errare. Nam tunc hoc probaremus ex symbolo Apostolorum, posset aliquis negare illud dicendo, quod nulla fides erat illi adhibenda, vel quod non erat illud symbolum Apostolorum, sed confectum ab alio falso nomine. Ecclesia autem est, quae declarat istud esse symbolum Apostolorum, & esse sibi fidem adhibendam, ideo cum ex libris sacris probamus ecclesiam non posse errare, est demonstratio per circulationem. Proficit tamen, quia postquam nos suscepimus libros sacrae Scripturae in auctoritatem, poterit inde constare, quod ecclesia non potest errare. Ad veritatem tamen non probatur auctoritas ecclesiae ex libris sacris, sed potius est contrario. Et ipsa auctoritas ecclesiae non debet probari ex aliquo priori, sed oportet esse per se nota. Sicut in via scientifica oportet deuenire ad aliquid, quod non probatur ex alio priori, sed omnia probantur ex illo, & ibi est status in resolutio sylogismo, sicut dicit Arist. i. Post. Omnis notitia ex praexistenti fit cognitione, quae praexistit, & non deducitur.

## CAPITULUM XXVI.

In quo declaratur, quomodo ecclesia vniuersalis dat auctoritatem verbis Christi, & Apostolorum, licet non habere auctoritatem maiorem, quam verba Christi, & quod ecclesia non det auctoritatem illam de novo apponendo, vel argendo, sed ostendendo illam esse.

**I**TEM obiicietur, quod supra dictum est, quod ecclesia dat auctoritatem libris sacris, quod non videtur satis conuenienter dictum, scilicet, quod ecclesia det auctoritatem Euangeliu, cum illud sit de verbis Christi, quae habent maiorem necessitatem, quam aliquid aliud quocunque sit. Sunt enim talia verba Christi, quae maiorem firmitatem habent, quam totus mundus, ita ut faciliter possit perire totus mundus, quam deficere unum de verbis Christi, iuxta illud Matt. 24. & Luc. 12. Ceterum, & terra transibunt, verba autem mea non transient. De verbis autem Apostolorum, & prophetarum, quanquam non sunt tantae auctoritatis, sicut verba Christi propter auctorem, tamen non minorem necessitatem, & firmitatem videntur habere ad manendum, quia illa dicta sunt per Spiritum sanctum. Sicut dicitur i. Petri 1. scilicet. Non enim voluntate humana allata est aliquid propheta, sed Spiritu sancto dictante locuti sunt sancti Dei homines. Sed quae spiritus sanctus dixit infallibilis sunt, quia ille Deus est, ergo non videtur conuenienter dictum, quod ecclesia det auctoritatem istis libris, & sic nullis libris sacrae Scripturae dabit auctoritatem ecclesia.

Dicendum, quod ecclesia non dat auctoritatem aliquam verbis Christi, quia nulla maior auctoritas potest esse in aliis verbis, vel in aliquo re, quam in Christi verbis, quia si consideretur auctor Christus est, si consideretur verba necessaria sunt, scilicet, quod non possunt deficiere, eo quod ille sic voluit. Dictis etiam Apostolorum, & prophetarum non potest dare ecclesia auctoritatem, quia illa in se sufficientissimam habent auctoritatem, cum immutabilia sint, & cum per Spiritum sanctum dictata sint, non est ergo sensus, quod ecclesia det istis auctoritatem, ita quod ipsa prius auctoritatem nullam haberent si ecclesia non daret illis, vel quod ecclesia det eis maiorem auctoritatem, quam prius habebant, quasi per modum cuiusdam confirmationis, vel alias, nihil enim istorum est. Quia etiamsi verba Christi a nullo homine fuissent acceptata, non proper hoc minus vera essent, vel minus utilia, sicut nunc dato, quod non acceptentur apud infideles: non ideo minus utilia sunt infidelibus, quam si totus mundus acceptasset ea, sicut dicit Apostolus ad Romanos tertio, scilicet, quid si quidam illorum non crediderunt? nunquid incredulitas illorum fidem euacuavit? absit. Sed est sensus, quod ecclesia dat auctoritatem Euangeliu, & omnibus libris sacrae Scripturae

non

E

A non quidem aliquid apponendo, quod non habebant, sed ostendendo, quod habebant.

Et istud ostendere satis potest vocari dare auctoritatem, eo quod nunquam sciremus euangelia, aut alios libros sacrae Scripturae alicuius auctoritatis esse, nisi ecclesia diceret. Cum ex ipsis non posset patere veritas, vel falsitas ipsorum, necessitas, vel contingentia ipsorum, sed ex fide constat, fides autem ex auditu est ad Rom. 10. scilicet. Quomodo credent in eum, de quo non audierunt? Prædicatio autem ista ab ecclesia fit, & nos propter auctoritatem eius, scilicet, quia creditimus illam non posse errare, assentimus firmiter omnibus dictis suis. Et iste est modus introducendi fidem, ut colligitur ad Rom. 10. Et quantum adhuc, ita dat ecclesia auctoritatem euangelii, sicut quibuslibet aliis libris sacrae Scripturae, & sine hac auctoritate Ecclesia nihil valent euangelia ad utilitatem nostram.

Et ob hoc predicatorum, qui annunciant nobis verba Christi, & per illos creditimus, dicuntur adiuuare Christum, quasi supplingo aliquid, quod deerat ei. Sic patet 1. Cor. 3. scilicet Dei enim adiutores sumus, & loquebatur ibi Apostolus de se, & aliis predicatoribus fidem.

B Ita modus etiam reperitur in disciplinis mathematicis, & naturalibus, nam aliqua conclusio est vera, & necessaria, quia tamen discipulus non intelligit, ita quod nescit deducere veritatem eius, & necessitatem, sed dubitat, an sit falsa, vel contingens. Illa enim propositione si consideretur quantum ad se æque vera, & necessaria est si cognoscatur, sicut si non cognoscatur, & tamen quantum ad nos, quando non cognoscitur non est alicuius auctoritatis. cum vero cognita fuerit veritas eius, & necessitas per deductionem, quam facit magister cognoscitur, & iam reputatur a nobis inter propositiones necessarias, magister ergo dedit sibi istam auctoritatem, quam habet, non quidem dando ei veritatem, vel necessitatem, quia hoc facere non poterat, sed ostendendo illam necessitatem, quam habebat.

### CAPITVLVM XXVII.

*Quod determinatio ecclesia est duplex, scilicet, quod aliquid tanquam verum tenendum sit, & aliud aliquid agendum, vel caendum est. Et in primo modo ecclesia nunquam potest variare. Et quod si ecclesia, id est, Concilium generale diffinire semel aliquam propositionem circa fidem, nullum aliud Concilium potest determinare contrarium.*

C **CONSIDERANDVM** vltius circa prædicta, quod ecclesia vniuersalis, quæ errare non potest determinare potest aliquid dupliciter, uno modo determinat aliquid, ut credendum, vel tenendum pro vero. Alio modo determinat aliquid, ut agendum, vel fugiendum. Primo modo ecclesia vniuersalis non potest errare, nec etiam potest variari sua determinatio. Et sic in determinationibus fidei nunquam est variatio. Ratio huius est, quia determinare, quod aliquid est credendum est dicere, quod illud est verum, illud autem, quod semel est verum in æternum est verum, siue sit res illa determinata de rebus, quæ in seipsis necessitatem aliquam habent vel de illis, quæ in se habeant contingentiam, etiam ad vtrumlibet. De necessariis manifestum est, quod illud, quod absolute est necessarium, omni tempore est necessarium. De contingentibus ad vtrumlibet probatur, quia quando aliqua res est vera quantumcumque sit contingens post determinationem efficit immediate præterita. Cum autem præterita fuerit, habet veritatem necessariam, quia impossibile est præterita non præterisse. Et iuxta sententiam Arist. & Agatonis Eth. scilicet, hoc solo priuatur Deus, quod non potest facere ingenita, quæ iam sunt facta. Accipiatur ista propositione: Sortes currit hodie. Ista est maxime contingens antequam fiat, sed postquam semel fuit verum, quod Sortes currit, necessaria est, quia impossibile est non cucurrisse. Ita ergo quā docunque ecclesia determinauerit aliquid tenendum esse, vel credendum tanquam verum, illud verum est saltem rūc, quia aliter ecclesia erraret. Cessante autem determinatione iam res efficitur perfecta. Præterita ergo veritas illa manet iam necessaria. Et ista est causa quare postquam ecclesia rem determinauerit de aliquo renendo in fide, non potest in

D alio concilio, etiam si sit plurium priuari, & maioris sapientiae determinari contrarium, quia alias sequeretur, quod alterum eorum non erat generale concilium congregatum legitime vniuersalem ecclesiam representans, vel quod etiam posset errare. Quod falsum est.

Et ob hoc quandocunque per aliquod concilium determinatum fuerit circa aliquam veritatem fidei, nunquam ecclesia patitur illam veritatem determinatam venire in contentionem, ita quod de illa dubitetur.

### CAPITVLUM XXVIII.

*In quo de laratur, quod propositio, que semel est vera, si mper est vera, siue sit necessaria, siue contingens ad virum liber, siue de præterito, siue de presenti, siue de futuro, & an ob hoc tollatur contingencia propositionum, & inducatur aliquid necessitas.*

E St autem manifestum fundamentum huius, scilicet, quia omnis propositione tam affirmativa, quam negativa contingens, vel necessaria, quæ semel est vera, in æternum est vera, referendo ad idem tempus, quia alias propositiones affirmativa, quarum veritas est contingens, non manerent semper vera, sicut ista est vera. Sortes currit hodie, & tamen post tres dies non erit verum dicere. Sortes currit hodie. Erit autem vera si referatur ad illud tempus pro quo currebat, quod iam transiit, & dicatur Sortes cucurrit ante tres dies. Istud autem, quod dictum est de determinationibus factis circa propositiones de præsenti, vel de præterito, dicendum est esse idem circa propositiones de futuro, etiam si sint contingentes ad virum liber, licet de hoc aliquis nimium dubitabit. Et ratio huius est, quia quando determinatur de veritate alicuius propositionis, quæ est præterita, cum omne præteritum maneat pro semper necessarium, non poterat veritas illius immutari. Idem de propositionibus, quarum veritas determinatur esse præsens, quia immediate transeunt, in præteritum, & postquam fuerit res præterita est necessaria. Secus autem de propositionibus, quarum veritas determinatur pro futuro, quia res pro futuro habent suam contingentiam, ideo videtur, quod licet semel sit vera non semper sit vera cum maneat contingentia.

Dicendum tamen, quod hoc est etiam verum pro futuro contingenti. Et patet hoc, quia si aliqua propositione de futuro sit vera, aut considerabitur tempus, quod est antequam adueniat assignatio, pro qua debet compleri veritas propositionis, aut tempus, quod est post illam assignationem. Si consideretur tempus, quod est ante dicendum, quod sicut propositione est vera tunc, quando asseritur, ita erit vera omnibus temporibus intermedii usq; ad significandum tempus completionis. Et si in aliquo tempore intermedio non est vera, nunquam fuit vera, nec erit in æternum secundum eosdem terminos. Si autem consideretur tempus post assignationem completionis, iam efficietur res præterita, & tunc omne præteritum est necessarium. Exemplum, ut si dicatur. Sortes curret in die proximo Pentecostes. Ista propositione est nunc vera, quia ita erit, quod Sortes curret illa die, & sicut nunc est verū, quod Sortes curret die Pentecostes, ita in quolibet die, vel tempore ante Pentecosten erit verū, quod Sortes curret die Pentecostes. Et si detur, quod aliqua die intermedia nō sit vera ista propositione, sequitur, quod non est vera hodie, nec fuit aliquando vera, nec erit in æternum vera. Quod patet, quia si aliquo tempore intermedio non est vera ista propositione. Sortes curret die proxima Pentecosten, hoc erit, quia non erit sic, quod die Pentecostes currat. Et si ita est, etiā sequitur, quod hodie non est verū, quod Sortes curret die proxime Pentecostes, & nulla alia die ante Pentecosten erit verū, quod Sortes curret die Pentecostes, etiam post Pentecosten nunquam non erit verū, quod Sortes cursus esset pro illa die Pentecostes.

Eti si dicatur, quod illa propositione est contingens, & ob hoc potest mutari veritas eius, & dato, quod hodie sit vera de futuro, cras poterit esse falsa. Dicendum, quod est impossibile, non tamen propter hoc tollitur contingentia, vel inducitur aliqua necessitas. Et patet in ista propositione. Sortes curret die Pentecostes, quæ est vera, & contingens & vocatur vera, quia ita erit, quod die Pentecostes curret. Et vocatur contin-

gens,

gens, quia toto tempore intermedio antequam currat, potest currere, vel potest non currere, & utrumque est sibi possibile, ideo vocatur contingens ad utrumlibet. Sortes tamen licet posset facere unum vel alterum, quod maluerit, non potest tamen facere utrumque, ideo licet contingens sit, tamen sic erit, quod sortes curret illa die, vel sic erit, quod non currer. Ponatur quod illa die curret, tunc est vera positio ista, tamen propter hoc non tollitur, quin possit se determinare ad oppositum usq[ue] ad illud tempus. Si autem sic est, quod sortes non curret illa die, licet toto tempore intermedio habeat potestatem ad currendum, si vellet quoisque transeat illud tempus, tamen quia sic futurum est, quod ipse determinabit se ad non currendum, & non ad oppositum, ista propositionis, sortes curret die Pentecostes, nullo modo est vera aliquo tempore ante diem Pentecostem proxime, sed ab eterno fuit falsa, & in aeternum est falsa referendo ad idem tempus, ut supra dictum est. Pater ergo, quod non solum in propositionibus de praesenti, & praeterito est regula, quod illa, quae semel est vera, semper est vera, sed etiam in propositionibus de futuro. Apparet ergo, quod si ecclesia semel diffinierit circa aliquem articulum, quid sit tenendum, quod illud semper manet, & nunquam potest determinari contrarium per ecclesiam pro illo tempore, vel in aliquo alio tempore, sed manet determinatio illa firma.

## CAPITULUM XXIX.

*Quod eccl[esi]a vniuersalis non potest errare in morib[us], & quod in ponendo leges nunquam, & tamen quod potest unum concilium tollere leges, quas alterum posuit, & non errabit, & tamen non potest tollere determinationem factam circa fidem, quia iam erraret, & cur hoc, & ibi de mutatione legum an dicat indignitatem ecclesie.*

**A**LIVD membrum erat, quod ecclesia non determinat quid sit tenendum, vel credendum sit, sed quid agendum sit, sicut in iuribus, que ordinantur per ecclesiam. Et quia istud pertinet ad mores, dicendum, quod ecclesia vniuersalis errare non potest in moribus, quia alias cum error in moribus causet malitiam, ecclesia vniuersalis peccaret & induceret, imo cogere homines ad peccandum ponendis leges iniunquas, & sic non esset semper sancta, quod falso est, quia est contra articulum fidei, ut supra dictum est. Ideo quando ecclesia condit canones, sive ad dirigendum vitam humanaam, sive pro moribus ecclesie regulandis, nunquam errat quidquid ordinauerit.

Dicendum tamen, quod circa hoc potest facere mutationem, nam licet nunc ecclesia dederit unam legem circa negotia humana, scilicet, circa iudicia, potest dare postea contraria. & sic videmus, quod mutantur quotidie leges, & dantur contraria, sive in negotiis prophaniis, sive in moribus & ceremoniis ecclesie. In hoc autem non errat ecclesia vniuersalis, quia semper dat legem bonam, & leges contrarie diversis temporibus sunt bona. Sicut enim eadem leges positiones sunt apud omnes gentes, ut patet 5. Eth. & hoc quia diversis gentibus diversa, vel contraria apparent bona, vel mala, & non solum appareret, sed secundum veritatem, quae apud quasdam gentes bona sunt non sunt bona apud alias. Ita de eisdem gentibus, secundum diversa sunt bona & mala, & sic leges, quae aliquando fuerint bona incipiunt iam esse nocuæ. Et tunc bonus legislator mutat legem dando contraria in toto vel in parte, & sic ecclesia mutat sive leges cum videt secundum conditionem temporum, & gentium expedit, & semper bene agit, sicut dicitur extra de consanguine & affini. c. non debet, scilicet, non debet reprehensibile iudicari si secundum varietatem temporum statuta quoque variantur humana. Et inducitur ibi ratio, quia Deus sic fecit. Nam alias leges posuit in veteri testamento, quas mutauit in nouo, scilicet, quia iam non erant conuenientes secundum conditionem humanam. Ob hoc potest unum Concilium ponere leges contrarias legibus alterius Concilii, & utrumque bene agit, quia utrumque ponit bonas leges secundum conditionem temporis, in quo conduntur, & non indicat aliquam indignitatem, vel defectum iudicii in ecclesia, quod contrarias leges in diversis temporibus condit, cu[m] hoc con-

ditio rerum exigit, imo non esset laudanda si semper ad ostendendum immutabilitatem suam vellet leges semel positas semper manere, quia illæ, quæ semel bona fuerant, aliquando inciperent esse mala, sicut non notatur in Deo aliquis defecitus, vel immutabilitas, quia leges, quas dederat in veteri testamento, absulit in nouo, dando contrarias vel desperatas. Sic etiam medicus non vituperatur, si non omni tempore eandem positionem, vel idem curatiuum, sed secundum tempora & aetates, loca atque complexiones homini varia adhibeat curatiua. In determinationibus autem circa fidem secus est, quia quod semel iudicatum est verum, semper manet verum, & non potest dari aliquo tempore contraria, vel deuians determinatio. Ratio utriusque partis posita est.

## CAPITULUM XXX.

*Quod eccl[esi]a aliquando accipit pro iudice particulari, sed non intelligitur de illo hoc, quia iste p[ro]testerrare. Et quod Papa potest in fide & in morib[us] errare, & effici hereticus. Et quod non valit consequentia, Papa damnat aliquem conclusionem tanquam hereticam, ergo est hereticus, & quo modo multi summi pontifices furunt heretici.*

**C**ONSIDERANDVM vtterius quia dictum est de ecclesia, quod non potest errare, quae sit ista ecclesia. Et omissis multis modis accipendi ecclesiam, de quibus non est ad propositionem, dicunt aliqui, quod ecclesia accipiat pro praetato ecclesie. Sic enim accipimus cum dicimus, quod ecclesia excommunicat aliquem, id est, praetatus ecclesie, quia ecclesia non facit hoc. Ita etiam accipitur extra de sententia excommunicata, c. a nobis, cum dicitur, quod ecclesia militans fallit, & fallitur, scilicet, praetati ecclesie militantis, quia ibi agitur de sententia excommunicationis, quae aliquando fulminatur in eum, qui nihil malum meretur, & tamen iudex putat eum esse reum, & hoc, quia ecclesia fallit & fallitur.

Dicendum tamen, quod hoc modo non potest accipi hic ecclesia.

Primo, quia non competit sibi hoc, scilicet, quod non potest errare, nam potest errare, & errat quilibet de talibus iudicibus ecclesiasticis, ut ibi dicitur, quod ecclesia militans fallit, & fallitur. Et non solum est verum de iudicibus particularibus, sed etiam de Papa, qui frequenter errat ex ignorantia, & fert ini quam sententiam. Nam ipse dicit de seipso: scilicet locum Dei in terris teneamus, de occultis tamen non cogimur divinare.

Et non solum accidit hoc circa accidentia, & particularia, factaque humana, que Papa ignorat, sicut quilibet aliis simplex homo, sed etiam circa fidem potest Papa ignorare, & errare, & effici hereticus aliquando per ignorantiam, aliquando per aliam affectionem. Sic patet in Decret. dist. 40. c. 1. p. 1. Papa. ubi si Papa deprehenditur à fide deuius c. eponit.

Ex quo apparet, quod iura supponunt, Papam posse effici hereticum, & confirmatur experimento. Nam Papa Marcellinus fuit hereticus, imo heretico deterior, qui cum esset summus pontifex, obtulit duria idolis, ut patet in Decret. dist. 19. c. nunc autem. Item patet de Papa Liborio, quem alii vocant Papam Leonem, qui factus est Arianus. Item etiam de Papa Ioanne 22. qui tenuit heresim circa visionem beatificam, & postea coactus est publice illam reuocare, ut patet in gestis summorum pontificum.

Ex quo apparet, quod dato, quod Papa damnet aliquam conclusionem tanquam hereticam vel aliquem auctorem dicat heretice sensisse, non sequitur necessario illum conclusionem esse hereticam, vel auctorem illum heretice sensisse, quia potest esse, quod Papa errauerit, imo quod ipse Papa forte sit hereticus, & per ignorantiam, vel per affectionem aliquam passionalem damnet conclusionem, sive dictum aut auctorem, sicut aliquos summos Pontifices legimus hereticos factos per ignorantiam, & per timorem, vel per alias passiones, non ergo accipitur ecclesia pro Papa, vel aliquo praetato alio.

Secundo non teneret ista acceptio, quia ecclesia est nomine Graecum, & significat propriæ multitudinem, non ergo conuenit propriæ vni homini. Et dicendo absolute ecclesia non intel-

E  
Quo de eccl[esi]a accepit acur proprie praetato.

**A** intelligitur unus homo, licet sit praepositus, sed multitudo. Si autem vocetur praepositus ecclesia per analogiam in quantum est caput, vel princeps ecclesie, oportet ponit aliquam connotationem restringentem, ut sciatur, quod pro praepotato accipitur, alioquin pro multitudine accipietur, nisi contextus orationis vetet sic accipi.

## CAPITULUM XXXI.

*Quod aliquando accipitur in sacra scriptura ecclesia pro multitudine aliqua particulari: sed de illa non intelligitur, quando dicitur, quod ecclesia non potest errare, quia tales ecclesie sepe errant tam in fide quam in moribus.*

**A**lio modo accipitur ecclesia pro multitudine hominum particulari pertinenti ad unum locum, vel ad unam provinciam, sic dicimus ecclesiam Tolitanam, vel Salamantinam, id est, multitudinem urbis, vel dieccesis Tolitanæ aut Salmantinae. Et non accipitur pro aedificiis, vel redditibus ecclesiærum, sed pro hominibus. Sic ponit Apostolus ad Cor. i. & 2. ad Cor. i. scilicet, Paulus & Sosthenes frater ecclesiae Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu vocatis sanctis, & sic necesse est ibi ponit ecclesiam pro hominibus, quia ponitur intranslative ecclesie & sanctificatis in Christo, in quo innuitur, quod ecclesia nil aliud erat nisi illi sanctificari. Sic etiam ad Gal. i. scilicet, Paulus ecclesiis, quæ sunt Galatæ gratia & pax vobis à Christo, qui tr. ludit semetipsum pro peccatis vestris. Et sic ecclesie accipiuntur pro hominibus, quia alias non esset verum quod Christus tradidisset se pro peccatis ecclesiærum, scilicet, domorum vel aedificiorum. Et isto modo accipitur proprie ecclesia. Quando autem accipitur ecclesia pro domo non est propria acceptio, sed per analogiam, scilicet, quia in domum illam conuenit multitudo, sic accipitur, i. Cor. ii. scilicet, conuenientibus vobis in unum, scilicet, in ecclesiam. Et sequitur. Nunquid domos non habetis, aut ecclesiam Dei contemnitis? scilicet, domum sacrâ.

Dicendum tamen, quod isto modo non accipimus hic ecclesiam, quia tales ecclesie, id est, multitudines particulares possunt errare tam in fide, quam in moribus, quia interdum accedit, quod in una aliqua ecclesia nemo sit, qui non deuinet à recta fide faltem, quantum ad aliquem articulatum. Sic fuit diebus nostris de Bohemis, qui in multis articulis deuauerunt. Sic etiam fuerat de Græcis, & Armenis, & multis aliis gentibus, quæ Christum colunt, tamen errant vel errauerunt circa aliquos articulos, ita quod omnes de nationibus illis errabant circa illos articulos.

Vel dato, quod essent aliqui pauci, qui non erraret, adhuc verum erat, quod tota ecclesia talis errabat, eo quod ministri ecclesiærum errabant, & publice prædicabant illi errores, & nemo audebat resistere illis. Et hoc satis est ad hoc quod tota aliqua ecclesia dicatur in fide errare, non ergo intelligitur de talibus ecclesiis, quod ecclesia non potest errare.

## CAPITULUM XXXII.

*Quod ecclesia vniuersalis est illa, quæ non potest errare, & quomodo intelligitur ecclesia falliri, & fallit.*

**E**s ergo dicendum, quod ecclesia, quæ non potest errare, non est aliqua nisi ecclesia vniuersalis, & ista proprie vocatur ecclesia sine aliqua limitatione, quia est multitudo non connotata aliquo loco, vel tempore. Et isto modo accipit Apostolus saepe. Sic patet ad Eph. 6. Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam. ibi non potest accipi ecclesia pro aliqua particulari, sed pro tota multitudine eorum qui credituri erant in ipsum. Et iterum e. c. cum loquitur de matrimonio in e. c. ait, hoc est magnum sacramentum, ego dico inter Christum & ecclesiam, scilicet, vniuersalem, quia non est matrimonium inter Christum, & ecclesiam aliquam particularem, ut infra declarabitur.

Nemo tamē fallatur putans, quod ecclesia vniuersalis, de qua loquimur possit errare, vel decipi in fide, & moribus per illud, quod dicitur extra de sent. excom. c. à nobis, scilicet quod ecclesia militans fallit & fallitur, in quo innuitur, quod sola ecclesia triumphans est; quæ non fallitur, ecclesia tamen vni-

uersalis, de qua loquimur est ecclesia militans, quia in ecclesia triumphantí non erit distinguere ecclasiæ vniuersalem, & particularem, quia tota erit ibi una ecclesia unita, scilicet, beata societas hominum & angelorum.

Sed dicendum, quod potest intelligi dupliciter. uno modo sic, scilicet, quod ecclesia militans fallit &c. scilicet iudex in ecclesia militanti fallitur, & tamen iudex in ecclesia triumphantí nunquam fallitur, ideo qui condemnatur in cœlis est vere condemnatus, sed non semper qui condemnatur in terris.

Alio modo potest intelligi, quod ecclesia militans, scilicet tota ecclesia militans tam vniuersalis, quam particularis fallit, & fallitur, id est, errat, scilicet, circa veritatem humanaum negotiorum, & accidentium particularium.

Et in istis verum est, quod ecclesia etiam vniuersalis errare potest. Nam etiam tota ecclesia vniuersalis militans qualitercumque accipiatur non cognoscit veritatem negotiorum particularium, & accidentia particularia omnia, & in his potest errare faciliter. Vterq; istorum sensuum conuenit literæ illius causa nobis. de primo patet, quia ibi agitur quando aliquis excommunicatur pro causa iusta, licet non vera, quia iudex non potest cognoscere veritatem.

Et licet tunc ille sit apud ecclesiam militante excommunicatus, non tamen est excommunicatus apud ecclesiam triumphantem.

Et dat causam, quia ecclesia militans, id est, iudex ecclesie militantis fallit, & fallitur, id est, ipse decipit alios, & decipitur. Decipit quidem, quia quando iudex ecclesie militantis profert sententiam excommunicationis, innuit omnibus, ad quos peruenit scientia eius, quod ille, qui excommunicatur, est vere ligatus crimen illo, pro quo excommunicatur, & est in culpa, & sic decipit, vel fallit illos, quia non est in culpa. Etiam fallitur, quia aliquando coram iudice homine potest accusatus conuincit per falsos testes, & putat iudex illum vere conuictum, & esse in crimen, de quo accusatur, sed non est, & sic fallitur, & per istum errorem profert sententiam. Iudex autem ecclesie triumphantis non fallit, nec fallitur, non quidem fallit, scilicet, alios, quia quandoconque iudex ecclesie triumphantis condemnat aliquem de crimen, innuit omnibus, quod ille sit criminosus, & tunc verum est, quod ille sit criminosus. Etiam non fallitur, id est, non decipitur per falsos testes, nec quomodoconque alias per ignorantiam veritatis, nam non possunt esse ibi falsi testes eo, quod ipse iudex est testis, vt patet Ierem. 29. scilicet. Ego iudex, & testis, dicit Dominus. Etiam non potest falli illud iudicium per ignorantiam aliquicui rei particularis, cum dominus omnia videat. Proverbi. 15. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos. Et ad Heb. 4. Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. Vnde qualitercumque homo se habeat, non se potest occultare à Deo. Ierem. 23. scilicet. Si occultabit se vir, & ego non videbo eum? quia cœlum, & terram ego impleo dicit dominus. Et sic dicebat David. Quo ibo à spiritu tuo? & à facie tua quo fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es, si descendero in infernum, ades, si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua, quia tenebrae à te non obscurabuntur, & nox, sicut dies illuminabitur. Et iste sensus multum conuenit. Hoc modo patet quomodo est discordia aliquando inter iudicium ecclesie militantis, & triumphantis, de quo dicitur extra de sent. excom. lib. 6. c. cum eterne, scilicet. Cum aeterni tribunal iudicis illum reum non habeat, quem iudex iniuste condemnat.

## CAPITULUM XXXIII.

*In quo declaratur, quod licet ecclesia vniuersalis non potest errare, nec in fide, nec in moribus, tamen potest in iudicis interdum errare condemnando aliquem iniuste, & tamen non errat tunc in fide, nec in moribus, & non agit malum, sed bonum, licet condemnat innocentem.*

**D**e secundo etiam sensu patet, quia in illo cap. à nobis, dicitur de ignorantia, per quam iudex profert iniquam sententiam, quæ non est ignorantia iuris, sed ignorantia circa accidentia particularia, quæ iudex non potest cognoscere.

A scere. Et in his verum est, quod tota ecclesia militans errare potest. Nam licet ecclesia vniuersalis non erret in fide, nec in moribus nec in iure, tamē in accidentibus particularibus tota ecclesia vniuersalis potest errare. Vnde potest per hunc modum tota ecclesia condemnare aliquem iniuste. Et pater per hoc, quod concilium genitale potest ferre sententiam per talem modum. Et pater primo in casu illius ca. inter alia. de sent. exc. scilicet, vbi alter coniugum scit esse consanguinitatem, vel affinitatem in gradu prohibito, in quo matrimonium non tenet, nec potest contrahi, tunc non debet debitū petere, nec petēti reddere, quia debitum nullum est, vbi matrimonium constare non potuit obstante gradu contanguinitatis, alter coniugum petit ab ecclesia, vt cogatur coniux ad reddendum, & iste obicit consanguinitatem, sed probare non potest, tunc ecclesia condemnat eum ad redditionem debiti, quia putat non esse consanguinitatem, ex quo non potest constare, coniux tamen, qui conscientia est consanguinitatis, non debet reddere debitum, sed potius sustinere sententiam excommunicationis. Et sic tunc iniuste excommunicatur iste, cum verba obiciat, & tota ecclesia eum condemnat per errorem.

B Secundo patet hoc in alio casu, ut pote si aliquis accusetur coram sacro concilio de crimine, vel agatur aliqua causa ciuilis, & per falsos testes conuincatur reus, ecclesia condemnabit ibi eum, contra quem testes deponunt, & tamen iniuste condemnatur, & sic per errorem tota ecclesia vniuersalis condemnat aliquem, & sic ecclesia militans, etiam vniuersalis fallit, & fallitur, scilicet fallit alios innuendo esse reum criminis eum, quem ipsa condemnat, & non est. Et fallitur, siue decipitur, putando verum esse, quod falsi testes deposuerunt, & iudicando secundum illud, & tamen non est verum.

Sed tamen dicendū, quod adhuc ecclesia vniuersalis non errat damnabiliter in hoc casu, imo bene agit, & si securus ageret, male ageret, quia cum iudex debeat iudicare secundum deductā in iudicium, & probata, quia alias de veritate non posset sibi constare, & iura pro eodem habent aliquid non posse probari, & non esse, & pro eodem habent probari legitime & esse verum. Qui ergo iudicat per ea, quae legitime probata sunt, est ac si iudicaret per meram veritatem, ideo qui sic iudicat, non errat. Et sic dicendum, quod ecclesia tota licet errat, vel errare possit interdum circa talia iudicia, tamen bene agit, nec errat in fide, aut in moribus.

## C A P I T U L U M XXXIV.

C In quo declaratur, quod aliqua potest condemnari iniuste, scilicet, qui est innocens, & tamen iudex iniuste eum condemnat. Et quod licet quis iniuste, & sine causa nocet alteri, tamen ille iniuste damnum patitur, & quod nullo modo possit sibi inferri damnum, nisi meretur illud.

E Tunc potest dici, quod ille, qui condemnatur, iniuste condamnatur, & tamen ecclesia iniuste eum condemnat, vel iudex particularis, qui iudicat. Nec valet consequentia, scilicet, iste condemnatur iniuste a iudice, ergo iudex ei condemnat iniuste. Commititur enim falsitas compositionis, & divisionis, scilicet, quia illud aduerbum in iuste potest determinare verbum prout respicit suum suppositum, vel prout respicit eum, in quā transit condemnatio. Vno modo est vera, & alio modo est falsa quæcunq; istarum propositionum, iudex condemnat istum iniuste, & iste condemnatur iniuste a iudice. Sicut in ista propositione, facio te seruum enim liberū, quæ potest esse vera, vel falsa secundum compositionē illius participii entem cum uno accusatiuo, vel cū alio. Nec admittetur aliquid, quod iudex possit aliquem iniuste condemnare, & quod tamen ipse iniuste condemnetur, quia ita accidit in multis aliis. Nam sēpe quis iniuste nocet alteri, & tamē iniuste nocetur illi. Et istud est circa omnia mala, quæ homines in hoc saeculo patientur, nam licet unus homo iniuste nocet alteri, scilicet, quia nullam causam nocendi habet tamē iniuste nocetur illi, scilicet, quia ille meretur illud nō documentum sibi inferri secundum iudicium Dei pro multis, quæ ipse commisit contra legem Dei, licet nihil commisisset contra illum, qui nocet ei, nec contra legem humanam.

D Nam si daretur, quod aliquis homo esset, qui nec nocuerit proximo, nec feci dum iudicium Dei mereretur aliquod malum sibi inferri, impossibile est aliquod malū sibi inferri, etiā si totus mundus conaretur nocere illi, quia alias evacueretur prouidentia Dei. Et istam propositionem satis deducit Boetius per totum quartum de consol. & quandocumq; aliquis homo sic punitur, Deus voluit, quod sic puniretur. Licet non ex hoc iustificatur actio innocentis, quia ille non egit, vt instrumentum Dei, nec vt suscipiens ab eo mandatum nocendi, sed ex desiderio suā voluntatis iniqua. Accidit tñ interdū, quod Deus mouet per prouidentiam suam, vt aliqui, qui nō nocuerunt proximis suis, patientur ab eis magna damna. Nec tamen proximi in hoc peccent, sicut quādo quis occidit aliū easu non dante operam rei illicita, & adhibita omni diligentia, tunc non potest imputari ei culpa de illo casu, sed totum retorquendum est in Deum, qui sic fecit, vt ille occideretur ab isto ignorante, sic patet Exod. 21. cum dicitur, quod si aliquis non intendens nocere occidit proximum à casu, debet confugere in vnam de viribus refugi, & non debet pati aliquid malum. Et subditur ibi causa, scilicet, ego enim tradidi illum in manus eius, id est, ego ordinavi totam illam circulationem, vt ille caderet in manus alterius, scilicet, occideretur ab eo. Ita est in præsenti, quando aliquis innocens accusatur de crimine, & conuincitur per falsos testes, vel forte per testes erroneos, qui credunt se vera dicere & non dicunt, & iudex condemnat eū. Nam licet ipse non meruerit malum aliquod pro illa causa & iudex malum ei inferat, meruit tamen malum in Dei iudicio pro aliquis aliis, quæ commisit contra Deum, & voluit Deus, quod accusaretur nunc, & condemnaretur de crimine, quod non fecit siue non fecerat, vt solueret pœnas criminis, quod egerat de quo non accusatur. & tunc iudex nō peccat quia Deus tradidit illum in manus eius, & est sicut ille, qui casu occidit hominem dans operā rei honestæ, & adhibita omni diligentia necessaria, & conuenienti.

## C A P I T U L U M XXXV.

In quo declaratur, quod licet Christus dederit ecclesie vniuersali priuilegium non posse errare in fide, & in moribus, non dedit ei priuilegium, quod simpliciter in nullo errare posset, & quare non, & quod nullo concessum est istud priuilegium non errandi, nisi ecclesia vniuersali.

S E d adhuc dicet aliquis, quod licet talis error eadat in iudices particulares, tamen in ecclesiam vniuersalem non debet cadere, vel non conuenienter conceditur quod cadat, quia iudices particulares agunt, vt homines, ecclesia autē specialiter dirigitur a Spiritu sancto, qui promisit ei suā assistentiam, & dicitur esse in medio eius. Etiam quia ipsa ecclesia difiniendo dicit, placuit Spiritui sancto, & nobis congregatis in vnum, quod non competit iudicibus particularibus. Ideo licet errant tales iudices, ecclesia nunquam debet errare, quæ spiritum sanctum habet gubernatorem. Respondēdum, quod Deus concedit ecclesiae suā vniuersali multa, quæ nulli homini concedit, & priuilegium non errandi concessit ei, noui quidem absolute non errandi, id est, quod in nulla re possit errare, quia tūc necesse erat, quod daret ei cognitionem omnis veritatis speculatiuae, quæ per omnes scientias haberi potest. Etiam daret ei scientiam omnium particularium contingentium. Et quia ecclesia non est nisi congregatio fidelium, habent multi fideles ista dona, per quæ iam essent fœlices, quæ tamen nulli hominum sunt vñquam communicata. & iā etiā Apostoli dum viuebant licet essent confirmati in gratia Spiritus sancti non habebant cognitionem omnium particularium, sed quando scientia aliorum erat sibi necessaria, per Spiritum sanctum habebant orando, & interdum sine oratione. Solus autem Christus homo habuit cognitionem omnium particularium, ita vt in nullo fallere, nec falli posset. Non ergo concedit Deus ecclesiae suā vniuersali quādiū manet in terris talem gratiam, & dona, quia istud pertinet ad gratiam beatitudinis, quando erit in patria, concedit tamen ei, quod non possit errare in his, quæ sunt necessaria ad salutem, scilicet, non potest errare in fide, nec in moribus. Quilibet tamen iudex particularis, & quilibet homo singularis potest in fide errare. Nā si Papa, qui est principale membrum totius ec-

A cleſia, & eſt caput ministeriale eccleſia potest in fide errare, vt probatum eſt ſupra, poterit errare quilibet aliud homo, & tamen eccleſia non potest errare. Etiam quilibet iudex particularis potest errare in morib⁹, & effici iniuſtuſ, eccleſia autem non potest errare in morib⁹, ita vt efficiatur iniuſta: cum ſemper ſit ſancta. In iudicando autem potest quilibet iudex particularis errare ex intentione, ſcilicet, quia per mu-nera, & affectionem inordinatam potest peruertere iudicium. Ethoc non potest eccleſia vniuersalis, quia iſte eſſet error in neceſſariuſ ad ſalutem. Etiam iudex particularis potest errare in iure, & inique iudicare. Eccleſia autem vniuerſalis non potest errare in iure, cum ipſa condati iura, licet ergo eccleſia vniuerſalis poſſet decipi & errare circa particularia accidentia, quia tamen iſte error non eſt damnabilis nec cul-pabilis aliqualiter, quia non eſt in illis, quae ſunt neceſſaria ad ſalutem, dicitur absolute, quod eccleſia vniuerſalis non po-tet errare.

## CAPITULUM XXXVI.

*Quod eccleſia vniuerſalis aliquando accipitur pro eccleſia congregata, al quando pro eccleſia, vel multitudine diſpersa per totum orbem. Et quod utroque modo accipitur in ſacra ſcriptura, & quod ſit eccleſia utroque modo.*

B C IENDVM vltius, quod iſta eccleſia vniuerſalis, de qua agimus potest accipi duplīciter, vno modo pro eccleſia diſperſa, alio modo pro eccleſia congregata. Primo modo eccleſia vniuerſalis eſt vniuerſitas omnium Christianorum per totum orbem diſperſorum in fide Christi, & sacramentis participantium, & iſto modo eccleſia eſt quoddam corpus myſticum fide Christi & diuinis chariſmatibus viuificatum, & regulatum.

Secundo modo accipitur pro multitudine congregata, & tunc ſacra quilibet ſynodus generalis legitime congregata vocatur eccleſia vniuerſalis.

Iſis duobus modis conſueuit accipi eccleſia modo vulga-ri & in ſacra ſcriptura. De primo ſatis maniſtum eſt, quia ille eſt modus communior, & ſic accipitur Deuter. 23. ſcilicet, qui deſcorto natus eſt, non intrabit in eccleſiam domini, id eſt, non accipiet vxorem de tota multitudine Israel, quae erat quædam multitudino diſperſa per multa loca. Et ſic vulgariter accipimus eccleſia. De ſecundo modo pater per Aristot. ſecundo Politicor. cap. de Politia Chalcedoniorum, vbi di-citur, quod Chalcedonii eccleſiam non faciunt, id eſt, con-gregationem populi ad concilium, & traſtantum de nego-ciis. Utroque modo iſtorum accipit ſepe Apoſtolum eccleſiam in ſacra ſcriptura.

C De primo patet ad Eph. 6. ſcilicet, viti diligite vxores veſtras, ſicut Christus dilexit eccleſiam. Et non eſt eccleſia particularis, quia non dilexit aliquam vnam eccleſiam ſpecialiter, ſed totam diſerit. Etiam eodem capite dicitur de matrimonio. hoc eſt magnum sacramentum, ego autem di-co inter Christum & eccleſiam. Et tamen non eſt matrimonium ad quamlibet eccleſiam particularē. Et cum illa mul-ta ſint, diceretur Christus multas vxores habere, & tamen falſum eſt, quia eodem capi. dicitur, quod Christus diſum-ſiſt ſibi eccleſiam vnicam, non habentem maculam, ergo de eccleſia vniuerſali loquitur, ad quam eſt matrimonium Christi, qui eſt vnuſ, inquantum eſt vnuſ corpus myſticum fide animatum & viuificatum, & chariſmatibus diuinis regitur.

De ſecundo modo patet A ctuum decimoprimo, cum di-citur, placuit Apoſtoliſ, & senioribus, & vniuerſa eccleſia, vbi non accipitur pro aliqua eccleſia particulari, nec etiam pro eccleſia vniuerſali, vt diſperſa, quia illa non conuenit in aliquem vnuſ actum, ſed pro concilio ſacro vniuerſali di-citur. Nam eo. c. agitur de concilio celebrato Hieroſolymis ſuper obſeruatione cæremonialium, & iſum concilio vocatur ibi eccleſia. Sic etiam accipitur Matth. 18. ſcilicet, ſi te non audierit dic eccleſia, id eſt, concilio generali, quia ibi non potest accipi alio modo, vt in-fra patet.

## CAPITULUM XXXVII.

*Quod eccleſia, ut eſt vniuerſitas Chriftianorum diſperſorum per totum orbem non potest errare in fide, nec in morib⁹. Et quod eccleſia vniuerſalis prout multitudine co-gregata, ſcilicet, coniūlum generale non eſt realiter eccleſia vniuerſalis, ſed per ſufficientem repreſentationem illius eccleſia, quae eſt vere vniuerſalis.*

A CCIPiendo primo modo eccleſiam vniuerſalem, verum eſt, quia illa non potest errare in neceſſariuſ ad ſalutem, ſcilicet, in fide, & in morib⁹. Nam non potest eſe, quod omnes Christiani errant circa aliquem articulum fidei. Etiam non potest errare in morib⁹, quia nunquam dabatur, quod omnes Christiani ſint in peccato mortali. Licet enim quilibet quandiu viuit poſſit peccare, Christus tamen qui ecclieſiam ſuam dilexit, vt corpus ſuum, præſeruat eam diuinis chariſmatibus & regulat, vt licet aliqua membra eius ſint ali- quando interdum in peccato mortali tota tamen nunquam peccet. Hoc autem patet, quia omni tempore verum eſt di-cere, quod eccleſia vniuerſalis eſt sancta iuxta illum articu-lum. Sanctam eccleſiam catholicam, id eſt, vniuerſalem, & tamen ſi aliquo tempore, tota eccleſia eſſet in peccato mor-tali, non eſſet tunc eccleſia sancta, quod eſt impoſſibile, vt non tollatur veritas articuli, qui perire non poſſunt. Item hoc magis declarat Apoſtolum ad Eph. 6. ſcilicet, quod Christus diſumpsit ſibi eccleſiam vnicam non habentem macu-lam nec rugā. Hoc autem deſignat totalem puritatem, ideo eccleſia puriſiſima eſt. Si tamen eccleſia poſſet errare in fide, & in morib⁹ & aliquando erraret, non eſſet iam ſine macu-la, & ruga, ſed multas maculas & rugas haberet, non ergo po-tet errare vniuerſalis eccleſia, vt eſt diſperſa. Accipiendo ſe-cundo modo eccleſiam vniuerſalem pro generali ſynodo, etiam conuenit ſibi quod non poſſit errare. Sciendum tamen quod vniuerſitas Christianorum diſperſa eſt proprie vniuerſalis eccleſia militans generalis autem ſynodus legitime con-gregata non eſt realiter vniuerſalis eccleſia, ſed per repreſentationem ſufficientem. Et ſic patet ex lupeſcriptionibus, quibus vtuntur generalis ſynodi in hac forma, ſcilicet, ſacra-fancta ſynodus generalis in Spiritu sancto legitime congre-gata concilium generale faciens, eccleſiam vniuerſalem re-preſentans. Et quia concilium generale ſufficienter repreſentat eccleſiam vniuerſalem, poſſet omnia, quae poſſet ecclieſia vniuerſalis, quae eſt tota vniuerſitas Christianorum ſi illa ad aliiquid faciendum conueniret, & habet omnes con-diciones vniuerſalis eccleſiae.

## CAPITULUM XXXVIII.

*Quod licet tam ecclieſia vniuerſalis, quae eſt diſperſa per totum orbem, quam concilium generale non potest errare in fide, nec in morib⁹, quando tamen diuina eccleſia, non potest errare, non intelligitur proprie pro ecclieſia diſperſa, ſed pro concilio generali, & quod ad eum pertinet proprie diſſinare in dubio circa fidem, & quod nihil tam proprie conuenit ei quam diſſinare in fide, & determinatio ſua eſt firma ſicut Euangelium.*

D ICENDVM tamen quod licet non poſſe errare in fide, & in morib⁹ conuenit vera ecclieſia vniuerſali, quae eſt vniuerſitas Christianorum diſperſorum per totum orbem tamen magis hoc dicitur pro concilio generali, quia errare eſt in eis, in quibus poſſet bene fieri, & ſic in fide, & in morib⁹ dicitur poſſe errare, vel non poſſe errare, qui aliquam operationem regulatam circa fidem, & mores habere po-tet, & tamen eccleſia vniuerſalis prout eſt vniuerſitas Christianorum non habet aliquem actum, quia nunquam omnes Christiani conueniunt ad aliiquid de fide determi-nandum. Etiam circa mores non competit toti ecclieſia vniuerſali vnuſ actus, quia nihil eſt, in quod omnes conueni-ant ad faciendum, ita quod ille actus dicitur actus o-minum Christianorum. Cum ergo errare, vel bene agere ſit ibi, vbi eſt agere, & toti ecclieſie vniuerſali, vt eſt quadam vniuerſitas, non conperat aliquis vnuſ aetus singularis in fide, aut in morib⁹, non dicitur proprie de ecclieſia vniuerſali, quod non poſſet errare. De concilio autem generali dicitur hoc proprie & conuenienter, quod non poſſit errare in fi-

de nec

A de nec in moribus, quia competit ei aliqua operatio vna circa fidem, & circa mores. De fide manifestum est, quia ad concilia generalia pertinet propriè diffinire de fide condendo nouos articulos fidei, & determinando dubia quæcumque eueniant in fide, & non est aliquis auctus tam proprius generalium conciliorum, quam determinare de fide. Istud autem patet ex conciliis generalibus in ecclesia à principio suo. Et patet de illo famoso concilio, quod tenuerunt Apostoli & seniores & reliqua ecclesia in Ierusalem, in quo determinata est vna veritas fidei, scilicet, quod non tenentur conuertere ad Christum de gentilitate obseruare legalia Actuum 15. Primum etiam generale, & famosissimum concilium, quod post tempora apostolorum celebratum est tempore Constantini, scilicet. Nicenum factum est ad determinandum veritatem consubstantialitatis patris & filii & circa Arianos, ut patet ex primo libro Historiae tripartita. Sic fuit de omnibus aliis conciliis antiquis, quæ fuerunt post Nicenum, quia omnia congregabantur solum, vel saltem principaliter super aliquo facto fidei. Patet hoc ex toto discursu historiae tripartita. Patet etiam abundantius ex libro Hilarii de synodis, & magis in libro Isidori de synodis. Tanta autem fuit semper in ecclesia auctoritas generalium conciliorum, quod nunquam fiebat aliqua determinatio circa fidem, nisi in generali concilio, & de hoc vere dicimus, quod non potest errare circa fidem. Et sic quidquid dubius occurrat in fide ad concilium generale legitime deuolutur. Et si concilium determinat aliquam conclusionem esse hereticam, vel quomodounque erroneam circa fidem, ita illud firmiter verum est, ut nullo modo possit esse falsum. ideo quicunque per concilium generale hereticus iudicatur vere hereticus est. Hoc Christus concessit ecclesia sua quam concilium generale representat, quia alias fluctuaremus in fide, scilicet, quia multa dubia, & divisiones circa fidem euenire debebant. Sic dixerat Apostolus 1. Corin. 2. c. oportet hereses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant. Si ergo non maneret in ecclesia militanti unum tribunal, quod errare non posset circa fidem, dubitaremus in fide, & licet aliquid determinaretur esse tenendum non crederemus firmiter illud esse verum, sed maneret nobis semper scrupulus dubitationis, cum sciremus aut putaremus determinatorem posse errare, & sic tota fides periret, cum de ratione fidei non solù sit assentire alicui conclusioni, sed etiam firmiter ad haeretere, ita ut nullus scrupulus dubitationis maneat, ut supra declaratum est. Et hoc modo esset ecclesia male ordinata, cum nullum aliud remedium esset ad certitudinem habendam de dubiis fidei. Datum est ergo concilium generale representans sufficienter viuensalem ecclesiam, quod errare non posset circa fidem, & ad illud pertineret determinare de dubiis fidei. Et determinatio ab eo facta esset ita firma, sicut si fieret ore Dei. Ita dixit Imperator Constantinus, quando vidit sententias datas in concilio Niceno super consubstantialitate patris & filii. Dixit quod ita venerabatur illas sententias ac si ore diuino promulgata forent. Ita dixit B. Greg. & habetur in Registro dist. 13. & in Decretis dist. 15. c. sicut in sancti Euangeliū, scilicet, quod ita venerabatur determinata per quatuor sacra generalia concilia, sicut quatuor libros sancti Euangeliū, & tamen sententię quatuor librorum Euangeliū diuino ore, scilicet, ore benedictissimo Christi promulgata fuerunt.

## CAPITULUM XXXIX.

Quare Deus non reliquit in ecclesia aliquem nō odum manifestum ad certificandum de omnibus dubiis, tam circa fidem, quam circa cultum, sicut fecit in veteri testamento. Et qui & quot modi fuerunt inter Hebreos certificandi de dubijs viuente Moyse.

SED obiciunt quidam dicentes, cur Christus non reliquit in ecclesia aliquid remedium manifestum ad determinationem dubiorum, quæ occurrerent quotidie, sicut in veteri testamento fecerat? Nam ibi erat facile remedium ad certificationem de omnibus dubiis tam circa fidem & cultum religionis, quam circa alia multa. Et patet de toto tempore, quo durauit status Iudaicus. Cepit enim status iste, quando Deus eduxit Israelites de Ægypto. Nam tunc accepit illos in populum sibi, & dedit eis legem: Exod. 19. & pepergit cum

eo fœdus Exod. 24. Et in principio huius status fuit Moyses princeps huius populi, per quem Deus certificabat Hebreos de omnibus dubiis, quæ accidebant inter eos. Et hoc fuit dupliciter, scilicet, quia aut ante fabricationem sanctuarii, quod in monte Sinai fabricatum est, aut post fabricationem. Si ante fabricationem fiebat sic certificatio, quod extra castra Israëlitarum erat quædam parva domus, que vocatur tabernaculum fœderis, in qua manebat Moyses, & puer eius Ioseph, & quando veniret ad Moysen de castris, virgredreteretur domum illam, descendebat columna nubis super domum illam, & loquebatur ibi Deus Moysi, vidente toto populo Israël, quod Deus loqueretur ei, ut patet Exo. 33. c & ibi de omnibus dubiis certificabatur. Si autem considereremus tempus post fabricationem sanctuarii, dicendum, quod intra sanctuarium erat quædam domus parva in occidentali parte sanctuarii, que vocabatur sancta sanctorum, in qua erat arca fœderis cum duobus Cherubim, de qua habetur Exod. 25. & 26. quandounque Moyses dubitaret in aliquo, & veller habere respondum, intrabat in sancta sanctorum, & audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam de medio duorum Cherubim. Patet Num. 7. isto modo Moyses habebat Deum sibi promptum ad respondendum, de quibuscumque dubiis quandounque velleret. Istud durauit aliquanto tempore, postea vero cum questiones & negotia populi Israël tantum crescerent, ut Moyses solus non posset sufficere ad respondendum, Deus dixit quod acciperet septuaginta seniores de populo, & acciperet Deus de spiritu propheticō, qui erat in Moysi, & daret illis. Et sic factum est, quia cum præsentati fuissent illi seniores coram domino, cedidit super illos spiritus propheticus, & caperunt prophetare postea, ut patet Num. 11. c. & ex tunc caperunt etiam illi septuaginta seniores respondere ad questiones populi, & quando illi respondebant, non erat dubitandum de dictis illorum, qui loquebantur prophetice per Spiritum sanctum, cum dicatur Num. 11. quod prophetauerunt, & postea nunquam cessauerunt, & tamen postquam isti caperunt prophetare, & iudicare populum, non cessauit Moyses iudicare populum, & querere lape coram domino de dubiis populi sicut prius intrando in sancta sanctorum. Erat tamen distinctio inter Moysen & cito 70. seniores sic, quod ipse consuluit dominum super maioribus negotiis solum, illi autem in magnis & partibus, sicut erat differentia inter Moysen, & alios iudices populi, qui non erant prophetæ, scilicet, decanos, quinquagenarios, centuriones, & tribunos, quia illi solum de partibus iudicabant. Moyses autem de arduis Exod. 18. & Deut. 1. c. Et patet, quia postea Moyses consuluit dominum super factis populi. nam Num. 27. cum esset questio de filiabus Salphaad, an deberent succedere patri, quia non reliquerat ille mares, sed tantum foeminas, detulit Moyses questionem ad diuinum oraculum & dixit Deus, quod succederent. Iterum etiam Nu. 36. cum filii Manasse conquererentur, quod filii Salphaad, quæ erant de tribu sua, si acciperent viros de alia tribu diminueretur pars tribus Manasse, detulit Moyses questionem ad dominum, & ait, quod acciperent viros de tribu Manasse.

## CAPITULUM XL.

De sixmodis consulendi Domini, quos habuerunt Israëlitæ post mortem Moysi, & primus fuit per prophetas, & ibi multa de differentiatione & gradu prophetice cognitionis, quia non omnes eodem modo reuelationes accipiebant.

PROpter tempora Moysi manserunt Israëlitæ multi modi consulendi Dominum super dubiis suis, scilicet, sex. Primus per prophetas, & tres per sacerdotes, quintus personum, sextas per sortes. De primo dicendum, quod semper in Israël erant multi prophetæ, per quos Deus respondebat Israëlitis de omnibus suis dubiis, & non solum de dubiis circa legem & cultum Dei, sed etiam circa negotia populi. Et non solum circa magna, sed etiam circa parva, quæ erant quasi nullius valoris. Pater quia Saul cum perdidit asinas patris sui, init ad Samuelem ad querendum, an inuenirentur, & respondit ei, quod sic 1. Reg. 9. Et ibi innuitur ex verbis pueri Saulis, quod quicunque perdebat aliquid, vel dubitabat, ibat

- A ad Samuelem, & respondebat ei, & nunquam errabat in responsionibus. Idem patet de Abia Sylonite, ad quem ibant Israelitae ad quærendum de negotiis responsum diuinum, & cum iam caligarentur oculi eius iuit ad cum vxor regis Ieroboam mutato habitu ad consulendum super vitam filii sui, qui languebat, & respondit ei. 3. Reg. 14. Idem patet de Ieremia, à quo sæpe quærebat Sedecias rex, dum esset Ierusalem obsecra de eventu obsidionis, vt patet Ierem. à 36. c. vsque ad 40. Et mortuo Dodolia, Iudei qui manerunt in Iudea subiecti regi Babylonis, quæsierunt, an descenderent in Agyptum, vel non, & respondit eis Ierem. 42. Isti prophetæ habebant se multipliciter. Nam aliquando antequam quis consuleret eos, ipsi sciebant Deo reuelante quid petendum erat ab eis. Sic patet de Samuele, quando iturus fuit Saul ad eum ad consulendum eum super aſinabus patris sui. Nam vna die sciuīt ante, quod venturus esset Saul, & quid quærebat. Nam dicitur primo Reg. 9. quod Deus dixit Samueli, cras hachora ipsa, quæ nunc est, mirram ad te virum de Beniamin, ipsum unigenitum principem populi mei. Sic etiam patet de Abia Sylonite, quando venit ad eum vxor regis Ieroboam, nam cum intraret per portam habitu diffimulato, dixit ei Abia, ingredere vxor Ieroboam, cur te aliam simulas? 3. Reg. 14. Et tunc dixit ei illa, quod ipsa venerat quæſitura. Idem erat de Eliseo, nam quando aliquis venturus erat ad consulendum eum super aliquo confuerat Deus reuelare ei prius quæſitionem & responsum, & ob hoc quando venit ad eum Sunamitis, & prostrauit se ad pedes eius, & ipse adhuc nesciebat, quod illa petitura venerat, miratus est, quomodo Deus non reuelauerat ei quæſitionem, vt patet 4. Reg. 4. cum dixit ad Giezi puerum suum: Dime illam, quia anima sua in amaritudine est, & dominus celauit à me, nec indicauit mihi.
- B Aliquando autem prophetæ respondebant mox vt quærebantur, licet prius non ſciuerint quæſitionem, & sic solitus erat facere Elias, vt colligitur 4. Reg. 1. & 2. c. sic sæpe faciebat Eliseus, vt colligitur 4. Reg. 4. & 5. 6. & 7. c. Aliquando autem prophetæ nesciebant respondere mox, vt quærebatur ab eis, sed post aliquantulum respondebant. Sic patet de Eliseo, quando rex Israel, & rex Iuda, & rex Amon quæsierunt de penuria aquarum, & ipse fecit modicum, & mandauit venire coram ſe psalmem, id est, citharistam, & cum caneret citharista facta est manus domini super eum, & respondit. 4. Reg. 3.
- C Aliquando autem prophetæ non respondebant statim, vt consulebantur, sed perebant inducias aliquorum dierum, in quibus vacabant orationi & iejunio, & tunc Deus respondebat eis. Sic patet de Ieremia, quando Iudei manentes in Iudea post captiuitatem Babylonis, & destructionem Ierusalem, mortuo Dodolia quæſierunt, an descenderent in Agyptum, & quid eis euenerit, & Ieremias orauit quatuor diebus, & in vltimo Deus respondebat ei. Ier. 42.
- D Eſcendit Elias quando voluit ſcire de fine capiuitatis Babylonicae, & de euenturis populo ſuo, vt intelligeret quædam visiones ſibi demonſtratas, & iejunauit tribus hebdomadis panem desiderabilem non comedens, & abstinenſe ab omnibus delicis, & in fine trium hebdomarum apparuit ei vir Gabriel, qui reuelauit ei quod petebat, vt patet Dan. 9. & 10. Iste modus fuit tam vulgatus apud Hebraeos, quod fere nihil erat, de quo homo vellet habere responſum à Deo, de quo non haberet.
- E C A P I T U L U M XLI.
- F De ſecondo modo consulendi Domini, qui erat per ſacerdotes, & erat diuinus in tres modos, & qui erant illi, & quomodo fiebant.
- G E C V N D U S modus consulendi Deum erat per ſacerdotes, & iſte erat diuinus in rebus. Primus erat faciendo quæſitionem preſente veste ſacerdotali. Erata uero modus, quod ſacerdos magnus indueretur vefib⁹ ſu⁹ ſacris, præcipue illa quæ vocabatur rationale & ephod, & tunc fiebat quæſito, & illico Deus respondebat. Sic fecit Dauid, quando erat in Ceila, & audiuit, quod Saul veniret ad capiendum eum, dixit ad Abiathar ſummum ſacerdotem, applica ephod, quo applicato, dixit ad Dauid. Domine Deus audiuit famam ſeruus tuus, quod defce. idat Saul vt deſtruat ciuitatem per me, ſi eſt ita an non? Et ait Dominus, descendet Saul. Et tunc dixit Dauid ſi descenderit Saul nunquid tradent me viui Ceila in manu eius? Et respondit Dominus, tradent. Quo cognito fugit inde Dauid antequam descenderet Saul. 1. Regum 23. Et iterum cum latrunculi Amalecitarum ſuccidiffent vrbem Siceleg: & captiuos duixiſſent uxores Dauid, & omnia bona eius, & virorum fuorum eo abſente, dixit ad Abiathar ſummum ſacerdorem, applica ephod, quo applicato dixit Dauid, perſequar latrunculos hos, & comprehendam an non? & ait Dominus, perſequere, abſque dubio enim comprehendes eos, & excutes prædam, & ſic factum eſt. 1. Regum 30. c.
- H D e iſtis quæſitionibus an fierent per quærentem, vel per ſacerdotem, & an in ſcripto, vel in voce, & de multis aliis circumſtantiaſ declaratum eſt late. 1. Regum 23. & 30. cap. Fiebant autem iſta responses virtute cuiusdam vefis ſacerdotalis, quæ vocabatur rationale, vel pectorale, & erat vefis quadrata ad magnitudinem vniū palmi, & ponebatur in pectori ſummi ſacerdotis. de iſta vefte quid eſſet, & de virtute eius declaratum eſt Exo. 28. c.
- I Secundus modus consulendi dominum per ſacerdotes erat, quando ipſi intrabant in sancta ſanctorum, & hoc fiebat per folios ſummos ſacerdotes. Hoc autem erat ſicut diximus ſupra de Moysen, ſcilicet, quod intrabant in sancta ſanctorum & audiebant vocem loquentis de propitiatorio. erat tamen differentia inter Moysen & ſummos ſacerdotes, quia Moyses intrabat quādūq; volebat in sancta ſanctorum non p̄miffa aliqua cæremonia vt colligitur Num. 7. nam ibi dicitur ad aliud, niſi quod cum Moyses ingredieretur, vt conſuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad ſe de propitiatorio de medio Cherubim. Summus autem ſacerdos non poterat intrare quādūcunq; vellet in sancta ſanctorum, ſed ſolum ſemel in anno in die propitiatiois quod erat die decima septimi mēſis Leuitici 16. & tunc debebat ſecum portare vas plenum prunis, & thymiamate, vt vapor crassus inde procedens obſuſcaret oculos eius, & non posset videre ea, quæ erant iuxta sancta ſanctorum, & tunc loquebatur Deus ad illum. Quod colligitur, quia eodem capit. dicitur, quod quādū ſummus ſacerdos intraret in sancta ſanctorum, nullus homo eſſet in exteriori tabernaculo, quod erat apud sancta ſanctorum, & hoc non erat propter aliud, niſi vt nemo audiret ea, quæ loquebatur Deus ad ſacerdotem. De hoc magis declaratum eſt Leuitici 16. Iste modus tamen consulendi rior erat, quia non poterat fieri niſi ſemel in anno, & ſolum ſuper rebus pertinentibus ad ſtatutum totius populi, quia illa die expiabatur pro peccatis totius populi, & conſitebatur ſummus ſacerdos ſuper caput capiēmissarii peccata totius populi, Leu. 16. c.
- J Tertijs modus consulendi per ſacerdotes erat per vefes ſacerdotis magni, ſcilicet, per ephod. Nam ephod erat quādām vefis, quæ vocatur ſuperhumeral, & ſuper duos humores ſacerdotis habebat duos ſardonyces, & dicit Iosephus 2. Antiquitatum, quod quando populus progresſurus erat ad bellum, iniduebatur ſacerdos ephod, & ex fulgore illarum ſardonycum ſue onychinorum colligebatur manifeſte an Hebrei vincerent, vel vincerentur. Iste modus consulendi erat ſatis vſitatus, ſed ſolum erat quando populus iturus foret ad bellum.
- K C A P I T U L U M XLII.
- L De 5. modo consulendi Dominum per ſomnia, & qualia erant illa ſomnia. Et 6. modo consulendi, ſi illico per fortes. Et de ſortibus diuiniſoriis, & consulitoris, & quando erant licita.
- M Q VINTVS modus principalis in ordine erat per ſomnia, qui erat ſatis frequentatus. Et non eſt putandum, quod iſtud eſſet credere ſomniis noſtriſ.
- N Nam iſta eſt ſuperſtitio, & Deus noluit obſeruari ſomnia Deut. 18. & in multis locis. Sed fiebat ſic, quod quando quis habebat aliquod honestum quod vigebat eum, in quo rationabiliter deſiderabat ſcire responſionem à domino, ſi non erat ſibi in promptum alio modo ſcire, iejunabat, & orabat aliquot diebus, & deinde ibat ad dormiendum, & dominus per ſomnium ostendebat ei declarationē illius dubii. Et ponitur

A ponitur à sacra scriptura iste modus inter modos consulendi Dominum, ut patet. Reg. 18. scilicet, Saul consuluit dominum, & non respondit ei per sacerdotes, nec per prophetas, nec per somnia.

Sextus modus consulendi dominum erat per sortes. Sunt autem duplices sortes, scilicet, quædam diuisoria, & alia cōsultatoria. De sortibus diuisoriis nihil est ad præsens, quia iste sunt, quibus nos vtimur quando volumus multas res inter multos diuidere. Sors cōsultoria est, quando volumus de vna aliqua re scire cui ex multis proueniat, vel quis ex multis illā rem fecit, de qua queritur. Et isto modo Iosue de mandato Dei quæsivit per sortes, quis peccasset in anathemate Ierico, & diuisit populum per tribus, & capta est forte tribus Iuda, & illam diuisit per familias, & capta est familia Zare, & ista familia diuisa est per domos, & fors cecidit super domum Zabdi, & illa diuisa est per viros, & cecidit fors super Achor, & lapidatus est, vt patet Iosue 7.

B Ide modus consulendi Dominum maxime circa criminaria erat valde periculosis, & erat valde incertus, scilicet, quia nesciebatur, an Deus concurreret cum sortibus ad ostendendum veritatem per illas, ideo nunquam iste modus veniebat in usum nisi quando Deus expresse mandabat, quia tunc apparet manifeste, quod ipse concurreret cum sortibus ad ostendendum veritatem per illas. Et ob hoc non ponitur iste modus inter alios modos consulendi Dominum, qui ponuntur i. Reg. 28. scilicet Saul consuluit Dominum, & non respondit ei per sacerdotes, nec per prophetas, nec per somnia. De sortibus quando sunt licet declarauit Num. 24. & 26. Iste modi erant valde conuenientes, potissimum quidam eorum, qui erat valde faciles, ita vt in omni re posset homo scire per illos iudicium Dei. Et tamen inter istos erant duo præcipui & faciliores, scilicet, per prophetas, & per sacerdotes consulendo in rationali, & in hoc dicebatur esse virtus ad cognoscendum omnia dubia Israëlitarum. Sic dicitur Exo. 28. scilicet. Portabit Aaron iudicium filiorum Israël in pectore suo. Portabat vestem, quæ vocabatur rationale, & in virtute illius iudicabat de omnibus dubiis filiorum Israël, vt declaratum est eodem cap.

## CAPITVLVM XLIII.

Quod omnes sex modi consulendi dominum cessaverunt apud Iudeos multo tempore ante adventum Christi.

C ESSAVERUNT autem isti modi consulendi Dominum apud Israëlitas aliquanto tempore antequam Christus veniret.

De principali modo, qui erat per prophetas patet, quia tempore Machabæorum, quando Iudas Machabæus, & Iudei purificauerunt altare, quod contaminauerant gentiles offerendo in eo porcos, & immunda sacrificia diis suis, abfuerunt lapides altaris, & posuerunt eos in monte, ne causa fuerunt eos dimittere in altari tanquam mundos, nec comminuere eos, & conuertere in calcem, aut ponere in loco immundo tanquam pollutos, & inutiles, sed polueruerat eos in montem, & dixit Iudas Machabæus quod maneret ibi lapides illi quoque veniret propheta Domini fidelis, qui diceret quid faciendum esset de eis. Et sic apparet quod tunc non erat aliquis propheta inter Israëlitas, per quem scirent veritatem. De hoc i. Macha. 5. Nec leguntur fuisse aliqui prophetæ inter Iudeos post captiuitatem Babylonis, nisi Esdras & Aggeus, Zacharias, & Malachias, qui fuerunt in immediate post captiuitatem, vt colligunt ex libris suis. Residuo autem tempore usque ad Christi adventum, quod fuit plusquam quadringentorum annorum, non leguntur habuisse prophetas, nec poterant consulere Dominum per illos.

De alio modo, qui erat per ephod sacerdotis summi, scilicet, per sardonyces eius fulgentes patet, quia Iosephus 2. Antiquit. dicit quod per ducentos annos antequam inciperet scribere librum Antiquitarum, cœslavit fulgor illarum sardonycum, & sic iam non poterant scire dubia per illas, quia per fulgorem iudicabantur. Fuit tamen Iosephus paucum tempore post Christum, & forte natus est Iosephus adhuc viuente Christo. Nam Ierusalem euersa fuit à Romanis 42. annis post Christi mortem, & tamen multo tempore ante eversam le-

D rusalem erat Iosephus dux belli Iudeorū contra Romanos in virbe, quæ vocabatur Iotapata, vt ipse testatur in libro de Bello Iudaico, quem conscripsit. Et sic plusquam per centum & quadraginta annos ante Christi nativitatem cessaret fulgor sardonycum.

De alio modo qui erat, quādo sacerdos intrabat in sancta sanctorum, & loquebatur ei Dominus de medio duorum Cherubim super arcam. Dicendum, quod cessauerat plausus sextentis annis ante Christi nativitatem, quia Iudei iam non habebant arcam. Illa quippe ante captiuitatem Babylonicā per Ieremiam fuerat de templo educta, & tulit eam in montem Phasga, vbi erat sepultus Moses, & posuit eam in spelunca illa cum corpore Moysei, vt patet 2. Mach. 2. c. non ergo posset iam sacerdos magnus audire Dominum loquenter super arcam post captiuitatem Babylonicā.

De alio modo consulendi, qui erat per rationale sacerdotis, quod iam cessasset patet, quia sicut cessauerat virtus sardonyca, quæ erat in ephod summi sacerdotis, ita cessaret virtus ipsius rationalis, quia rationale, & ephod quasi idem vestimentum erat, cum unum esset mixtum in alio, Exod. 28. scilicet, rationale erat colligatum per catenulas & iuncturas fabrictas in foramato ephod.

E De omnibus autem modis consulendi Dominum generaliter, quod cessassent iam tempore Machabæorum patet, quia quando Iudas Machabæus posuit lapides pollutos altaris in monte, i. Mach. 5. dicit, quod manerent ibi quoque veniret fidelis propheta, qui diceret quid de illis fieri debet, si aliquis modus adhuc consulendi dominum maneret, consuluerint dominum per illum, quid agendum esset de lapidibus. Et tamen sub dubio reliquerunt eos in montem, vt futuris temporibus sciretur quid agendum foret de illis, ergo non habebant aliquem modum, per quem cōsulerent possent dominum. Aliis autem temporibus, saepe cessabant apud Iudeos omnes modi consulendi dominum, scilicet, quia ipse irritatus nolebat respondere per aliquem illorum. Et intantum durabat hoc, quod credebat Iudei quod nūquam amplius Deus responderet eis per aliquem modum. Sic patet Psal. 73. cum dicitur, signa nostra non vidimus, iam non est propheta, & nos non cognoscet amplius, & dicitur, signa nostra non vidimus, id est, non videmus responsionem Dei per aliquid de sex modis, quibus solebamus consulere dominum, quia isti modi erant signa inter Deum, & populum, scilicet, signa intelligendi, sicut voces nostræ vocantur signa mentis nostræ i. Per hinc. scilicet, quia sunt signa, per quæ mutuo nos intelligimus. Et dicitur iam propheta non est, id est, nullus propheta, per quem consultus Deus respondeat.

Si obiiciatur, quod iste qui componebat Psalmum istum, erat propheta.

F Dicendum, quod erat de illis prophetis, per quos Deus pronunciabat laudes suas, & Psalms, sed non de illis, per quos consulueretur, & responderetur, & talis erat David, quia ipse fecit plures Psalms quam omnes alii prophetæ simul, & tamē Deus nunquam respondebat per eum, sed potius ipse in dubiis suis consuluebat dominum per alios, scilicet, interdu per sacerdotem magnum, interdu per prophetas. Patet de sacerdotem magnum, interdu per prophetas. Patet de sacerdotem magnum, vt patet primo Regum 23. & 30. capit.

De prophetis patet saepe, nam Deus nō consueuerat loqui per se ad David, sed per aliquem prophetam, sicut si loqueretur ad quemcunq; profanum virum. Patet, nam quando voluit ædificare templum, Nathan propheta fuit ad eum missus, ne ædificaret. 2. Reg. 7. & i. Paralip. 17. & quando peccauit cum Berithabee, & fecit occidi Vriam, missus est ad eum Nathan propheta, 2. Reg. 12. & quando post pœnitentiam Deus commutauit ei pœnam, missus est iterum Nathan ad reuelandum hoc eo.c.

Item propheta Gad missus fuit ad eum ad nunciandum, vt fugeret, cum sequebatur eum Saul. i. Reg. 22. Et quando peccauit numerando populum missus est ad eum Gad denunciatis pœnam 2. Reg. 24. & i. Paral. 21. & de multis aliis prophetis erat sic. Et tamen David vocatur propheta per excellētiā quā ipse fuit summus omnium. De differentiā istorum prophetarum, scilicet, qui canebant Dei laudes, & illorum, per quos Deus consultus respondēbat, vel non con-

A fultus aliqua annunciarī mandabat, declaratum est satis primo, Reg. 10. & 19. & 1. Paralip. 25. Et dicitur ultra, & nos non cognoscet amplius, id est, nunquam iam veniet aliquis propheta, qui nos cognoscet, & respōdeat nobis de dubiis. Hoc dicebatur, quia tanto tempore fuerant sine prophetis, & aliis modis consulendi dominum, quod quasi desperabāt se iam habituros aliquando prophetas. Iste modi quandiu manserunt, fuerunt valde utiles, & faciles & certissimi, cum per quē libet eorum Deus responderet. Sed lex noui testamenti est perfectior veteri testamento, & magis ordinata. Debuit ergo relinquī Christo modus aliquis ita certus, sicut vnum de illis ad certificandum nos de omnibus dubiis, quae accidere possent in novo testamento. Et tamen nullus talis modus est in novo testamento ad certificandum de dubiis: quia nec prophetas habemus, nec vestes sacerdotiales, in quibus Deus consultus respondeat, nec aliquid consimile.

## CAPITULUM XLIV.

*Quod status noui testamenti sit melius ordinatus, & perfectior, quam status veteris testamenti. Et in quo, & quomodo lex vetus quedam permittit: lex tamen noua nullum saltem minimum. Et quare non de uitā dari Iudeis à principio legem perfectam, sicut est lex noua. Et quod lex vetus est quasi media inter purum bonum & purum malum.*

R E S P O N D E N D U M quod lex noui testamenti, & status iste est valde melius ordinatus, quam status veteris testamenti. Quod patet quia per legem veterem nemo poterat deduciat perfectionem, vt dicit Apostolus ad Hebr. septimo, scilicet neminem ad perfectionem deduxit lex. Et tamen in novo testamento est via ad perfectionem, & sepe dicitur, si vis esse perfectus, factalia, & talia.

Item in veteri testamento permissa fuerant aliqua, quae erant mala, vt dare ad usuram extraneo, etiam dare libellum repudii, Deut. 23. & 24. In novo autem testamento dixit Christus, quod iam non esset sic. Vnde Marth. 5. & 19. retulit Christus multa, quae licita apud antiquos videbantur, & emendavit ea, dicendo, quod de cetero non fierent, sed magis limavit & restrinxit viam.

Hæc autem differentia noui, & veteris testamenti non est tanquam ordinator noui testamenti sciuerit dare bonas leges, & disponere bene politiam suam, & ordinator veteris testamenti, aut nescierit bonas leges dare, aut potius malas, sive imperfectas dare voluerit, sicut dixit Manicheus, scilicet quod Deus bonus dederat nouum testamētum, & Deus malus dederat legem Moysi. Et Deus bonus fecerat lucem & masculum, & Deus malus fecerat tenebras & fœminam. Abomināda enim hæc sunt pariter, & ridicula. Nam idem Deus & Dominus est, qui dedit legem Hebreorum Moysi reducendo eos de Ægypto, & qui in fine temporum carne velatus nouum testamētum instituit. Sed istud longe excellenter fuit quam lex Moysi, quia ipse conditor videbat sic expedire. Erant enim Iudei populus rūdis, & incredulus, & asperitus malis moribus a pueritia sua, ideo non erat ei danda lex confessim perfecta, quia non possent ad eam peruenire transiendo subito, & sine medio de extremo ad extremum. Lex autem noui testamenti data est tempore, quo homines erant dispositi ad perfectionem, ideo debuit esse perfecta. Lex autem, quae data est Iudeis debuit esse talis, quae esset media inter purum malum, & purum bonum. Purum malū erat conueratio Gentilium in sacrificiis deorum suorum, in quibus non solum licebat malum, sed etiam quicunq; mala plura faciebat plus placebat diis suis turpissimis. Purum bonū est lex noui testamenti, quae ita per omnia pura est, sicut argētū igne examinatum, quae nec minimum malum permittit, sed ad omnem virtutem promouet, & omne vitium detestatur. Et non solum detestatur vita, sed etiam illa remouet, quae possunt esse vitiorum occasio, fraudens hominibus venire ad perfectionem vendendo omnia, & erogando pauperibus pro Christo, & tollendo crucem & sequendo eum. Erata autem ista lex tam perfecta, & sancta, quod si tradita fuisset Iudeis à principio nullo modo potuissent eam tolerare, & mox abiecissent, & fieret prorsus inutilis. Debuit ergo dari lex, quae esset media inter purum malum, quod con-

tinebant institutiones de orum Gentilium, & purum bonum quod continet lex Christi. Talem autem legem necessē erat continere aliquid imperfectum, vel malum large loquendo, & aliquid bonum, vt sic participaret cum vitroque extremo. Et sic fuit, quod aliqua præcepta continebant ibi bonum, per quod homo ordinabatur in rectam fidem, & in cultum vnuis veri Dei, & alia præcepta, quæ melius vocarentur permissiones continebant imperfectionem gentilitatis, scilicet, dare ad usuram, & dare libellum repudii, & quod homo occideret inimicum suum. Quia tamen, vbi aliquid de malo est, torum cui commiscetur malum est, cum bonum non possit consistere nisi ex causa integra conuenientibus in vnum omnibus circumstantiis bene ordinatis, & malum sit ex defectibus singularibus, vt ait Dionysius. Et colligitur 2. Ethic. oportuit, quod ad hoc, quod tota lex Iudaica non esset mala, quod ex concessione legislatoris fieret licitum id, quod alias erat illicitum, & sic factum est, quia dare libellum repudii, & dare ad usuram, & perseguī inimicum ad mortem non fuit peccatum Iudeis quandiu durauit lex illa, licet aliqui contrarium velint, quod esset satis absurdum, de quo late disputauimus Deut. 24.

## CAPITULUM XLV.

*Quod lex noua, quae est simpliciter bona, est Iudeis mortifera & inutilis. Et ibi tres optime op̄ nōnes inter legem nouam & veterem, & quod non expedit pro ciuitate, querere optimam politiam, sed utilior est illa, quae est imperfecta, & quod non conuenit dari optimas leges cuilibet politie.*

I STA lex aliqualiter bona, & aliqualiter imperfecta, & vt ita dicam, mala data est Iudeis, & conuenienter data est, quia non decebat nec expediebat eis meliorem legem dare propter suam imperfectionem, sicut est in infantibus recente natīs, quibus lac dandum est, & non cibus solidus, & licet cibus solidus absolute melior sit & magis nutrit, & immaterial membris, tamen pro infantibus propter suam teneritatem esset mors, quia non possent digerere illum & morentur fame.

Istam comparationem ponit Apostolus loqueas Corinthis, qui erant noui in doctrina fidei, & ob hoc Apostolus non declarabat eis mox secreta, & ardua fidei, sed ea, quae planiora erant, vt patet ad Cor. i. c. i. f. Et ego fratres non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam parvulis in Christo lac vobis dedi potum, & nō escam, non enim poteratis, sed & nec nunc potestis, scilicet, sumere escam. Quando autem iam est aliquis instructus & exercitatus debent ei dici ardua, & secreta fidei. Sic dicit Apostolus e. c. scilicet, & ego cum venissem ad vos fratres non veni in sublimitate sermonis, non enim scire me iudicauit inter vos nisi Christum, & hunc crucifixum. Et sequitur. Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sic etiam patet i. Pet. i. c. dixit beatus Petrus nouiter conuersus, & adhuc rudibus in fide, scilicet, quasi modo geniti infantes lac rationabile concupiscere, id est, non concupiscere scire altitudinem secretorum fidei, quia ista tunc sicut solidus cibus, sed concupiscere lac rationabile, id est, doctrinam planam, quae est lac rationabile, i. lac rationis & intellectus, & non est lac corporis. Vel dicitur lac rationabile, id est, conueniens quantum vos potestis capere.

Alia similitudo est vel comparatio, sicut si quis comparet virum ad puerum. Nam doctrina ae vita viri melior est & excellentior, & liberior est, quā vita & doctrina pueri. Nam vir liber est, puer autem sub paedagogo est, & timore & verberibus ad bonum inducitur, vir autem solo amore, & libertate. Sic comparat Apostolus istas duas leges ad Gal. dicens, quod quanto tempore hæres parvulas est, nihil differt a seruo cum sit Dominus omnium, sed sub tutoribus, & auctoribus est usque ad tempus præfinitum a patre. Ita dicit, quod eramus nos cum essemus in statu veteris testamenti. Et subdit. Lex itaque paedagogus noster fuit in timore.

Alia similitudo est de ordinante politiam, & leges pro illa. Nam inter politias, quae distinguuntur per genera principatus, nulla est simpliciter melior quam illa, quae regitur principatu monarchico, quia ista est simpliciter bonus, & conuenit naturæ, vt patet 12. Metaph. scilicet, mala est pluralitas

A

principum: bonus est vius princeps. Et patet hoc magis 8. Ethicorum. & 3. Politicorum. Et cum iste principatus sit plumperius bonus, dicit Aristo. quod melius & securius est politius habere principatum democraticum quam Aristocraticum, vel monarchium, licet isti sint duo boni principatus, & democraticus sit tertius de malis principatibus, & imperfectis. Et hoc solum est propter imperfectionem eorum, qui sunt in politia. Nam non possent tolerare forte optimum principatum sine inuidia, & scandalis, & istum, qui est imperfectus, quia est possibilis communicari omnibus, tolerant.

De legibus eodem modo est, quia sicut non conuenit pro qualibet politia querere optimū principatum, ita nec conuenit ei dare leges optimas, quia optimæ leges illæ dicuntur, quæ plura mala vetant, & pauciora, vel nulla permittunt. Homines tamen imperfecti non possent tales leges tolerare, ideo cōuenit hominibus imperfectis dare leges imperfectas. Sic autem erant Iudei quando exierunt de Aegypto. Nam erant assueti ad cultum idolorum, ut declaratur Ezechi. 33. ca. Et huius signum est, quia illico ut de Aegypto exierunt, petuerunt fieri fībi Deos, qui præcederent eos, & fecerunt vitulum aureum Exod. 32. scilicet quia Deus, quem celebrant in Aegypto, erat quidam bos, qui arte dēmonum apparebat viuens quolibet anno certo die, & ambulabat ante Aegyptios de quo satis dictum est Exod. 32. Erant etiam assueti ad omnem immunditiam gentilium, ideo non videbatur possibile eis transire de imperfectione subito, immo de puro malo ad purum bonum, & sic data est eis talis lex.

## CAPITULUM XLVI.

*Quare in veteri lege permittebantur quadam, quæ erant simpliciter mala scilicet v̄sura, libellus repudii, & occisio inimicorum in no. entum. Et quodlibet specie alia causa. Et quomodo in noua lege nihil istorum peccatum tñtur.*

**E**x hoc autem fundamento patere potest causa omnium imperfectionum, quæ ponuntur, vel permittuntur in veteri testamento. Vnde necesse erat, quod in eo permetterentur aliqua quæ essent alias mala, & ponerentur aliqua, quæ essent secundum se inutilia. De primis patet, quia malum erat dare ad v̄suram, siue fratti siue alienigenæ. Concessit tamen Deus Iudeis, quod darent ad v̄suram alienigenis, Deut. 23. Et hoc quia ipsi erant tam cupiditati, quod si non permetteretur eis dare ad v̄suram gentilibus, darent ad v̄suram fratribus suis Iudeis, vel nunquam mutuarent aliquid sed magis furarentur ad inuicem, & prædas agerent.

Item permisit Deus, quod daretur libellus repudii quando mulier non placeret viro, quia si non permisisset Deus istud, erant Iudei tam crudeles quod occiderent vxores, & affligerent eas, & despicerent, & superinducerent concubinas. Ut ergo non haberet istud locum, fuit data licentia Iudeis, quod mox, ut non placeret eis viro, repudiare possent eā, & accipere aliam. Sic colligitur Malac. secundo, vbi increpat Deus Iudeos dicens, quod non despiciant, nec affligant uxores pubertatis suæ, sed si non placuerint in eis, quod dimittant eas abire, scilicet dato libello repudii, & non affligant eas. De hoc dixit Christus Matthæi quinto, & decimonono, quod dare libellum repudii malum erat, & tamen Moyses permisera ad duritiam cordis Iudeorum, id est, quia erant duri corde, & alias non potuissent in pace vivere. Ita etiam erat quantum ad homicidia, quod si quis occideret alium casu, ita ut nulla culpa interesseret, si tamen cognati hominis occisi possent inuenire occisorem extra urbem refugii, licebat eis occidere illum. Numero 35. & tamen ille homo non erat reus mortis, sed vere innocens. Et sic erat vere istud malum, cum etiam talis homo secundum iura humana non occidetur. Et tamen à Deo permittebatur ad duritiam cordis Iudeorum, quia si hoc non permisisset, occidissent etiam inimicos suos in urbibus refugii, ideo permisit minus malum, ut in pace viuerent.

In nouo autem testamento nihil istorum permittitur. Nam non datur libellus repudii, sed quicunque dimiserit uxorem, & aliam superduxerit, mæchatur, & quicunque acceperit dimissam, mæchatur Matthæi quinto, & decimonono. Etiam non permittitur v̄sura quantum ad aliquos ho-

mines, sed quod gratis concedamus mutuum, scilicet mutuū dantes, & nihil inde sperantes. Lucæ sexto. Imo quod plus est, lex Euangelica admonet nos gratis, dare scilicet donando, & non mutuo quidquid habemus quādō à nobis petatur Mat. 5. scilicet omni petenti te, tribue.

Item in novo testamento non solum non permittitur alicui occidere inimicum suum, scilicet occisorem casualem, sed nec etiam occisorem voluntarium, sed magis moneret, ut diligamus inimicos nostros, & benefaciamus his, qui odrerunt nos Matthæi 5. & Apostolus ad Romanos 2. si furierit inimicus tuus ciba illum, & si sit potum illi da. O quanta differentia vtriusque legis. Videtur enim differentia quasi inter bonum, & malum, & lucem, & tenebras.

## CAPITULUM XLVII.

*Quod in veteri lege oportebat a'iqua fuisse inutilia. Et quare Deus imposuit Iudeis tantam multitudinem nem sacrificium, cum ipsa nihil p'oficerent. & quare laudat illa, cum essent fætida & abominanda.*

**E**x hoc etiam fundamento sequitur quod aliqua in veteri testamento debebant esse inutilia. Nā intentio fuit p'cipe trahere Iudeos ad cognitionem suam aliqualem, ita ut eum Deum solum esse crederent, & eum solum colerent. Et quia Deus purus spiritus est, sufficiebat cultum eius fieri spiritualiter, & non in aliquibus exterioribus administrationibus, sed in solis virtutibus animæ. Sic dicit beatus Augustinus in Enchiridion: spe, fide, & charitate colitur Deus. Sic dixit Christus Ioannis quarto, Deus spiritus est, & eos, qui eum adorant oportet in spiritu ambulare. Ob hoc autem non erat necessaria aliqua mactatio pecorum, & crematio eorum, & tanta multitudo sacrificiorum tam presumptuosa. Nam quotidie sacrificabant, & in festiuitatibus fiebant maiora & accumulata. De quibus patet Num. 28. & 29.

Dicendum tamen, quod Deus voluit dare diversa genera sacrificiorum & occupationem magnam in illis & expensis, ut abstraheret Iudeos ab idolis. Nam Iudei ante hoc assueti erant colere idola sicut gentiles, ut supra declaratum est. Gentiles offerebant diis suis sacrificia animalium, ideo Iudei secundum antiquam consuetudinem adhuc offerrent animalia dæmonibus. Ut ergo Deus abstraheret eos à cultu idolorum, voluit, quod illa sacrificia, quæ dæmonibus oblati erant offerrent fībi, & non peccarent. Et sic licet ista sacrificia secundum se nullius uirtutatis forent, sed magis videntur fætida, & immunda, scilicet cremare carnes animalium, & effundere sanguinē apud altare, & per parietes altaris, & quod deterius erat, cremare omnes adipes coram Domino, & cum ista tam fætida essent, dominus tamen dicebat, quod odore adipis combusti erat fībi suauissimus, Leuit. tertio, & quod omnes adipes cremarentur coram Domino, & quod nemo comedetur adipem, sed cremaretur in altari, Leuit. tertio, & sepmimo. Hoc tamen Deus dicebat, ut non videretur Iudeis, quod Deus abominaretur sacrificia eorum, sed magis, quod honorabat ea, & per hoc induceret eos ad fībi soli sacrificandum. Ad veritatem tamen non erant ista sacrificia munda, ut Malachias propheta innuit loquens Iudeis de vocatione gentium, scilicet, non est mihi voluntas in vobis, dicit dominus, magnum nomen meum in gentibus, ab ortu solis usque ad occasum, in omni loco offertur mihi sacrificium mundum, scilicet panis & vinum. Vocando ergo sacrificium istud mundum, quod gentes oblati erant, innuebat, quod sacrificia, quæ Iudei offerebant, non erant munda Mala. 2. c.

Alia causa istorum sacrificiorum erat, quod Iudei erant nimis grossi & carnales circa cognitionem Dei. Et cum Deus veller quod colerent eum, & tamen ipsi non possent eum perre spiritualiter colere sicut colendus erat, quia ipsi erant carnales, oportuit, quod daret eis aliquem modum grossum, & carnalem, in quo eum colerent.

*Et iste fuit colere eum in diuersis generibus sacrificiorum.*

## CAPITVLVM XLVIII.

*Quod erant aliqua inutilia in veteri lege, scilicet, multitudine contaminationum, & purificationum, & distinctio quorundam ciborum. Et quare Deus ista mandaret.*

**E**RANT autem alia in veteri testamento, quæ secundum esse erant inutilia, scilicet, multitudine purificationum ab immundis. Nam diuersimode contrahebant immunditiam & varie erant purgationes, de quibus Leu. 11. & 12. & 13. 14. 15. & 17. & 21. & 22. & Numeror. 5. & 19. & in multis aliis locis. Istud autem siebat propter duo, primo ad ostendendum sanctitatem & munditiam Dei Israel super Deos Gehiūm. Nam dii Gentium non abiiciebant immundos, Deus autem voluit, quod in multis possent contaminari Iudei, & ista contaminatione esset solum legalis, scilicet respondebat sacrorum, ita vrille qui sic pollutus esset, non accederet ad sanctuarium, nec res sacras, et si accederet, moreretur. Leu. 15. In quo apparet quanta erat munditia Dei sui, quād ad templum suum, quod erat materiale non licebat accedere immundos, et si accederent morerentur. Quod autem ad istum finem ponenterur iste leges cōtaminationum & purificationum, patet, quia quando cumque agitur de ipsis, dicitur exhortando ad Iudeos Sancti estote, id est, mundi, quia ego sanctus sum Deus vester Leu. 11. & 15. 18. & 19.

Alia causa est, & ista est generalis ad omnes cæremonias veteris testamenti, scilicet propter occupationem. voluit enim Deus quod Iudei tot cæremonias obseruare deberent, in quibus impliciti vix respirare possent, ut non vacaret eis colere idola, aut declinare ad alia superstitiones, quod fieri si lex ista facilis esset, & paucarum oblationum. Et ob hoc ista ita grauis lex, scilicet propter multitudinem cæremoniarum, quod vix poterant homines eam implere. Sic dicitur Act. 15. quando quidam volebant obligare conuertos de Gentilitate ad Christum ad oblationem legalium, scilicet & nunc curtentatis imponere iugum super cœrueces discipulorum, hoc est enim iugum, quod nec nos, nec patres nostri ferre potuimus?

Erant autem alia superfluavel inutilia, scilicet discretio ciborum, quia non licebat Iudeis comedere de omnibus animalibus, sed erant eis multa vetita, Leuit. 11. & 14. Fiebant autem hæc propter duas causas supra proximo assignatas. Aliae causæ erant magis in speciali omnium istorum, de quibus latius diximus in locis suis exponendo.

## CAPITVLUM XLIX.

*Quod in novo testamento non sunt aliqua sacrificia carnium alterius modi, sicut in veteri, sed solum maxent duo sacrificia, scilicet Eucharistia, & sacrificium laudis. Et quare hoc.*

**I**N novo autem testamento nihil istorum est. Non enim sunt sacrificia aliqua inutilia in animalibus, nec in aliis, quæ offerebantur in veteri testamento. Quia omnia hæc multo tempore ante Christi adventum, scilicet plusquam annis sexcentis Esaias ostenderat inutilia esse Isai. 1. scilicet quid mihi multitudinem victimarum vestrarum dicit dominus. Plenus sum, holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum noltui, cum veneris ante conspectum meum, quis quæsiuit hæc de manibus vestris, ut ambularetis in atris meis, ne offeratis ultra sacrificium frustra, incensum abominatio est mihi. Nullum ergo sacrificium est in novo testamento nisi sacrificium corporis, & sanguinis Domini, quod fieri iussi in memoriam passionis suæ benedictæ. 1. Corint. 11. scilicet, quotiescumque feceritis, mortem Domini annunciatibis, donec veniat. Est etiam istud sacrificium necessarium ad vultatem nostram, quia in ipso vivificatur, & roboretur, sicut Christus dixit Ioa. 6. nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Reliquum autem sacrificium nullum est in novo testamento nisi sacrificium laudis, quod abiecit ceteris veteribus sacrificiis carnium, dixit propheta esse tenendum, & ideo grauissimum. Psa. 49. scilicet. Non accipiam de domo tua virulos, nec de gregibus tuis hircos, quoniam mæ sunt omnes ferae syluarum iumenta in montibus, & boues, cognoui omnia volatilia cœli, pulchritudo agri me-

cum est, si esuriero non dicam tibi, meus est enim orbis terrarum, & plenitudo eius, nunquid manducabo carnes taurorum aut sanguinem hircorum potabo? q.d. non. Et sequitur sacrificium, quod offerre debeamus, scilicet immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Et iterum. Sacrificium laudis honorificauit, & illic est iter, quo ostendam illi salutare meum. Istud sacrificium abundantissime obseruat lex noua, quia tota occupatio ministrorum ecclesiasticorum diurna & nocturna est totum tempus in Dei laudibus agere.

## CAPITVLUM L.

*Quod in novo testamento non sunt contaminationes, & purificationes legales. Et quod solum est immundum quod coinqnat animam. Et quod iam non est distinctio ciborum.*

**E**TIAM non sunt in novo testamento contaminationes & purificationes varia respectu facrorum quia sicut ceſauerunt materialia sacrificia, ita & corporales immunditiae & purificationes. Nihil enim nunc reputatur immundum, nisi quod peccatum est, & animam iniquam & inquinatam reddit, fordes autem corporum pro nullo à nobis habentur, quia Deus ad ista nō aduerterit. Ipse enim, omnia corpora tam munda quam immunda fecit, & omnia bona sunt. Sic nos docuit Christus Matth. 15. loquens contra Phariseos, qui curabant de munditia corporis, & non attendebant ad munditiam mentis, dicens. Manducare non lotis manibus non coinqnat hominem, quia quod per os intrat, in ventrem vadit, & in secessum mittitur, à corde autem exeunt prava cogitationes, furta, adulteria, homicidia, quæ inquinant animam. Ideo tota obseruatio noui testamenti est circa mentem ut non polluantur. De corpore autem pauca vel nulla cura habenda est, nisi quatenus non offendamus proximos per nostram corporalem immunditiam.

Non est etiam in novo testamento ciborum discretio. Sed omnia mundari, & sumi licet cum Dei benedictione, & gratiarum actione. Hoc fuit monstratum beato Petro in visione cum iam circa horam nonam in oratione existens famesceret, & venit de Cælo vas plenum animalibus diuersorum generum, quæ secundum legem Moysi immunda erant, & vox facta est ad eum de cælo, occide Petre, & comedere. Et ipse ait, Domine, commune, & immundum nunquam intravit in os meum, & vox ad eum dixit, quod non vocaret immundum id, quod Deus creauerat. Et sic in uitiam in novo testamento omnia sumenda esse Actu. 11. & sic postea diffinitum est in concilio Apostolorum Actu. 17.

## CAPITVLUM LI.

*Quare Deus in veteri testamento non solum dedit leges pertinentes ad cultum suum sed etiam leges forales pure pertinentes ad communicationem humaram. Et quare in novo testamento nulla leges forales date sunt.*

**E**X hoc etiam fundamento factum est in veteri testamento, quod ponerentur etiam leges forales, scilicet de seruis & iniuriis, & damnis, & furtis, & aliis, quæ pertinent ad humanam conuersationem qualiter puniri deberent, qui circa ista delinqueret. etiam leges circa successiones hæreditarias, & circa matrimonia, & similia. Exod. 21. & 22. 23. & Num. 37. & 36. & Deuterom. 22. & 21. & 22. 23. 24. 25. & in multis locis. Et sunt istæ leges tales, quales sunt leges municipales aliarum gentium.

Istud factum est primo propter incredulitatem istius populi. Nam si Deus non dedisset istas leges forales Iudeis, oportet constitui illis leges per rectores suos, & putarent se non regi à Deo, si Deus expresse non dedisset illis leges.

Secundo propter ruditatem populi, quia erat ille populus rudit, & forte nesciret se gubernare, & condere sibi leges convenientes nisi Deus eis daret leges. Patet hoc quia quando erant Isaelites in deserto Sinai Moyses gubernabat solus totam multitudinem & propter defectum regiminis ipse labrabat tota die audiendo litigia, & non finiebantur negotia populi. Quod videns Iethro soecer Moysi gentilis quidem & facerdos Madian, dixit ad Moysen, stulto labore consumeris tu, & populus, qui tecum est, sed accipe consilium meum, & Dominus erit tecum. Et ita ordinati fuerunt iudices in Israel

A ad consilium Iethro, qui erat unus vir Gentilis. Exod. 18. & Deutero. 1. Et totus Israël, ubi erant sexcenta milia peditum cum sanctissimo propheta suo Moysè nescierant prius dare modum quo regerentur, & mox ut videbunt bonum modum quem dedit Iethro acceperunt illum. Quod satis cedit generi Iudeorum ad ignominiam, sed omnia diuina dispensatione facta sunt. Decuit ergo quod Deus daret eis leges forales ad supplendum defitum eorum.

Tertio factum est ad tollendum Iudeis locum errandi, quia si non dedisset Deus eis leges forales, ipsi accepissent leges tales, quales habebant Aegyptii, inter quos vixerant, vel Chananaei, inter quos moratur erant. Et forte acciperent tales, quae in se continerent peccatum, sicut erat de plurimis legibus gentilium, vel saltem præstare eis occasionem ad cultum idolorum. Et illa fuit causa præcipua huius. Nam Deus in omnibus voluit subtrahere Iudeis occasionem inuidi gentiles, & communicandi cum eis. Exod. 34. & Deute. 12. & fere per totam legem.

Quarto factum est ad dandam pacem populo, quia cum esset populus rufus, & imperfectus, non esset facilis ad concordandum in conditione legum, si per principem aut per eos condendæ forent: Ut ergo auferretur locus iudiciorum Deus dedit istas leges. In novo autem testamento nihil horum est, quia non ponuntur leges aliquæ de foralibus: solum enim Christus regulauit nos. Primo in fide, deinde in charitate, qualiter ad Deum, & ad proximum se quisque habere debeat. Postea vero tradit quædam generalia documenta de virtutibus. De rebus tamen humanis in particulari gubernandis nullam legem tradidit, principibus ecclesiasticis. prælati omnia reliquens, eo quia obseruatis eis, quæ pro fundamento tradidit, impossibile erat errare in aliquo opere.

De hoc tamen scilicet, quare Christus in novo testamento non tradiderit leges particulares, sicut tradidit in veteri, plenissime dictum est in quodam libello nostro, ubi disputare incipimus quæstionem de præscriptione, an sit licita. & ibi ponuntur decem differentiæ noui, & veteris testamenti, ideo pro nunc nihil de hoc dicamus.

## CAPITULUM LII.

Quare oportuit esse multis prophetas, & alios modos consulendi Dominum in veteri testamento, & de incredulitate Iudeorum. Et quare Deus non dedit legem per al quem bonum, sed per se in voce tubæ: Et quod si et consulendo super rebus paruis: si indignum, non solum Deus tolerabat hos, sed etiam & rogabat Iudeos, quod confulerent eum.

E X eodem etiam fundamento, insurgit quod Iudei debarent habere multis prophetas, & alios quamplurimos modos consulendi Dominum. Erant enim Iudei rudes & imperfecti, & potissime laborabant virtus incredulitatis. Nulla enim gens fuit inquam ita incredula sicut Iudei. ideo nunquam credebant, nisi viderent signa manifesta. Et de hoc Christus increpauit eos, quia postquam fecerat tot miracula qualia nullus alius fecerat: adhuc pertabant ab eo signum, ut crederent ei. Et ipse dixit: Generatio prava & incredula signum perit, & signum non dabitur ei, nisi signum Iona propheta. De hoc Matth. 12. & 16. Apostolus etiam assignans conditionem Iudeorum, & Graecorum ait: Iudei signa petunt, Graeci autem sapientiam querunt. 1. Cor. 1. ut ergo Deus condescenderet infirmati, & imperfectioni eorum ostendebat eis multa signa, ut in educatione de Aegypto inferendo decem plaga Aegyptii, Exod. 7. ca. usque ad duodecimum. Et aperiendo mare rubrum, Exod. decimoquarto capitulo, & ibi submergendo Aegyptios, & liberando eos, dulcorando aquas amaras in Mara, Exod. decimoquinto capit. Dando eis manna quotidie de celo ad comedendum in abundantia per quadraginta annos. Exod. decimoexto. Dando coturnices bis, ut comedenter, Exod. decimosexto. & Numeri II. c. Executiendo bis aquam de petra, Exod. decimo septimo & Numeri. 20. & fere quotidie habebant signa. Nam Angelus domini præcedebat eos in columna nubis per diem, & per noctem in columna ignis, & pendebat super casta ista columna per noctem ad illuminandum omnia castra, Exod. decimoquarto, & 40. & Numeri nono, & decimoquarto: & in his omnibus adhuc non credebant ei, sed murmurabant volentes

D redire in Aegyptum sepe Exod. decimoquarto. & Num. vndecimo, & 14. c.

Et ob hoc quando data fuit lex in mō e Sinai noluit Deus dare, vel mittere illā per aliquem hominem, quia crederent, quod illa lex erat alicuius hominis, & non Dei, ideo dedit eam per se in sonitu buccinæ, nube operiente montem, & fumo in igne, & caligine magna circumdante, Exod. decimo-nono. Ita ut ista ostenderent diuinam maiestatem aduenisse ad caput montis, & in voce tubæ data sunt decem præcepta, & continuatur erat Deus in reliquā legem, nisi quia Iudei non potentes ferre vocem Domini dixerunt, non loquaris tu nobis, ne moriamur, sed loquatur Moyses, Exod. vigesimo & Deuterono. quinto. Quia tamen adhuc posset Iudeis ori præsumptio, an Moyses configebat eis dare legem, vel accipiebat illam à Deo, loquebatur ad illum Deus in columna nubis, videntibus omnibus Israelitis, quod loqueretur ad eum. Exodi trigesimo tertio, & hoc faciebat, ut crederent ei, vt patet Exodi decimonono cap. scilicet, iam nunc loquar ante coram toto Israël, vt credant tibi omni tempore. Et adhuc omnibus istis signis quotidie factis, & qui erāt adhuc inter oculos discredibant Dominum, & pertabant fibi fieri Deos argenteos, & aureos ad colendum, Exodi trigesimo secundo cap. Oportuit autem propter hoc inter Iudeos esse prophetas multos, & alios modos consulendi Dominum. Errantum erat Deus familiaris eis respondendo, quod videretur nobis quasi diminuere auctoritatem Dei, vt non solum pro rebus magnis Deus adiretur, & consulteretur, & responderetur, sed etiam pro yna asina perdita, & pro vna gallina, vel veste, aut re minima non nominanda adirentur prophetæ Domini, & Deus per eos responderet. Hoc tamen Deus partebatur propter imperfectionem Iudeorum, vt auferret eis occasio nem peccandi, quia si eis consilientibus Dominum super anima perdita, vel alia re parua, Deus non responderet, irent mox ad consulendos dæmones, & magos iucantatores, & nigromanticos, & diuinatos, & omne genus maleficiorum.

Quod autem propter hoc fieret patet, quia Deuteronom. decimo octavo, ubi ponuntur omnia genera maleficiorum, quæ erant apud gentiles, & vetatur Iudeis, & subditis. Tu autem aliter à Domino institutus es, scilicet per prophetas consulere, & non per maleficos, ideo subditur in immediate ibi. Prophetam suscitabit ibi Dominus, scilicet à Prophetis quæres, & non à maleficiis.

Sicut etiam patet Numer. vigesimo quarto, cum Balaam laudans Israelitas ait. Non est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israël, temporibus suis dicitur Iacob & Israël, quid operatus sit dominus, id est, non est opus esse diuinationem, nec augurium in Israël, quia temporibus suis, id est, quando fuerit conueniens dicitur Israël per prophetas, scilicet quid operatus sit Dominus, & sic non oportet, quod vadant ad consulendum aliquem alium. Et propter hoc non solum Deus tolerabat, quod Iudei sic super rebus paruis consulenter eum per prophetas, sed potius acceptabat illud tanquam bonum, & inuitabat Iudeos ad hoc faciendum, & prophetæ singularebant voluntibus consulere Dominum, vt consulenter, & peterent signa. Et quod deterius erat, quia cum Deus deprecaretur eos per prophetas suos, & consulenter eum, & peterent ab eo signa, nolcebant, sed contemnabant eum, & prophetas. Sic ut patet Isaia 6. de rege Achaz, cui locutus est Dominus per Isaiam dicens: pete tibi signum à domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra, & dixit Achaz: nō petam & non tentabo Dominum. Et tñ hoc faciebat Achaz, quia erat idololatra, & non credebat Deo, vel non volebat dare ei honorem petendo ab eo signum: sed magis honorabat Deos suos, quos ipse magis volebat consulere, & placare precibus, & sacrificiis secundo Paralipom. vigesimo octavo capitulo. Hoc autem fuit Deo valde graue, scilicet, quod ipse rogaret regem Achaz per prophetam Isaiam suum, quod peteret signum, & ipse nollet. Vnde Isaias ait: Nunquid parum est vobis dominus David molestos esse hominibus, quia molesti estis, & Deo meo: scilicet contemnendo eum. sic etiam patet de Ochozia rege Israël, qui decubans in lecto misit ad consulendum Beelzebub Deum. Acaron in terra Philistinorum, an conualeceret de erudititudine sua quarto Regum primo ca. & tunc Elias ex mandato Dei occurrit nuncius eius, dicens: nunquid non erat Deus in Israël, vt iret ad consulendum

A

Becizebub Deum acaron: propter hoc de lectulo, in quo cedisti non surges. Ecce quantam imperfectionem hominum tolerabat lex illa veteris testamenti, & tamen legem istam ita imperfectam vocabat Moyses optimam, & laudabat eam coram Israëlitis, dicens Israëlitas esse inclitam nationem, quia talem legem habebant Deuteronom. 4. cap. & hoc ut incitaret Iudeos ad obseruandum eam.

## CAPITULUM LIII.

*Quid in novo testamento non sunt necessarii prophetæ, nec alii modi consulendi Dominum & quare, & quando ac idunt dubia circares non maximus, quid agendum sit.*

**I**N nouo autem testamento, quia erat lex perfectissima, & obseruatores eius debebant esse perfecti, vel anhelantes ad perfectionem, non erat necessarium aliquid istorum, scilicet, quod nunc haberemus prophetas, nec alios modos consulendi Dominum. Nam fundamenta necessaria ad salutem tam in fide quam in opere: omnia iam posita sunt per Christum, & per Apostolos eius in scriptis, quæ reliquerunt. Quatum ad cetera autem Christus reliquit potestatem ecclesia sua disponendi, sicut ipse disponeret si nobiscum in carne conuersaretur. Pro rebus autem minimis non fuit iustum, quod in nouo testamento daretur aliquis modus consulendi Deum, sicut pro asina, & veste, & similibus, cum potius talia Christus noster docuerit contemnda, eti perierit patienter tolerandum quod super eis dominum consuleremus. Nimirum enim ad hæc temporalia affectus est, qui pro rebus tam vilibus Dominum vult consuleret. Sed istud repugnat statui noui testamenti, in quo tota nostra conuersatio in cælestibus habenda est, sicut Apostolus nos docuit. & de his temporalibus portissime de paruis minima cura agenda est. Nam etiam in lege veteri iniustum erat, & contra diuinam reverentiam, quod pro tam vilibus, & paruis rebus Dominum consulerent homines. Tolerabat tamen Deus ista, ut dictum est, ut Iudeos contraheret ab idolis, ad quæ confundenda, & colenda mox pergerent.

In rebus autem maioribus pertinentibus ad statum nostrum, ut pote quando homines, vel ciuitates, aut regna lunt in aduersitatibus, lex noua dat remedium orationibus. Etsi deuote orauerimus, Deus exaudiet nos certissime, & concedet quod petimus, vel saltem dabit nobis illud, quod scit utile esse. Sicut pater Luca 11. scilicet. Perite, & accipietis: pulsate & aperietur vobis, scilicet. si quis petat à patre suo píssem non debit ei lapidem, aut si petat ouum non dabit ei scorpionem. Et sequitur: Si vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater meus cælestis dabit spiritum bonum per cæstib[us] te? In hoc est autem magnus honor Deo, quia quando nos oramus ipsum, licet nobis nihil respondeat: credimus certissime, quod exaudit nos, & quod dar nobis id, quod utile est nobis. Etiam est nobis valde utile, quia per istum modum pender totum negotium nostrum in fide, & meremur multū per istam fidem, cum licet non videamus aliqua signa exauditionis confidamus Deum respicere ad preces nostras. Et hoc solum, quia ipse dixit hoc per Euangelistas suos, & nos credimus verbum suum tanti vigoris esse, quod non potest ullo modo deficere.

## CAPITULUM LIV.

*Quod circares magnas in moribus, & in fide ecclesia habet potestatem diffiniendi, sicut Christus si præsens esset. & quod non potest in hoc errare: & quod magis utile est nobis habere istum modum quam habere prophetas, vel alios modos consulendi Dominum.*

**C**IRCA res autem magnas, quæ veniunt in contentiōnem, siue in fide, siue in actionibus dimisit ecclesiam suam, quæ ordinaret, & quod ipsa faceret, Deus approbaret, ac si ipse præsens in carne assumpta faceret. hoc signatur Matthæi 18. scilicet quacunque solueritis super terram erunt soluta & in cælo, id est, quæcumque vos manentes super terram solueritis erunt soluta in cælo, id est ego, qui maneo in cælo illa soluo, ac si manerem inter vos. Et sic quandocumque sancta Dei ecclesia agit aliquid in nomine Christi quantumcumque graue illud videatur, nunquam erat quasi Deus esset actualiter ei cooperando. Et hoc signatur Matth. 18. ca. post-

quam dictum est de potestate ipsi ecclesiæ data in clauibus ligandi, & soluendi subditur: Vbiunque fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum sum. Et iterum de quacunque re cōsenserint duo, vel tres de vobis super terrā fieri illis à patre meo. Ita autem certa sunt, quia Christus sic promisit, & quia ipse promisit ecclesiæ suæ assistentiam semperternam Matth. 18. lci. ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Et quia dedit ei potestatem ad faciendum quæcumque vellit, & promisit approbare, & cōfirmare quæcumque illa faceret: certum est, quod ecclesia nunquam errabit, quia à Spiritu sancto dirigitur. Quamquam nos nesciamus quomodo ecclesia non possit errare, cum videamus eam confitare ex hominibus, quorum quilibet potest errare per se, non miremur cōfidentes solum Christi verbo, quia ipse qui promisit ei assistentiam suam, semper assistet ei, quo assistente non poterit errare, licet ipsa de se posset errare, & cadere. Sic enim patet de Apostolis. Nam Christus dixit, quod dum adducerentur ante reges, & præfides non cogitarent quid responderet deberent, quia in illa hora qua quereretur ab eis, daretur sibi quidquid responderent plenissime Matthæi decimo, & Lucae vigesimoprimo cap. Certum est tamen Apostolos viros simplices fuisse, & sine literis pro maiori parte. Et dato quod ipsi cogitarent per multis dies nescirent respondere ad omnia, que ab eis quærebantur, quanto magis cum nihil cogitarent, & tamen sic faciebant quia nihil cogitabant, quando in terrogabantur, & respondabant plenissime ita prudentissime & efficaciter, quod omnes audientes mirabantur, ipsi tamen videbant se rudes, & nihil sciēre, confidebant tamen verbo Christi, quod non mentiretur, & protinus veniebat eis abundantia eloquiorū, quæ non erant ipsi, qui loquebātur, sed Spiritus sanctus, qui loquebatur in eis Luc. 21. Ita igitur sancta & benedicta mater nostra alma Ecclesia sponsa Christi, quæ maior est quam quilibet Apostolus, imo maior quam omnes simul & omnes sancti, quam Christus dilexit super omnia, ut ait Apostolus ad Ephes. 6. f. diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, propter quam omnia fecit, & omnia passus est, nec dubitauit se amarissimæ morti tradere, ut eam redimere in sanguine suo: sciens quod sponsus suus promisit sibi assistentiam, & quod non posset errare, nec portare inferi præualerent aduersus eam, confidens de veritate imperi murabilis verborum sponsi sui Christi, agit quæcumque ei vita fuerint, & nunquam errabit, quia non est ipsa, quæ operatur, sed Spiritus sanctus, qui sibi assistit & eam regit. Cum magis verisimile sit, quod Christus regat ecclesiam suam, propter quam omnia fecit, quam vnum de Apostolis, qui etat pars satis parua collatus ad totam ecclesiam, & Apostoli etat partes, & quodammodo serui vel ministri ecclesiæ, & propter Ecclesiam, & ecclesia poterat eos vocare suos, vel res suas, quod pulchre declarat Apostolus loquens toti Ecclesiæ in persona Corinthiorum, omnia enim vestra sunt, siue Paulus siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue presentia, siue futura: omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei.

Cum ergo alma mater ecclesia sit maior omnibus Apostolis, & sanctis, & toto mundo, & omnibus rebus præterquam Christo homine, & Christus tantam curam habebat de quilibet Apostolorum, quod per Spiritum sanctum mouebat linguas eorum, ita ut non possent errare, nec in uno verbo, à fortiori reget Ecclesiam suam, ut illa in nullo possit errare difiniendo. Nos autem credentes hoc meremur, quia credimus illud fieri a Deo, quod non videmus, ideo est iste modus ordinationis conuenientissime in nouo testamento, & non oportet esse nūc prophetas, vel aliquos alios modos, per quos dominum consulamus.

## CAPITULUM LV.

*Quod in novo testamento in Ecclesia primitiva fuerunt multi prophetæ, & quare hoc: & quod paucò tempore duravit, & quare int̄ Iudeos multo tempore duravit, & ante aduentum Christi cessaverunt prophetæ & alii modi consulendi Dominum.*

**V**ERVM est, quod à principio Ecclesiæ primitivæ, cum adhuc homines essent teneri in fide, & noui, fuerunt aliqui prophetæ Christianorum, sicut legitur Actu. 11. ca. quod Antiochia erant aliqui vii prophetæ: de quibus unus prædi-

D

E

F

**A**xit famem, quæ futura erat in toto orbe tempore Claudi Imperatoris. Et tunc omnes Christiani parauerunt se ad writtenum eleemosynarum sustentationes sanctis, qui erant in Ierusalem. Fuit etiam alius propheta Christianus nomine Agabus, qui accipiens zonam Pauli, dixit: Virum cuius zonam hæc est alligabunt, vel persequentur in Ierusalem, denotas ei persecutiones, quæ ibi ei euenerunt: Actu. 29. & sic postea factum est. Apostolus etiā 1. Cori. 14. s̄a p̄ nominat prophetas, qui erant in ecclesia ex quo inuiti, quod multi erant, & quali cōmune erat tunc esse prophetas, imo nulla erat tunc particularis ecclesia, in qua non essent tunc prophetæ valde plures quæ in veteri testamento. Vnde Paulus in eod. ca. de clarat, quod inter dona, quæ dabantur tunc fidelibus erat duo magis vistata, i. genera lingua rūm, id est, loqui diuersis linguis, & spiritus & prophetiæ, & erat cōtentio inter Corinthios, an dīgōres essent, qui loquebantur linguis, vel prophetiæ & per multas rationes ostendit, quod prophetæ erant digniores, & suadet omnibus Corinthiis orare Deum, quod det eis spiritum prophetiæ. Et apparer per ea quæ dicuntur ibi, & praeceperunt cap. quod erant valde multi prophetæ in ecclesiis Corinthiorum & in omnibus aliis ecclesiis. Philippus etiam discipulus, vel ut alii volunt Philippus Apostolus septem filias habuit prophetiæ, quæ in virginitate perseveraverunt: Act. vigesimo. Postea tamen cum fides aliqualiter radicata est, non fuerunt prophetæ in ecclesia, sicut fuerunt temporibus antiquis.

Inter Iudæos autem, sicut supra diximus, multo tempore ante Christi aduentum cessauerunt prophetæ, & omnes modi consulendi Deum. Hoc potest esse propter duo.

Primo propter peccata Iudæorum. Nam ante tempora Machabæorum multum peccauerant Iudæi iungentes se Gētilibus, & perentes à rege Antiocho, quod mandaret eis custodire leges gentium, & cessarent leges Dei primo Machabæorum, primo capitulo, & inter sacerdotes magnos erant grauissima peccata, ita ut venderentur, & emerentur sacerdotia, & occiderentur ab iniuicem sacerdotes desiderio dominandi, ut patet secundo Machabæorum, quarto, quinto & sexto cap. Et tamen propter peccata aliquando Deus subtrahebat se à respondendo. Sic enim fuit in Saule, qui peccauerait grauissime occidendo sacerdotes Domini primo Regum 22. & ob hoc cum quereret à Domino responsum iturus ad bellum noluit Deus ei respondere. Et patet 1. Regum 28. scilicet consuluit Saul Dominum, qui non respondit ei per prophetas, nec per sacerdotes, nec per somnia.

Secundo poterat esse hoc, quia appropinquabat tempus perfectionis, in quo Christus venturus erat. Nam cum iam Iudæi plusquam per mille, & trecentos annos consueti fuissent ad cultum Dei, & observationem legis, erant aliqualiter dispositi ad tendendum ad perfectionem, & magis firmiter adhærendum Deo, licet non viderent signa, ideo Deus non mittebat prophetas, & cessabant alii modi. sic enim erat illud tempus, quasi quedam dispositio ad legem nouam: in qua nec prophetæ, nec aliqui modi consulendi Dominum futuri erant. Ecce quanta differentia perfectionis, & imperfectionis inter legem nouam, & veterem. Et omnia hæc erant, quia suscipientes legem veterem erant valde imperfecti, & suscep- pri legem nouam erant dispositi ad tendendum ad perfectionem.

## CAPITULUM LVI.

**A**n siuit conueniens totam legem nouam esse perfectum totalizere, cum deberet dari hominibus imperfectu, scilicet b̄m. Et quod quantumcunque est lex noua perfecta, quilibet homo quantumcunque imperfectus poterat eam recipere. Ei: tamē si lex vetus habuisset aliquid de perfectione nullus homo potuisse eam tolerare. Et quare hoc?

**S**ed tunc oritur difficultas: diceret enim aliquis, quod lex noua non debuit esse rata puritatis, & perfectionis, quia non conueniret eis, quibus dabatur. Nam sicut ea ratione, quia lex vetus non debuit esse totaliter bona, sed ut ita dicam aliqualiter mala, & imperfecta, quia illi, qui suscepserunt eam erant imperfecti erant, ita & suscepserunt nouam legem erant imperfecti.

Nam si lex noua debuisset dari solis Iudæis, qui iam per mille, & quasi sexcentos annos assueri erant colere Deum, & subiici ei per legem Moysi, & per hoc erant dispositi aliqua-

liter tendere ad perfectionem, conuenienter staret, tamen lex noua erat lex generalis, quæ danda erat toti orbi, sicut Christus dixit. Ita per uniuersum mundum, & prædicare Euangelium omni creaturæ Mar. 16. & sic Gentiles suscepserunt eam, qui tamen erant dediti cultui idolorum, & omni malo. Quomodo ergo transirent sine medio de puro malo, vt ita dicam ad purum bonum?

Respondendum quod licet gentiles, & quicunque homines suscepserint essent, legem nouam, quantumcunque illi essent imperfecti, conueniens fuit legem nouam esse ira perfectam, quia id quod deerat ex parte dispositionis hominum ad suscipiendum legem, tam perfectam, supplebat gratia, quæ dabatur cum lege Christi, ita ut merito vocaretur lex gratia. Sicut dicitur Ioannis 1. scilicet, lex per Moysen data est, gratia autem per Iesum Christum facta est. Et siebat sic, quod quandocumque in principio primitiæ ecclesiæ aliquis conuerteretur ad fidem Christi, & baptizaretur: dabatur ei ranta charitas, & tam fertuens, quod erat paratus pro Christo quæcumque mala pati.

Et non solum hoc, sed illico, ut homines credebant dabatur eis potestas faciendi miracula, ut patet Mar. 16. scilicet. Signa autem eos, qui in me crediderint hæc sequentur: serpentes tollent, linguis loquentur nouis, super ægros manus impudent, & bene habebunt, & si quid mortiferum biberint non eis nocebit. Ista miracula, & multa alia faciebant, qui ad Christum conuerterebantur in ecclesia primitiæ. Hoc autem durauit toto tempore, quo prædicata fuit fides quousque radicaretur, & quamdiu durauerunt persecutions magna gemituum contra ecclesiam. Postea autem exercitatis hominibus ad fidem Christi mansit sola fides conuersis ad Christum, & non datur potestas faciendi miracula, ut magis comprobetur fides, qui miracula non viderint.

Verum est tamen, quod cum maneat in nobis fides, si necesse esset, possemus facere miracula, quia Christus dixit: Si habueritis tantam fidem, sicut granum sinapis, dicetis huic monti, transi, & transibit: Et dicetis huic arboi moro: eradicare, & transplantare in profundum maris, & obediens vobis, quia nihil impossibile est credenti: Matth. 17. & Lucas 17. ca. Et talia miracula multi parum ante tempora nostra fecerunt, dum viuerent, & nunc mortui facere non desinunt.

Non ergo erat difficile homini quantumcunque imperfecto suscipere legem Christi, quæ erat perfectissima, quia ipsa inducebat secum perfectionem, & faciebat hominem perfectum mox, ut crederet. Secus autem erat de lege Moysi, quia illa inducebat magna onera obseruantiarum, & non inducebat, nec causabat aliquam gratiam adiuuantem. Ideo sic ut iacebat, cum imperfectibus suis vix poterat tolerari, ut dicitur Actu. 15. Hoc est iugum, quod nec nos hec patres nostri ferre potuimus, quanto magis si induxisset aliquid de perfectione: Hoc signat Apostolus ad Hebreos. 7. scilicet neminem ad perfectum deduxit lex, id est, lex non dabat homini aliquam perfectionem per obseruantiam suam, quia non dabat aliquam gratiam, sicut continet fides Christi. Manebat ergo lex vetus cum imperfectibus suis, & non debuit continere maiorem perfectionem: lex autem noua debuit habere totalem perfectionem.

## CAPITULUM LVII.

In quo ponuntur quatuor cause, quare legislatio nulla humana vetat omnia vita, & quod non licet aliis ut legislatori quantumcunque Christiano vetare omnia vita. & quod in lege humana non potest, nec debet dari gratia, in lege Moysi potuit dari gratia, sed non debuit dari.

**S**ed dicitur, quare cum lege Moysi, quæ erat lex veri Dei non dabatur gratia, sicut cum lege noua, & possent homines tunc esse imperfecti, & lex posset esse imperfecta, & continere ea, quæ continebat lex noua a bieatis imperfectibus, quas continebat: Dicendum quod non fuit conueniens, quia gratia non debuit dari cum lege, sed cū Saluatore nostro, quia ex lege haberemus gratiam, & perficeremur, non videbatur necessaria mors Christi, quia nihil superducerebat. Debuit ergo tunc gratia, & perfectio venire quādo mors Christi transiit: ut appareret, quod ex morte Christi, & per fidem sanctificaretur homo, & nō ex operibus legis, ut magis teneremur Deo.

Nam

Miracula  
la facie-  
de potes-  
tate sub-  
lati & ob-  
cessante  
per euc-  
clitione, ut  
miracula  
esse mo-  
rarium  
fides.

F

Philip-  
pus Apo-  
sol. vel  
discipu-  
lus sep-  
t̄. scilicet  
fi: as ha-  
buit vir-  
genes &  
prosper-  
eas.

B

F

A

Nam qui iustificatur ex operibus legis, ex propriis, id est, ex operatione sua iustificatur. Et sic quodammodo suum est, quod iustificetur. Qui autem iustificatur ex passione Christi perfidem illius, manifeste appetet, quod iustificatur ex alieno, scilicet ex merito Christi, ideo totum quidquid habet, scit se debere illi, quia totum scit accepisse ab eo. Erat tamen tempore veteris testamenti gratia, scilicet gratum faciens, quia fine gratia nemo potest salvare, sed ista non erat ex operibus legalibus, sed magis fide implicita, vel explicita mediatoris, per quem factura erat. Sicut probat Apostolus ad Romanos 10. scilicet probans, quod Abraham non iustificatus est ex operibus legis, nec per circumcisionem, quia antequam circumcidetur erat iustus. Nam circumcisus fuit Genes. decimo septimo capitulo & vocatur iustus Genes. decimo quinto, scilicet: Credidit Deo Abraham, & reputatum est ei ad iustitiam. Fides ergo iustificavit eum.

Sic etiam erat de gentilibus, qui erant tempore legis veteris. Nam poterant omnes illi salvare, & multi eorum salvabantur: & tamen nemo illorum seruabat legem Moysi, sed ex recta fide, quam de Deo habebant iustificabantur.

Apparet ergo ex praedictis, quod sola lex nova debuit, & potuit continere totalem perfectionem, & puritatem, quia ipsa sola attulit gratiam alleuiantem labores, per quam posset homo tendere in opus quantumcumque arduum. Nulla autem lex ante ipsam debuit continere totalem perfectionem, & puritatem vitando omnia mala.

B

## C A P I T U L U M L V I I I .

*In quo ponuntur quatuor causa, quare legislatio nulla humana vetat omnia vita, & quod non licet alicui legislatori quantumcumque Christiano vetare omnia vita, & quod in lege humana non potest, nec debet dari gratia, in lege Moysei potuit dari gratia, sed non debuit, in lege autem Christi potuit, & debuit dari.*

C

Ex hoc autem paret, quare leges legislatorum, qui sunt puri homines non puniunt omnia mala. Nam non solum de illis, qui ante Christum leges considerunt, sed etiam de illis, qui sub lege Christi existentes condunt iura populis dicendum, quod nunquam debent concedere aliquam legislationem, per quam omnia vita tollantur, & puniantur. Nam licet catholicus legislator nunquam debet dare legem, per quam approbat aliquid vitium, quia hoc est incitare ad peccandum: tamen nec debet dare legem punientem omnia vita, sed in quibusdam illorum sub silentio transfeundo committere homines suæ libertati. Et hoc est circa illa vita, quæ vix evitari possunt, sicut fornicari simpliciter scilicet cum meretrice peccatum est, & tamen legislator non debet hoc tollere, quia si tollit inducit magna scandala, & maiora peccata. Sicut dixit beatus Augustinus, tolle meretrices de ciuitate, & omnia libidine conturbabis. Etiam loqui oculo peccatum est, quia reddemus rationem de illo die iudicii, Mat. 12. tamen legislator hoc nec vetat, nec puniit. Etiam mala cogitare peccatum est, & tamen non puniit illud lex ciuilis, sed potius lex dicit, cogitationis pravae nemo paenam meretur. Causa huius quadruplicis est. Prima & quæ est ad propositum est ista, quod evitare omnia vita ad vnguem est opus supra hominem purum, nec potest fieri sine gratia adiuuante ideo illa sola lex debet vetare, & punire omnia vita, quæ dat gratiam & adiuuamen ad fugiendum illa, lex autem humana non dat aliquam gratiam, quæ est à puro homine data, qui gratiam dare non potest. Lex autem Moysei, licet esset à Deo vero, qui poterat dare gratiam, noluit tamen eam dare cum illa lege, quia non decebat, ut supra probauimus, eo quod nondum venerat mediator Dei, & hominum, per quem gratia effectiva, & meritorie deduceretur. In lege autem veteri, licet Deus effectiva posset deducere gratiam, nemo tamen ad huc erat, qui meritorie eam deduceret, ideo licet erat possibile cum illa lege dari gratiam: non tamen erat iustum, & sic Deus nouit peruertere ordinem iustitia. In lege autem noua potuit, & debuit dari gratia rationabiliter. Potuit quidem, quia lator eius fuit Christus verus Deus omnipotens. Debuit etiam, quia lator eius fuit ille, qui per mortem suam lauerat peccata nostra, & meruerat gratiam à Deo pro omnibus hominibus, qui in eum crederent. Et ob hoc ista sola de omnibus legibus debuit esse illa, quæ debuit prohibere, & punire

omniavita, vel faltem nullum permittere. Secunda causa est ad rollendum scandala, & occasiones ad maiora mala, quia aliquando volendo vitare unum vitium incidet in aliud maius, sicut si quis vellet vitare simplicem fornicationem tollendo meretrices de vrbibus induceret adulteria, incestus sua, & varias libidines, ita ut omnia turbarentur libidinibus sicut dixit Augustinus. Sed legislator ponit leges propter utilitatem politie, ideo quando per legem impeditur, aut collitur utilitas politie, aut turbatur bonus status, & pacificus eius, lex non est bona nec tenenda, sed tale accideret si omnia viria legislator vitare vellet, & punire, ideo non pertinet hoc ad legislatorem, immo non licet ei facere, quia non esset legislator, sed euersor vrbis. Tertia causa est, quia inutile erat, quod legislator humanus vellet vitare omniavita per legem suam. Nam leges vetant vita, ut quando aliquis incidet in illa puniatur, & sic timore paenarum arceantur homines à prauis consuetudinibus. Sunt tamen multa vita, quæ nunquam puniri possent, nec cognosci. Et non dico aliqua vita particularia, sed genera vitiorum, sicut prava cogitationes, & similia, quæ nunquam cognoscuntur, nisi quatenus reuelare voluerit, qui cogitauit. Et sic nunquam possent venire ad iudiciale examen, ut punirentur secundum legem, ideo cetera talia verfari legislatorem erat perdere operam, & leges frustra conscribere.

Quarta causa est, quia leges dicuntur esse quædam directiva præcepta hominum communicantium eadem politia, & non sunt leges, nisi ad considerandum statum politicum: quia, ut dicit Arist. 4. Ethicorum, impossibile est consistere communicationem aliquam sine iusto quodam. Cum autem definit totale iustum, cessat omni communicatio. Et quia politia est maxima, & abundantissima communicationum, ut patet I. Polit. cap. I. & omnes aliae sunt ad illam, necesse est in illa iustum quoddam esse inter communicantes, ut diu conferetur societas politica. Istud autem iustum ostenditur per leges, ideo bona leges politica duo solum habent facere, scilicet, diregere quemlibet hominem quomodo bene se habeat ad totam societatem politican, & ad quemlibet de societate illa bene faciendo. Secundum est, quod arceant homines à damnis, & iniuriis inferendis toti communicationi, & societati politicae, & cuiilibet de illa societate. Et istud est principale, quia magis obligatur homo abstineri à male faciendo alteri, quam obligetur ad benefaciendum ei.

Ex quo patet, quod leges politicae non habent negotiari, nisi circa illud, quod potest pertinere ad communicationem vienii hominis cum altero, siue in faciendo bonum, siue in abstinentia à malo eius. Etsi aliquid sit, quod non pertineat vienatu ad humanam communicationem, lex politica non se debet de illo intromittere, qd excederet proprium genus, sicut si geometra tractaret de eo: quod pertinet ad musicum, vel è contrario. Et sic est, quod aliqua vita, & virtutes sunt, quæ ad communicationem humanam nullo modo pertinent, scilicet quia nec faciunt eam bonam, nec malam, nec adiuvant, nec impediunt, non debet lex politica de illis se intromittere, quia proprium genus considerationis transcenderet. Sic est fornicatio simplex cum meretrice, quia in hoc nulli de communitate paratur præiudicium, nec impeditur bonum publicum. Sic etiam prava cogitatio quamdiu consistit in terminis suis, quia per eam nemini prædicatur. Sic est etiam diligere Deum, vel non diligere, quia in hoc non nocet proximo, nec bonum ei fit, ideo nullo modo spectat ad politicas considerare de his. Ista autem virtutes, vel vita sunt, quæ faciunt hominem bonum simpliciter, vel malum, id est, non comparando ad aliquem, sed in seipso, ideo de his spectaret tractare ad Ethicum, siue moralem Philosophum, qui generaliter loquitur de virtute humana, & comprehendit etiam monasticam. Sed adhuc circa talia, nemo antiquorum philosophorum curam plenam egit: nemo enim correxit vitam humanam usque ad vnguem, nisi Christus, ideo illud, de quo alii legislatores, & philosophi omiserant, tergit principale, & spem, & constitutere charitatem inter homines mutuo. Etiam dirigere cogitationes: nam dixit, quod non solum fornicari peccatum erat realiter, sed etiam videre mulierem ad concupiscendum eam, erat fornicari. Nemo tamen philosophus quantumcumque circa mores diligens

Quid  
leges  
politie  
debet  
facere.

C

F

exami-

A examinator de hoc curā egit. Etiam docuit homines benefacere inimicis, & orare pro plementibus, quod nulla vñquā philosophia docuit, sed potius contra monita, & præcepta philosophorum est hominem tolerare iniuriam, ut per Arist. patet 4. Ethic. capit. de mansuetudine, sed dicitur, quod quafdam tolerare non conuenit, & quod qui omnia tolerat est in extremo, & vocatur insensibilis. Et tamen secundum legem Christi omnia tolerare docemur, quia caritas omnia suffert 1. Corint. 13. Apparet ergo ex dictis, quod ad legislatores politicos non spectat vetare omnia vita. Sola autem lex Christi est, quæ omnia vita debet vetare, & vetat, & omnia docet punienda esse. Ratio huius est, quia lex Christi est ad dirigen- dum hominem simpliciter, & in respectu ad aliquam com- municationem, ideo non solum debet vetare illa vita, quæ turbant, vel impediunt communicationem politicam, sed etiam omnia illa, per quæ simpliciter homo deordinatus est. Et quia bonitas quam intendit lex euangelica inducere in subditos est respectu Dei, scilicet ut puri effecti per eam me- reamur recipi ad Dei consortium, & Deus est pura bonitas, & totum bonum, in quo nulla macula, nec impurum aliquid est, oportet recipiendos ad consortium eius esse totaliter puros, & ob hoc cautele debent omnia vita etiam minima, & secta- ri omnem virtutem. Etsi hinc non recesserit homo omnino purus, manet conflatiorum purgatorii ignis, in quo purgan- tur animæ septuplum, sicut argentum purissimum, & tunc merentur admitti ad diuinum consortium.

## CAPITULUM LIX.

*Quomodo legislator humanus dat leges de cultu diuino, cum non spe- ciet ad politiam & quod non facit hoc, nisi ordinando ad politiam scilicet, ut sibi vtile, & an malum sit colere Deum propter utili- tem publicam vel priuatam.*

C **S**ed quia supra dictum est, quod ad politicum legislato- rem non spectat vetare omnia vita, nec præcipere om- nem veritatem, sicut nec vetare simplicem fornicationem, nec curare, an nos diligamus Deum, vel non, videtur dubium hoc, quia legislatores politici intromittunt se de cultura Dei ponendo alias leges, quomodo vel quando coli debeat, & pœnas committendo contra desertores, & tamē hoc non pertinet ad politicam communicationem. Respondendum quod legislatores politici curant interdū dare leges de cultu diuino, non quidem inquantum cultus diuinus, siue latra est virtus quædam, velest quoddam naturale debitum propter diuinam excellentiam, vel propter beneficia suscepta: sed inquantum colere Deum est vtile reipublicæ, & non colere est nimis damnosum. Hoc autem fundatur supra quan- dam fidem, nam credimus quod Deus, qui omnipotens est, si colamus eum debite benefaciens nobis, etsi non colamus, sed contemnamus eum, iratus destruet nos, sicut dicitur Leu. decimo sexto, & Deuteronom. vigesimo. Politæ ergo deside- rantes conseruari, & augeri in bono statu curant, quod Deus colatur. Et quia volunt evitare omne malum, & damnum, puniūt desertores cultus diuini, ne propter eos deitas euertat publicum statum. Ista autem consideratio non solum est apud legislatores Christianos, qui edocti per fidem de Deo re- Æ sentiunt, sed etiam fuit semper apud legislatores gentium, quia etiam ipsi falsam deitatem colentes credebat per cultum deitatis augeri rem publicam, & deserto cultu inferri nimirum calamitates. Sic patet per Valerium Maximum libro primo, capitulo, de contempta religione. vbi enarrat mala, quæ euenerunt Vibi Romæ aliisque gentibus, cum ab eis falsa illa deitas, quam putabant, contempta est intermissio cultus asfucto.

Sed tunc obiicitur, quod istud fuit valde inconuenienter, scilicet quod iubeatur Deus coli propter nostram utilitatem. Nam Deus propter se diligendus est, & colendus est. Quod autem colatur, vt nobis beneficiat, vel vt non ledat est totalis peruersio ordinis, & vt fruendis, in quo consistit tota ratio peccati secundum Aug.

Respondendum, quod verum est, quod Deus non est co- lendus propter utilitatem nostram, sed propter seipsum, & ta- men legislator rectissime facit statuendo, quod colatur Deus propter utilitatem reipublicæ: imo non spectat ad legisla-

D rem aliter ordinare de cultu Dei. Nam ordinare charitatem, scilicet, quid propter se, & quid propter aliud amandum sit, & honorandum superioris artificis est, scilicet, Theologi. ad politicum autem non pertinet aliquid considerare, nisi ad utilitatem politicam, quia aliter excederet subiectum, & terminos artis sua, & fieret imperitus. Nam quandocumque ali- quis artifex considerat aliquid, semper considerat per attri- butionem, & relationem ad subiectum, & finem artis sua, a- lias quilibet artifex consideraret id, quod considerant omnes artifices, & omnia confunderentur, & perirent sine or- dine, sed finis politici legislatoris est utilitas reipublicæ, ergo omnia considerata ab eo, siue sit cultus diuinus, siue aliquid aliud debet considerari, & introduci ad legislationem sub ratione utilitatis reipublicæ. Verum est tamen, quod ipse in quantum priuata persona, & quilibet alius de politica communicatione debent colere Deum, non propter utilitatem publicam, vel priuatam, sed quia iustum est hominem sub- ditum esse Deo, & praestare illi quandam seruitutem. Est au- tem quilibet homo quodammodo duplex persona, quia aut potest considerari, vt quædam pars publicæ communicatio- nis, aut vt est quædam creatura rationalis à Deo beatificabi- lis, Dei capax per intellectum, & voluntatem. Primo modo deberet homo colere Deum propter utilitatem politicam, secundo modo deberet eum colere propter seipsum, quia talis est. Quia tamen homo magis consideratur, vt est Dei capax, quam vt est membrum politicum, quia maiorem perfe- ctionem dicit in eo esse Dei capacem, quam esse quoddam membrum politicæ communicationis, debet Deum solum sub isto respectu colere, sci. vt Deus talis est, cui naturaliter tene- tur exhibere istam seruitutem. Et sic manebit cuilibet suum opus, scilicet homini proprium opus, & legislatori propria consideratio, & nulla fieri perturbatio, aut confusio.

## CAPITULUM LX.

*Cum lex Euangelica vetet omnia vita, & Dimini seculares tenuant illam, quare non puniunt ipsi omnia vita agendo secundum illam legem. Et quod nulli iudici, vel principi seculari licet punire omnia vita occasione legis Euangelica, alias erit sibi resistendum.*

**O**CCASIO N E supradictorum oritur dubium; quia di- dictum est, lex humana non puniit, nec vetat omne vitium, lex autem Euangelica vetat omne vitium, & ostendit illud puniendum esse, cum ergo legislatores, & executores legum Christiani sunt subiecti legi Euangelicæ, & teneantur eam obseruare ad vnguem, sicut quilibet Christianus, quare non puniunt delinquentes in ea, & sic puniunt omnia vita, cum illa omnia vita veter, & punienda ostendat: Respondendum quod non spectat ad legislatores, nec ad executores le- gum in fauorem legis Euangelica punire omnia vita: immo peccarent si ad hoc conarentur. Ratio huius est, quia ad hoc quod aliquis exerceat iurisdictionem, oportet, quod habeat legitimam potestatem: alias erit persona priuata, cui non competit iurisdictione. Et sicut ius dicenti extra territorium non paretur impune, ita volenti ius dicere supra territorios propriæ potestatis non impune parebitur: quia vterque quantum ad hoc persona priuata efficitur. De executoribus autem legum & iudicibus manifestum est, quod iurisdictionem fortiuscitur à legibus, ideo in tantum se extendit iurisdi- catio sua quantum se extendunt termini legum à quibus iurisdi- citionem fortiantur, & leges tamen humanæ non vetant, nec puniunt omnia vita, vt dictum est. Ideo iudex vel execu- tor datus vigore illarum, non poterit punire omnia vita. Etsi conetur facere debet sibi resisti tanquam personæ priuatae non habentia ad hoc iurisdictionem aliquam. Etsi dicatur, quod est Christianus, & lex Christi vetat ista vita, & ostendit illa punienda, dicendum quod iste inquantum Christianus persona priuata est, cui non competit iurisdictione, & si non potest exequilem. Si autem est iudex, vel executor

F solum est hoc per legem humanam, quæ non conferit potestatem ad hoc.

## CAPITVLVM LXI.

**C**um pralati Ecclesia sint ministri Christi, & postestatem habeant per Euangelicam legem an ipsi debeant punire omnes delinquentes contra Euangelium, & quod non debeant neque licet eis.

**S**ed tunc maet dubium, scilicet, dato quod iudices seculares, & domini temporales non possint punire omnia vitia, quia solum sortiuntur iurisdictionem à lege humana. quare saltem pralati ecclesiastici non puniant omnia vitia, quia isti proprii ministri Christi sunt, & constituti inter Christum, & populum. Sic dicitur ad Heb. 5. quod omnis pontifex ab hominibus assumptus est, & constitutus inter Deum & homines. Etiam istis proprie competit iurisdiction ex lege Euangelica, ut sint executores eius, quia dicitur eis: Quocunq; solueritis super terram, erunt soluta & in celis Matth. 18. & sic videatur, quod ipsi debeant punire omnia vitia: & tamen videmus, quod nemo de pralatinis ecclesia quantumcūque sanctus sit & diligens in custodiam ouium suarum hoc tentat. Dicendum, quod non licet pralatinis ecclesia pānam impone pro quolibet peccato, & peccarent si facerent, & debet eis resisti tanquam personis priuatis, non habentibus iurisdictionem.

## CAPITVLUM LXII.

**Q**uod in ecclesia est duplex potestas, scilicet ordinis & iurisdictionis & qualibet harum. Et iurationes manus est adprobādum, quod potestas ordinis cuiusunque ordinando datur à Deo immediate & nihil agit ibi episcopus, vel Papa mediate, vel immediate: principaliter, nec instrumentaliter.

**A**d evidētiā tamen istorum considerandum est breuiter, quod in Ecclesia duplex potestas est, scilicet ordinis & iurisdictionis. potestas ordinis est illa quae respicit aliquem actum, & non respicit subditos, sicut potestas cōficiendi Christi corpus & sanguinem & sic de omnibus aliis ordinibus, quia in illis datur potestas ad exercendum ad aliquem actum, & tamen non dantur subditos. Potestas iurisdictionis vocatur, quae respicit subditos, scilicet quantum habens illam potestat aliquid facere in subditos. Et solet alius verbis, idem tamen lovantibus quod potestas ordinis respicit Christi corpus verum & potestas iurisdictionis respicit Christi corpus mysticum. Et sic ordo sacerdotis respicit corpus Christi verum, quia directe est ad conficiendum Eucharistiam. Ordo diaconatus, & subdiaconatus, & ceteri ordines generaliter, tam sacri quam non sacri sunt etiam respectu Eucharistiae, in quantum subministrant, vel defrerunt sacerdoti conficienti in aliquo, ut patet in actibus singulorum, de quibus Isidorus, & habetur in decreto dist. 21. cap. clericos, & clericos. & 25. dist. capit. Perlechtis, & per Magistrum 4. Sen. dist. 23. 24. potestas iurisdictionis respicit Christi corpus mysticum. Nā tota ecclesia est unū corpus Christi mysticum, cuius Christus caput est, ut late declarat Apostolus ad Ephes. quarto. Et huius corporis quilibet fidelis membrum quoddam est dum in fide manet, siue sit in charitate, siue non: siue sit praedestinatus, siue praescitus. Et sic potestas, quae respicit subditos dicitur potestas super corpus Christi mysticum.

De potestate ordinis dicendum, quod illa datur cuicunque ministro Ecclesia immediate, scilicet potestas conficiendi Eucharistiam, & potestas omnium aliorum ordinum. Et dico, quod datur immediate à Christo, quia licet isti ordines conferantur per episcopum. & tamen potestas eorum non conferitur per episcopum, sed per Christum, ideo etiam si nollet episcopus habebit ordinatus illam potestatem. Et declaratur magis, quia si ista potestas daretur à Christo mediante episcopo, ita quod episcopus vel collator ordinis aliquid efficeret circa illam, posset eam dare cum limitatione quacunque vellet, ut pote posse dicere, consero tibi potestatem conficiendi corpus Christi solum per duos annos, vel solum quamdiu fueris in tali vrbe, sicut fit in commissione iurisdictionis, quia committens iurisdictionem limitat eam respectu temporis, & loci, sicut ei placet, & tamen non est sic in presenti, quia licet episcopus vellet, quod ordinatus habeat potestatem conficiendi solum per duos annos, vel in certa vrbe, habebit per totam vitam suam, & in quoconque loco fuerit.

Item secundo patet hoc ex alio fundamento, quia quacunque datur aliquid per hominem, potest per hominem tolli, sicut in potestate iurisdictionis, quae datur à Papa, vel ab episcopo, siue detur cum præfinitione temporis, siue non, poterit eam tollere ille, qui dedit quacunque voluerit, & postea ille qui prius habuerat iurisdictionem, manet sicut priuata persona, & non potest exercere aliquem actum iurisdictionis. Non est autem sic in potestate ordinis: nam episcopus, vel Papa non potest alicui sacerdoti auferre potestatem conficiendi, etiamsi commiserit mille turpissima & grauissima. Et dabo quod suspendat, aut deponat, aut degradet eum, semper manet ei potestas conficiendi, eti si conficerit recte & complete facit, sicut si conficeret unus sanctus sacerdos. Verum est tamen, quod peccat, quia contra prohibitionem ecclesiasticam agit.

Item tertio patet ex alio fundamento, quia tota ecclesia confitetur & assent, quod in omnibus ordinibus conferatur character, & est character aliquid impressum in anima, ut dicunt. Manifestum est ergo, quod ista potestas non potest conferri, nisi ab eo, qui aliquid potest agere in animam, & tamen solus Deus attingit animam, homo autem solum operatur sensibili exterius circa corpus: ergo solus Deus dat illam potestatem, & sic ab ipso immediate datur.

Sed aliquis dicit, quod det ista potestatem principaliter: episcopi autem ordinatores det eam ministerialiter. Sed istud ridiculum est, & qui hoc dicunt non intelligunt seipso. Nam manifestum est generaliter, quod in omni actione, interuenit instrumentum, vel aliquid ministeriale, quod instrumentum immediatus attingit id, in quo fit operatio agentis principale, ut in scandente ligna gladio, & in scribente per calamum. Nam gladius attingit ligna immediatus quam scindens. calamus etiam immediatus attingit membranas quam scriptor. Si ergo potestatem ordinis Deus daret principaliter: necesse erat, quod ordinator immediatus attingeret animam ordinati quam Deus: nullo modo tamen eam attinere potest. ergo nullo modo ordinator attingit hic instrumentaliter. Sed est intelligendum, quod quando episcopus dicit illa verba, quae ab ecclesia instituta sunt, & exercet circa ordinandum ceremonias ab ecclesia inducas, Deus confert ipsi ordinando potestatem ordinis.

Alia fundamenta ad hoc possent induci, sed ista sufficientia, quia sunt manifestissima. Ex quibus patet, quod potestas ordinis à Christo datur immediate, id est, ab eo solo non agente aliquid ad hoc ordinatore tanquam principale agens, nec tanquam instrumentum.

## CAPITVLUM LXIII.

**D**e potestate iurisdictionis in foro conscientiae, & contentiose, an detur immediate à Christo, & immediate ab ordinatore, vel à committente potestate. Vel an totaliter, & immediate detur à Christo, quomodo fiat h.c.

**D**e potestate autem iurisdictionis dicendum est, quod illa, per quam se habet homo habens illam ad subditos, qui sunt partes corporis Christi mystici. Et ista potestas est duplex, scilicet potestas iurisdictionis contentiose, & potestas iurisdictionis fori conscientiae. Prima est in excommunicando, & absoluendo ab excommunicatione, & audiendo, & diffiniendo in causis ecclesiasticis, & iubendo, & vetando generaliter in omnibus, quae concernunt statum ecclesiasticum quantum ad ea, quae manifesta sunt. Potestas fori conscientiae in absoluendo à peccatis est. De ista utique iurisdictionis potestate solet dici, quod confertur à Deo mediate, & ab ordinatore vel ab ecclesia immediate, quod à Deo conferatur manifestum est, quia tota iurisdictione ecclesiastica, tam fori contentiose quam conscientiae venit fundamentaliter ex illo verbo quodcumque solueritis, &c. Matth. 16. ca. & ex illo. Quodcumque solueritis, &c. Matth. 16. & ex illo, accipite Spiritum Sanctum, & quorum remiseritis peccata, remissa erunt, & quorum retineritis, retenta erunt. Ioan. 20. & ex similibus, de quibus supersedeo. Quod tamen ab ordinatore immediate accipiatur ista potestas, sicut communiter solet concedi, ego quoque in presenti cōcedo salvo in præjudicio veritatis. Quia veritas est, q̄ tam potestas ordinis quā potestas iurisdictionis datur immediate à Chro, sicut manifestis-

A fine appetet ex multis locis scriptura, & ex gestis Apostolorum, & dictis sanctorum doctorum, Ecclesia tamen ad tolendum perturbationem, & confusionem arctauit iurisdictionem istam distinguendo subditos & districtos. Et quia hoc iustum est potuit illud ecclesia facere, & tenet. Ideo quando ordinator, vel ecclesia, aut quicunque praelatus dat alicui ordinato iurisdictionem contentiosam, aut in foro conscientiae nihil aliud est quam tollere prohibitionem, perq; ex lege ecclesiastica erant manus istius ligata, licet competenter ei illa iurisdictione simul cum ordine, & non soluit maius eius totaliter, sed solum quantum ad illam partem materiae, vel quantum ad illos subditos, quos sibi assignat. Est autem sensus huius, quia quando aliquis ordinatur in sacerdotem, ex conditione ordinis, & institutione Christi competit sibi potestas ordinis, de qua non est dubium, & competit sibi potestas iurisdictionis in foro conscientiae super omnes fideles totius orbis, competrerit etiam potestas iurisdictionis contentiosae super totum orbem, quia potest excommunicare & absoluere. Ecclesia tamen ligauit ei manus per leges suas, quas iuste condidit quantum ad omnia ista.

Ideo mox, ut aliquis in sacerdotem promotus est, nec potest absoluere quemquam, in foro paenitentiali, nec excommunicare quemquam aut absoluere excommunicatum, quod est in foro contentio. Cum autem ordinator vel aliquis praelatus ecclesie committit ei, quod possit aliquid in aliquo foro istorum, illud potest, & non amplius. Et tunc ille dicitur concedere sibi potestatem, & tamen ad veritatem non est ei dare potestatem, quia ille ex ordine competebat, sed tollere arctionem, & ligationem iustam manuum inducitam per legem ecclesiasticam. Tollerendoligationem manuum non simpliciter, sed quantum ad aliquid, scil. quantum ad id, quod expresse venit in commissione facta. Probare autem praeditum est pulchrum, & sunt clarissima testimonia. Oportebat tamen nimis immorari, quia multa sunt fundamenta, nos tamen longius recessimus ab intentione nostra, quam volumen, ideo omissur, quia fortassis alibi dicetur utilius. Et tamen quantum ad praefens non multum differt, an daretur potestis ista immediate a Deo, & tamen quod ligata esset per ecclesiam, vel quod detur mediate a Christo, & immediate ab ecclesia, scilicet ab ordinatoribus, & aliis praelatis.

## CAPITULUM LXIV.

*Quod potestas iurisdictionis fori conscientiae & fori contentiosi, licet sint immediate a Christo, non sunt ita libera, si ut potestas ordinis in executione. Et quod pralati ecclesia non habent determinate potestatem praetorum & iudicium a lege Christi, sed a legibus ecclesiasticis. Et quod non sunt executores legi Euangelicae, & sic non possunt punire omnes delinquentes contra Euangelium.*

C **H**is ergo visis dicendum est respondendo ad dubium tam, si quod licet ambe potestates tam fori contentio si quam conscientiae competant ex lege Christi, non competunt, ita nude quod mox, ut quis fuerit ordinatus possit exercere illas indifferenter, sed sunt arctatae legibus ecclesiasticis ideo ad hoc, quod aliquis possit exercere conscientiae iurisdictionem: necesse est, quod ordinator vel aliquis praelatus ecclesiæ limitet ei materiam, super quam possit In foro autem contentiosae iurisdictionis adhuc magis manifestum est, quia iste est magis arctatus legibus ecclesiasticis. Ideo potestatem excommunicandi, & excommunicatos absoluendi accipiunt faderotes minores ab episcopis, vel competit eis ex lege ecclesiastica, scil. ratione aliquarum dignitatum, quas habebat, quibus annexa est contentio iurisdictionis, siue competit de iure scripto, siue de consuetudine, quia totum est ius. Episcopia autem accipiunt potestatem, & iurisdictionem a Papa. Iste autem Papa accipit potestatem immediate ab ipso Deo. Vel accipit eam a matre sua Ecclesia, cuius filius, & membrum est in qua est plenitudo totius potestatis concessæ sibi a Christo. Non dico, quod a Cardinalibus, vel ab electoribus, aut a confratere accipiat, aut ab aliquo alio homine, aut a toto clero, vel a multis hominibus, sed a matre sua Ecclesia, quæ maior est quam ipse, cum ipse sit filius eius, & membrum. Immorari aut his non conuenit, quia latissimus processus esset si de his omnibus agendum foret. Hocposito dicendum, quod potestates istorum non sunt absolutæ, vel illimitatae, sed li-

D gata legibus, secundum quas potestatem acceperunt. Nam Ecclesia habet regulas, quas canones appellat, & secundum illas distinguuntur ipsæ potestates, & conceduntur. Solus summus potest est supra leges humanas, quia omnia potest preterquam in duobus casibus, quos excipit lex diuina.

Primus est, quod non agat in manifestum damnum, vel decolorationem status Ecclesiae universalis. Nam quando ad hoc nihil potest. Sicut dicit Apollo. 2. ad Corin. 13. quod data est nobis potestas non in destructione, sed in constitutione. Secundus casus est, quod intentio Papæ fundet se super veritatem. Nam si super falsitatem se fundet, nihil facit. Dicit Apostolus contra veritatem autem nihil possumus. secundæ ad Corinth. decimotertio cap. Omnes alii ministri ecclesie, sicut accipiunt potestatem per leges ecclesiasticas, ita habent limitatam iurisdictionem secundum illas leges, & tamen leges ecclesiasticae, quas canones appellamus, non tribuant potestatem ad iudicandum, vel ad puniendum omnia delicta, nec ad arctandum hominem ad actus omnium virtutum, sed certa delicta puniuntur, scilicet ea, quæ possunt venire in contentionem, de quibus iudicium publice agi potest. Quod ergo praelatus ecclesiæ vel iurisdictionem suam contentiosam extendere ad omnia delicta vel virtus quæcunque puniendum, & vetandum, illa excedet terminos potestatis sua, quia leges illæ, per quas ipse est praelatus, & habet contentiosam iurisdictionem limitant potestatem eius ad certum modum, et si velit superexcedere, efficietur persona priuata, & non erit sibi parendum. Cum autem dicatur, quod isti sunt ministri Christi, & habent exequi legem eius. dicendum quod verum est, quod habent istud ministerium, sed non competit eis solum per legem Christi, sed magis determinate competit per canones ordinatos ab ecclesia, licet origo iurisdictionis veniat a lege Euangelica, & tamen per leges ecclesiasticas non constituant iudices omnium delictorum, nec efficiuntur executores legis Euangelicae, sed solum ipsorum canonum ecclesiasticorum, per quos acceperunt iurisdictionem, ergo non licet eis ultra se extenderent.

## CAPITULUM LXV.

*Soli sacerdotes in quantum possunt in foro conscientiae sunt executores legi Euang. l. a secundum totam suam latitudinem, & ad illos pertinet punire omnia virtus, quæ in legi Chr. se vertant & nullus alius quam cuncte potestatis, aut sanctitatis hoc potest, & quare hoc sit.*

S Ed dicendum est, quod executores legis Euangelicæ quantum ad suam totam latitudinem sunt illi, qui habent iurisdictionem fori conscientiae, & ad illos pertinet verare omnia virtus, & punire illa. Nam pralati ecclesiastici habentes contentio iurisdictionem, licet ex eo, quod sunt ecclesiastici, sint ministri Christi, tamen ex eo, quod contentiosam exercent iurisdictionem, solum se extendit potestas sua ad illa, quæ in contentione venire possunt, vt demonstrat nomen iurisdictionis contentiosæ, manifestum est quædam, & multa genera peccatorum esse, quæ in contentionem venire non possunt cum per ea non turberat status politicus, nec status ecclesiasticus, ideo illa alteri foro relinquenda sit. Ita autem est forus conscientie. Et sic habentes forum conscientiae vertant omnia virtus, & puniunt. Nam faderos in confessione mandat peccatori non solum abstinere a publicis, sed etiam ab occultis peccatis. Et non solum ab illis, quæ aliquem laedunt, sed etiam ab illis, quæ neminem tangunt. Et non solum a mortalibus, sed etiam a venialibus, & pro omnibus istis pænam imponit, & pænitentiam arbitriatam. Et in isto foro punitur fornicatio simplex cum meretrice, nec toleratur illo modo, licet leges politicae illam tolerent. Hic eriam pæna imponitur pro prauis cogitationibus etiam non existentibus in actu licet lex humana dicat, prauæ cogitationis nemo pænam meretur, & sic de omnibus aliis virtutis cunctis, prauis etiam si in nullius documentum proueniant: etiam habentes iurisdictionem fori conscientiae sunt, executores plenarii legis Euangelicæ quantum ad totam suam latitudinem, & nulli alii hoc possunt quæcunque potestatis iurisdictionis, & honoris, aut sanctitatis sint.

Ratio autem huius est, quia præsidentes iurisdictioni contentiosæ, licet præsint personis mere ecclesiasticis, tamen

A p̄f̄sunt eis quantum ad id, quod eas respicit mutuo, de quo inter eas contentio oriri potest. Sed de omni peccato non potest fieri quaestio, aut cōtentio, vt dictum est. Qui autem p̄f̄sunt foro conscientiae p̄f̄sunt hominibus in relatione ad Deum. Nam confiteri non est introductum per aliquam pacem, vel bonum communis ecclesiasticae, aut secularis, sed ex mandato Dei, vt puri efficiantur homines ad communicandū merita passionis Christi, & sic recipiantur in consilio Dei. Et ramen ad participandum merita passionis Christi, offeret hominem esse mundum, sicut Christus fuit mundus qui peccatum non fecit, nec inueniens est dolus in ore eius 1. Petr. 2. sed non est mundus, qui agit aliquid de his, quae Christus verat, & iudicat esse digna punitione, ergo qui p̄f̄sturis iudicionei foro conscientiae quantum ad omnia ista habet potestatem, cum dirigat homines in Deum, & ipse solus est executor plenarius legis Euangelice.

## CAPITULUM LXV.

An lex Euangelica habeat solum in futuro excutorem, vel habeat hic. Et quod habeat hic prīc palem, & directum, & in futuro habeat excutorem subsidiarium.

B **A** LIO V putauerunt, quod lex Euangelica non habeat in praesenti saeculo aliquem executorem sed in futuro, quia ibi punientur omnia delicta, hic autem multa impunita manent.

Dicendum, quod non est conuenienter dictum, quia tunc frustra esset posita si nullus esset hic executor eius, quia incideremus tunc in illud, quod dicit legislator, scilicet parū prodest iura condere, nisi sit, qui ea tueatur, & tamen non existente hic aliquo executore eius, nemo haberet curam de illa, an compleretur, vel violaretur, quod esset eam facere penitus in utili, ideo ponendus est hic aliquis executor.

Item patet, quod lex Euangelica pro isto saeculo posita est, & non pro futuro, quia in futuro non erit locus honorum, vel malorum operum regulandorum à lege, sed erit locus facilitatis extremae, & miseriae, recipiendi, quod hic egerimus. Hie ergo prodest obseruari Euangelicam legem, & non in futuro: ergo hic deberi ponit executor, & non in futuro, quia alias esset sicut nollet pabulum dare, & fame deficeret & iam mortuo abuadanter daret cibum.

Cum autem dicitur, quod in futuro saeculo est executor huius legis, quia ibi puniuntur omnia vita, quae lex ista vetuit, dicendum quod ibi est executor quasi subsidiarius, & tamen principalis executor conueniens legi hic est. Nam hic est executor, qui incitat ad obseruationem legis Euangelicae promittendo largissima bona vita eternae, & ipse metu punit quæcumque errata contra istam legem imponendo paenitentiam. Si autem aliquid hinc impunitum vadit, si quia iste executor non imposuit sufficientem, & cōdignam paenitentiam nec paenitens eam in se sponte exercuit, manet executor futuri saeculi, qui haec residua cremat in conflatorio purgatoriis ignis, quousque tollatur vniuersa rubigo.

Siautem aliquid peccatum est, quod nullo modo per ipsum executorem punitur in toto, nec in parte, in re, nec in proposito, sicut sunt peccata illorum, qui in mortalibus decidunt, manet executor futuri saeculi, qui vniuersa haec gehennalibus exuret flammis, nunquam tamen ad purum reducenda. Et sic ille executor est indefectum istius, sc. quia id, quod hic non fuerit executioni traditum, ibi completur, si tamen hic plene omnia demandarentur executioni executor nullus ibi foret.

## CAPITULUM LXVII.

Quod iurisdictio fori conscientiae est nobilior, & excellentior quam aliqua iurisdictio in tribus, & quomodo & quantum, & ad quid intelligitur, quod omnes paenitentia sunt arbitrarie.

E X his apparet, quod illi qui p̄f̄sunt iurisdictio fori conscientiae habent nobiliorē iurisdictioē quam quicunque alii in multis.

Primo quia ipsi soli sunt executores, & iudices per legem Christi secundum totam suam latitudinem, & tamen magna dignitas est, quod quis sit executor, & iudex datus per legem Christi, quae in immensum excedit omnes alias leges.

Secundo excedit alios in latitudinem iurisdictioē, quia omnes aliae iurisdictioē sunt limitatae ad certa genera peccatorum, vel rerum. Forum autem conscientiae comprehendit, quidquid cogitari, dici, aut fieri potest. Nā in quolibet istorum potest peccari, & ad quodlibet peccatum extenditur forum istud: immo quod plus est, extenditur ad aliquid quod nec dicitur, nec cogitatur, nec fit, scilicet omissionis quia aliquando peccat homo per omissionem, scilicet omitendo facere, vel dicere aliquid, quod facturus, dicturus, aut cogitatur erat, de his etiam forum conscientiae iudicat. Tertio excedit istud forum alios, quia est minus strictus legi. Nam certae potestates iurisdictioē sunt coarctatae legibus, ita quod non licet iudici facere, quod voluerit, scilicet imponere quamcunque pñnam voluerit, vel remittere in totum, sed cogitur infligere pñnam à lege taxatam, nisi sit talis, qui non sit subiectus legibus. In hoc autem foro potest iudex infligere quamcunque pñnam voluerit iuxta arbitrium. Omnes namque pñnam arbitrariae sunt. Hoc autem verum est quantum ad id, quod imponitur nomine pena, scilicet autem quantum ad id, quod venit nomine satisfactionis, quod non est pena. Nam in illo non potest confessor taxare, vel moderari, scilicet quantum incumbit satisfaciendum. Hoc autem dixisse placet propter quodam simplices confessores, qui cum audiant ecclesiam constituisse omnes paenitentias arbitrarias, putant quod de omni, eo quod in confessione venerit, possint ipsi arbitrari, ideo si quis confiteatur, quod furatus fuerit mille, vel quod intulit alicui ei damnum in centum, iubent cōfidenti, quod det aliquam paruam elemosynam, vel quod faciat dici Missas aliquot, & totum residuum remittunt. Decipiunt tamen isti seipso, & decipiunt confitentes, quia ecclesia dedit eis potestatem arbitrandi super eo, quod est debitum Deo, non tñ super eo, quod est debitum proximo, quia alias sacramentum paenitentiae esset medium ad patrandum grauissima furta, & per istum modum turbarentur omnia, & destruuntur res publica, si confessor posset peccatorem absoluere ab eo, quod mihi debitum est, & sic nulla esset maior iniurias quam sacramentum paenitentiae. Est ergo aduertendū, quod si quis furatur alteri mille, vel infert ei damnum in centum, est hic duplex offensa; vna quæ fit Deo, contra cuius legem iste fecit furando, & pro ista debetur certa pena, quam potest confessor moderari ad arbitrium. Alia offensa fit ei, cui ablatata sunt centum, vel mille furtrum, aut cui damnum irrogatum est, & circa istam nihil potest iacerdos taxare, vel moderari, sed cogitur iubere illi, quod reddat tantum quantum intulit, & non solum quantum valeret res furto sublata, sed etiā damnata, & interesse, si talis res erat, cuius absentia tempore intermedio damna afferret Domino.

## CAPITULUM LXVIII.

Quod con ilium generalē est congregatio ex excellentior omnibus congregatiōnibus, & omnibus personis publicis, vel priuatibus, & que sunt excellentiae sua super omnes congregatioē, & quod illud solum representat sufficienter ecclasiā vniuersalem.

**O**MNIBVS incidenter pertransactis, redeamus ad id, unde longe digressi fueramus, scilicet, quod ecclesia Christi est valde bene ordinata, melius quam status veteris testamenti, licet nunc non sint prophetæ, nec aliqui modi consilendi dominum, sicut tunc, sed nunc omnia dubia, quæ euenire possunt, circa fidem determinantur per ecclesiam, scilicet per generalem synodum legitime congregatam, quæ non potest errare in his, quæ fidei sunt, & gerit sufficienter vicem ecclesiæ totius vniuersalis, & illam repræsentat. Et hoc patet, quia nulla persona singulatis, vel publica quæcumque dignitatis, vel sanctitatis potest sufficienter repræsentare ecclesiam vniuersalem, & conditionem eius habere. Nulla etiam alia congregatio, vel multitudo quantumcunque gratiis ecclesiasticorum, vel secularium potest repræsentare ecclesiam vniuersalem, quia quælibet alia præter istam potest errare. Vnde omnes maiores nostri in ecclesia nulli congregatioē indubitatam fidem dederunt, nisi isti.

Et hoc apparet in aliquibus, quibus virtutur synodus generalis quibus nulla alia congregatio, vel multitudo virtutur. Nā dicitur congregata in Spiritu sancto. Sic patet ex superstitione literarū, quæ virtutur q̄libet synodus generalis, & incipit felicit

Ecclesia  
vniuersali  
repre  
sentan  
ti potest  
solum  
per gene  
ralem  
synodū.

**A** scilicet sacrosancta synodus generalis, in Spiritu sancto legitime congregata generale conciliū faciens, ecclesiam vniuersalem representans. Item, quod maius est, in diffinitionibus, quas facit synodus generalis afferit cooperari sibi Spiritum sanctum, sicut in illa famosa synodo generalis ecclesiae primiū, in qua intueruntur Apostoli. Nam diffiniendo, dixerunt. Placuit Spiritui sancto, & nobis congregatis in unum &c. Actuum 15. & tamen nullus iudex quantumcunque sanctitatis, & nulla in ultro in diffinitione aliquid dicit, placuit Spiritui sancto, & nobis. Et sic apparet istam esse dignissimam omnium, quae representare possit vniuersalem ecclesiam. Et quia vbi cuncte Spiritus sanctus interuenient non potest esse error, non potest ecclesia vniuersalis errare, scilicet, sacra synodus generalis eam representans, quae Spiritu sancto regitur in diffinitionibus, quas facit in fide. Et ob hoc recte sacram Concilium est in fide magister omnium catholicorum & etiam Papæ, & declarat ei quid tenere debeat, & illi obligantur sequi eius diffinitionem.

## CAPITULUM LXIX.

**Conci-**  
**lum ge-**  
**nerale**  
**omnibus**  
**fidelis**  
**Papa im-**  
**ponit**  
**quod se-**  
**quide-**  
**beant.**

**Quod Concilium generale non potest errare in moribus, & quod omnes tenentur obedire eius dictis, licet de ceteris, tunc quantum ad mores sunt mutabilitas, & dispensabilius, & quod supremum tribunal ecclesiae constituit Christus in concilio generali, etiam supra Papam.**

**B** IC V T autem alma mater ecclesiae, scilicet synodus generalis non potest errare in fide, ita non potest errare in moribus quae mores sunt in necessariis ad salutem aeternam, id in omnibus diffinitionibus suis factis circa mores sibi indubitanter adherendum est tanquam non potenti errare. Hoc tamen non tollit, quin aliqua ordinationes factae per concilium super moribus, & praecepit in ceremonialibus possint postea mutari, per illud, vel aliud concilium, quia in aduentis temporibus variatur qualitas legum, & illarum, quae prius fuerant bona, tractu temporis esse nocuae incipiunt. Et tamen quando mutatae fuerint istae leges per istam synodum, vel per aliam, non arguitur eas fuisse malas a principio, & errare ecclesiam, sed fuerint bona, quando datae sunt, & postea tractu temporis incipiunt non esse bona, de quo supra magis dictum est.

In talibus etiam constitutionibus, licet Papa possit dispensare, cum sit caput ministeriale ecclesiae, vel membrum eius praecipuum potissimum cum tales constitutiones non habeant causam semper manendi, non est inconveniens, nec negamus, dum tamen hoc non faciat contra prohibitionem expressam generalis concilii, quia tunc manifestum est auctoritatem ecclesiae esse maiorem eius auctoritate, qui membrum est illius, cum illa non possit errare, nec in fide, nec in moribus, ille autem in utroque errare potest, & sepe repertum est, quod summi pontifices in utroque errauerint.

Ob hoc autem Christus constituit supremum tribunal in ecclesia in sacro concilio, etiam supra Papam. Et non solum in pertinentibus ad fidem, sed etiam quantum ad actiones, quae omnia patet manifestissime ex illo verbo Domini Matt. 18. c. scilicet si peccauerit in te frater tuus, corrige eum inter te, & ipsum solum, quod si te non audierit, dic ecclesiae, et si non audierit ecclesiam, sit tibi quasi ethnicus, & publicanus.

## CAPITULUM LXX.

**Quomodo ex illa auctoritate Christi, scilicet si peccauerit in te frater tuus, eliciuntur quatuor dicta de auctoritate concilii supra Papam, & quod non potest ibi accipi ecclesiae pro iudice particulari nisi pro ecclesia vniuersali, quae est vniuersitas Christianorum a spesorum sed necessario accipitur pro concilio generali.**

**E**X hac auctoritate quatuor probantur. Primum quod Christus loquitur hic de generali concilio. Secundum, quod posuit Christus ultimum tribunal Ecclesiae in sacro generali concilio, ita quod post eum non sit ad aliquem recurrentum.

Tertium, quod etiam concilium sit supra Papam, & quod super statu Papæ possit adiri generale concilium.

Quartum, quod non solum sit hoc in pertinentibus ad fidem de quibus nemo dubitat concilium generale excedere Papam, sed etiam in pertinentibus ad actiones morales, de quibus aliqui interdum dubitant.

**D** **P**rimum, scilicet quod loquitur hic Christus de generali concilio probatur, quia Christus dixit, si peccator non audierit correctionem coram testibus, quod diceretur ecclesie. Aliqui autem accipiunt ecclesiam pro iudice ecclesiastico, sed non conuenit, quia beatus Petrus, qui erat Papa remittitur hic ad ecclesiam, cum dicat hic Christus dic ecclesiae, nullus tamen iudex est supra Papam: ergo non potest accipi pro iudice, sed debet accipi pro ecclesia. Et neesse est, quod accipiatur pro ecclesia vniuersali, quia alias non ponetur in ea ultimum tribunal, sicut Christus hic constituit, quia adhuc maneret recursus ad vniuersalem ecclesiam, quae mater est omnium ecclesiarum. Hoc dabo, vel accipietur pro vniuersali ecclesia congregata, vel pro dispersa, non quidem potest accipi pro vniuersali ecclesia, quae est vniuersitas Christianorum dispersa per orbem: ergo debet accipi pro ecclesia vniuersali congregata, quae est sacra synodus generalis legitime congregata. Quod autem non possit accipi pro ecclesia dispersa, quae est Christianorum vniuersitas, patet dupliciter.

Primo quia Christus remisit hic Petrum ad ecclesiam ad denunciandum ei delictum peccantis. Et est forma, quam nos tenere debemus in fraterna correctione. manifestum est tamen, quod impossibile est, quod aliquis denunciet peccatum toti ecclesiae, quia tunc oportebit, quod discurseret per totum orbem vbi cuncte sunt aliqui Christiani, & nullus Christianus maneret, cui non notificaret, quod cuiilibet videtur impossibile. Et non solum si cuiilibet notificandum sit, sed etiam si notificandum sit omnibus ciuitatibus particularibus esset difficultum, & quasi impossibile. Christus autem nihil tale mandaret, cum ipse dixerit. Iugum meum suave est, & onus meum leue.

Secundo pater, quia Christus dixit hic, quod si ecclesiam non audierit, sit tibi quasi ethnicus, & publicanus, ex quo aparet, quod illa ecclesia cui mandatur denunciare delictum est talis, quae potest aliquid dicere peccanti, in quo ipse eam debeat audire. Ecclesia tamen vniuersalis prout est vniuersitas Christianorum non potest per se ipsam aliquid dicere, aut facere, cum sit quædam vniuersitas multorum Christianorum dispersum per totum orbem, qui nunquam conueniunt, nec conuenire, aut concurrere possunt in aliquo unum actum, ideo nullus actus est, qui possit dici factus esse ab vniuersali ecclesia isto modo accipiendo. Necesse est ergo accipi de sacro concilio generali, quod vocatur ecclesia vniuersalis per sufficientem representationem. Et istud potest mandare delinquenti, quod se emendet, & imponere ei penam salutarem, et si non emendauerit habebus est tanquam publicanus. Concilio enim generali bene competit aetius. Nam diffinitiones in fide, & moribus nomine facri concilii sunt, & concilium diffinit in causis, & audit illas, & excommunicat, & absolvit, & facit omnes actus iurisdictionis, licet alias isti actus videantur esse suppositorum, quia non sunt suppositorum, ut singulorum, sed ut eis resultat quædam una communitas, vel quodam corpus iuris, quod vocatur vniuersitas, & ratione istius resultationis competit eis, quod non competit eis omnibus etiam si essent congregati non sub hoc nomine, nec titulo.

## CAPITULUM LXXI.

**S**e secundum dictum ex eadem auctoritate, si peccauerit, scilicet Christus posuit, si supremum tribunal Ecclesiae in concilio generali, & quod post illud non sit ad aliud re. ut. evadum.

**C** ECVNDVM erat, quod Christus posuit in generali concilio supremum tribunal ecclesiae, & quod post illud non sit ad aliquem recurrentum. Hoc pater, quia cum aliquis peccat, primo ille, qui nouit peccatum debet eum admonere inter se, & illum solum, et si sic non vult emendari, debet adhibere postea duos, vel tres testes, & coram ipsis debet rursus admonere peccantem. Et si sic non emendetur, debet dicere ecclesiae, i. generali concilio, & postea non ponitur aliquis cui debeat denunciari, etiam si non audierit ille ecclesiam. Sed dicitur, si non audierit ecclesiam sit tibi quasi ethnicus, & publicanus, & non ponitur aliquid aliud remedium. Si tamen esset adhuc aliud tribunal, ad quod posset recurreri, non diceretur, quod peccator habendus esset tanquam ethnicus, & publicanus, quo usque denunciaretur peccatum coram illo tri-

A bunalis, & ibi increpatus non audiret. Ecclesia ergo ista vniuersalis, id est, concilium generale est ultimum tribunal, ad quod in ecclesia recurriri debet, aut potest. An ergo in omni correctione fraterna, quando peccator non audit, deuenient dum sit per media usque ad generale concilium, & can in correctione illa debent teneri alia intermedia, quae Christus hic non expressit, non pertinet ad praesentem considerationem. Dicitur forte Deo dante super Matthaeum suo loco. Quod autem sic debeat intelligi ista auctoritas, testis est nobis beatus Hieronymus, qui loquens de clauibus, cui traditae sint tunc an beato Petro an toti ecclesie, ait. Has claves regni celorum ligandi, & soluendi non unus homo, sed unitas accepit ecclesia. Unitas ecclesie vniuersalis. Et subinfert. Hanc domum si quis corrigentem corripiat que audire contipserit, sit tibi quasi ethnicus, & publicanus. Et sic vult, quod ecclesia vniuersalis sit ista, que debet ultimo auditum in correctione fraterna, cum vocet eam unitatem ecclesie. Quod non competit, nisi ecclesia vniuersali, & quia corrigeret, & corripere potest, necessaria est, quod non sit ipsa vniuersitas Christianorum dispersa, sed multitudine congregata, scilicet generalis concilii, cui competit corrigeret, & corripere quemlibet fidem, & quilibet teneat obedire, intantum, quod non audierit habendus sit, ut paganus, & extra legem Christi.

## CAPITULUM LXXII.

Tertium dictum ex eadem auctoritate si peccauerit, quod concilium generale sit super omnes homines etiam supra Papam, & quod in tangentibus statutum Papae possit recurriri ad concilium generale, & quod beatus Petrus Papa concessit seminorem concilio generali.

*Auctor in Mat. et quae. 205. ait Papae esse supremum Eccles. Hierarchia, & pertinet ad eum disponere de omnibus negotiis Ecclesiae.*

**T**ERTIVM erat, quod concilium generale sit etiam super Papam, & quod in tangentibus statutum Papae possit adiri concilium generale, & in hoc sunt rursus duæ particulae. Prima est, quod concilium sit supra Papam. Secunda est, quod adiri concilium in tangentibus Papam, scilicet quod aliquis possit accusare Papam, vel denunciare de eo coram generali concilio. Prima ex ordine literarum hic. Nam ille, qui quiescuit nunc a Christo, & cui Christus respondit, fuit beatus Petrus. Nam ipse quiescerat quoties remittendum erat homini peccanti in nos, & postquam Christus respondit sibi ad hoc, dixit sibi. Si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te, & eum solu &c. & postea subdit, quod si illos non audierit dic ecclesia. Et sic remittit Petrum ad denunciandum crimen peccatoris ecclesia. Ex quo patet, quod superior est illa ecclesia, ad quam Petrus remittitur quam ipse Petrus. Quia in iudicibus semper fit recursus de inferiori ad superiore. Etsi Petrus esset maior quam ecclesia, vel saltem aequalis ei non remitteretur ad eam, sed sufficere, quod cōstaret sibi de delicto, & puniret illum. Nam iudex superior nunquam litigat coram inferiore, nec appellatur a superiori ad inferiorem, sed è contrario: ergo ecclesia illa, scilicet concilium generale supra Petrum erat, qui erat Papa. Bene autem concessit Petrus in actibus suis, & ostendit, quod concilium generale esset maior eo, quia ipse subibat mandata generalis concilii. Etiam increpatus obiecta sibi auctoritate sacri concilii generalis tacuit. Primum patet, quia Apostoli, & seniores, qui erant congregati in Ierusalem, & faciebant generale concilium: audientes, quod Samaria recepit verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Ioannem. Ecce patet, quod concilium putabat sibi licere madare, quod vellet istis duobus Apostolis, & quibuscumque aliis. Etsi non restiterunt, sed mox suscepimus mandato congregationis iuerunt illuc. Sic patet Actuum 8. Secundum patet, quod quando Petrus subtrahebat se a gentibus, & non manducabat cum eis de cibis communibus, sed capiebat obseruare legalia propter quosdam, qui venerant a Iacobo, & erant de circumcisione, & propter hanc simulationem scandalizarentur gentiles, putantes, quod etiam tenerentur obseruare legalia, Paulus increpauit Petrum dicens, quod non ambularet ad veritatem faciem Euangelii, id est, determinationis factae in concilio, cui erat obediendum, sicut in Euangelio, nam in Euangelio Christi nihil dicebatur de obseruando, vel non obseruando legalia, confessum quippe Petrus tacuit, & non respondit ad incrementum Pauli, quamuis eum dure increpauit. In quo apparet, quod Paulus credebat Petrum obligatum ad obseruandum determinata per concilium generale, quia alias non iuste eum increpasse. Etiam Petrus credebat se subditum concilii

determinationi, & statuto, quia alias respondisset Paulo increpanti eum, & non cōcessisset per taciturnitatem le peccasse, & sic appareret, quod Petrus credebat se inferiori cōcilio.

## CAPITULUM LXXIII.

*An posset euitare potestas, & auctoritas concilii generalis supra Papam ex eo, quod quando Christus dixit Petro, si peccauerit in te &c. non erat Petrus Papa, sed persona priuata, & quod non, sed nec potest intelligi pro tempore, quod Petrus erat Papa.*

**S**E d' aliquis dicet, quod ista non stant, quia licet Christus dicat ista Petro, tamen ipse non erat tunc Papa, quia non fuit Papa, nisi post mortem Christi. Ipso autem viuente ipse erat Papa, & dominus, & legislator, & ut comprehensius dicamus, ipse erat omnia, ideo Petrus erat tunc persona priuata. Et sic dato, quod remittatur ipse ad ecclesiam ad denunciandum delicta fratris, non sequitur Papam remitti ad concilium vel concilium esse supra Papam, & tenere super eum tribunal iurisdictionis. Dicendum, quod hoc non stant, sed bene colligitur ex hoc loco concilium esse supra Papam. Nam licet tempore Christi beatus Petrus non esset Papa, sed adhuc in minoribus constitutus, sicut quilibet aliorum Apostolorum, tamen istud, quod Christus dixit ei, si peccauerit in te frater tuus, dixit ei pro tempore, quo era futurus Papa, quod patet, quia immediate, ut Christus mortuus est, fuit Petrus Papa propter potestatem in sibi traditam a Christo, quia non erat maius ecclesia sine capite praesente ministeriali, vel vero, & tamen Christus dixit hoc Petro non pro tempore, quo Christus viueret inter homines, quia illo tempore non erat necessarius ille ordo in correctione fraterna. Nec est dicendum, quod tempore Christi si quis Christianus vellet fratrem suum corrigeret de peccato deberet ultimo recurrere ad ecclesiam, & post eam non haberet, ad quem recurreret, sed habendus esset peccator velut ethnicus, & publicanus, sed recurrentum esse ad Christum. Nam cum ipse esset Deus, & legislator, & caput, & auctor noui testamenti: ad ipsum esset recurrentum ultimum in omnibus simpliciter, & potissimum in illis, quae concernebant testamentum, sive legem, quam ipse dabit, & tamen remittit hic Christus Petrum ad ecclesiam ultimatum quasi non sit aliquis alius, qui post illam possit adiuti: cum immediate ecclesia non audita iubet peccatorem habendum tanquam publicanum, & ethnicum. ergo videtur, quod loquitur de tempore, quo ipse non erat conuersatus inter homines, & non posset ad eum recurriri. Ex quo apparet, quod post mortem Christi Petrus in correctione fraterna remittitur ultimum ad ecclesiam, & tamen Petrus erat tunc Papa: ergo Petrus, quando erat Papa, remittitur ad ecclesiam. Si autem aliquis contendere velit contra id, quod supra diximus, scilicet, quod non fuerit Papa mox, ut Christus mortuus est, licet hoc sufficienter probari posset, quia tamen non facit aliquid ad propositum, an immediate, vel aliquanto tempore post effectus fuerit Papa, non curabimus in praesenti, & forte in alio loco opportunius comprobauimus. Nam dato, quod aliquis dicat beatum Petrum non fuisse Papam illico, ut Christus mortuus est, tamen habet cōcedere, quod Christus fuerit aliquo tempore Papa post Christi mortem, cum ipse ponatur primus Vicarius, & successor Christi, ista tamen lex de correctione fraterna, quae data fuit omnibus in persona Petri, necesse erat, quod competenter Petro post mortem Christi quandocunque occurreret sibi frater, qui peccaret in ipsum, & lex non esset data pro certo tempore, sed ad eternum quamdiu nouum testamentum duraret: ergo Petrus existens Papa ad ecclesiam aliquando iturus erat pro correctione fraterna. Et accipitur ecclesia pro concilio, ut supra probatum est ergo Papa ad concilium generale remittitur, & concilium generale est superior.

## CAPITULUM LXXIV.

*Quod crimina Papa possunt denunciari in concilio generali, & ibi possit accusari de eis.*

**S**ECUNDA particula huius tertii dicti erat, quod in tangentibus statutum Papae potest generale concilium adiri per viam denunciationis, aut accusationis, scilicet quod aliquis potest denunciare Papae peccatum coram concilio generali, vel acculare eum de crimine. Et hoc patet ex predicta auctoritate sumpta per contrarium. Nam supra probauimus, quod Papa remittitur ad concilium generale.

A generale denunciando peccatum aliquius, s. quia beatus Petrus, qui erat Papa, & remittebatur ad ecclesiam. Nunc autem dicimus, q. si Papa peccauerit, & aliquis cognoverit peccatum eius, quod potest denunciare illud in Concilio. Quod patet, quia sicut ista lex data est in persona Petri, eo quod ipso interrogante data est, ita & ad ceteros Christianos pertinebat, sicut nunc tenet tota ecclesia, & est manifestum, quia alias fuisse ista lex personalis, quae comprehenderet solum Petrum, & duraret solum tempore suo. Christus tamen non dedit leges personales, nec locales, nec temporales, sed omnino generales duraturas ad omne tempus, comprehendentes omnē sexū etatem, & statum hominum ratione vtentium. Ethoc est vnum, in quo differt legislatio Christi à veteri testamento, & ab omnibus aliis legislationibus. Quia nulla fuit vñquam legislatio ita generalis sine particularitate, & limitatione aliqua. Necesse est ergo extendi illam legem ad oēs homines, & tunc stabit, quod quicunq; Christianus videat fratrem suum in se peccantem possit eum corrigerre hoc modo, Papa tamē est frater cuiuscunq; Christiani. Nam Christus dixit Matt. 22. nolite vocare vobis patrem super terrā, omnes enim vos fratres estis. Et sepe etiam iura volunt Papam comprehendunt sub hac appellatione fratris, licet propter honorem, & reuerentiam status alii no minib. eum consueverunt appellare. Non tamen tollunt hæc eum esse fratrem nostrum, & non patrem, cum ipse adhuc sit super terram quandiu Papa est, & nemo super terram pater vocandus est, sed omnes, qui in terra sunt, fratres sunt. Est ergo Papa frater cuiuslibet Christiani, & sic includetur in hac lege, l. si quis viderit fratrem suum errantem in se, id est, peccantem. Et tunc poterit quilibet vti contra eum hac correctione, & nouissime denunciare ecclesia si se non correxerit denunciato crimine coram testibus, & sic ecclesia, id est, generale Concilium cognoscet hic de statu Papæ. Verum est, quod glossatores, & doctores iuris canonici volunt, quod Papa non possit denunciari, nisi de illo crimen, de quo pōt accussari, & pro quo pōt deponi, quia alias esset frustratoria denunciatio. Sed de hoc etiam non curo ad propositum nostrum, quia satis est, q. ipsi concedunt casum esse, in quo Papa denunciari possit, scilicet, in omnibus, in quibus potest accussari. Et dant doctores iuris canonici, & signant lo. glossator decretorum vnam regulam, quia q. cunq; repe ritur, quod Papa potest accussari, vel iudicari, vel deponi intel ligitur per generale concilium. Et sic ista est ecclesia, ad quam recurritur in factis Papæ. Ad hoc quasi innumerabiles sunt auctoritates Hieronymi, Augustini, Gregorii, & summorum pontificum, & de creta, & auctoritates. Sed in præsenti non est intentio nostra colligere materiā istam, vel summare eam quia istud esset longissimum, sed solum incidentaliter declarare illam auctoritatem. Si peccauerit in te frater tuus &c.

B

solum haber locum in peccato hæresis, sed etiam in omnibus aliis, sicut tota ecclesia obseruat. Item ex forma verborū Christi magis appetat, quod intelligatur de peccatis actionum quam fidei, quia dicitur si peccauerit in te, id est, contra te, & iste est sensus verissimus, vt pater ex contextu literæ. Nā quærebati Petrus quoties remittendum esset proximo, si peccaret in eum, an vñque ad septies, & Christus dixit, quod non solum vñque ad septies, sed etiam vñque ad septuagies septies. Et sic referendum est hoc ad ea, de quibus ibi agitur, & illa sunt peccata actionum, quæ sunt in damnum proximi. Item patet, quia si ista regula solum intelligeretur de peccatis hæresis, non dimisisset Christus aliquem modum, per quem corrigeremus fratres peccantes, & delinquentes in actionibus, quod esset inconveniens, cum plus homines peccent circa actiones, quam circa fidem, quia circa fidem est solum vnum peccatum, scilicet, hæresis, vel infidelitas. Et circa actiones sunt infiniti modi peccandi, sicut dicit Arist. 2. Ethic. cap. adhuc autem, sicut Pythagorici dicunt peccare infiniti, id est, infinitis modis contingit peccare in actione, quia de fide nec Pythagorici, nec Arist. loquitur. Etiam, quia magis inclinantur homines ad peccandum circa actiones, quam circa fidem, quia circa actiones est aliquid delectabile, quod ad peccandum trahat, & terribile, quod à bono distrahat, & ad peccandum inducat. Circa fidem autem non est aliquid delectabile, vel triste attrahens, vel distractans, sed solus error, ideo rarius in hoc homines peccant. Sapiens tamen legislator magis aduertit ad ea, in quibus plurim, & facilius homines peccant, & in illis ponit leges, Christus ergo magis ponet legem de actione corrigeenda, quam de fide: ergo non solum intelligitur de correctione in peccato hæresis, sed magis in aliis peccatis actionum. Item patet, quia non solum intelligi oportet potius ista lex de peccatis actionum, quæ de peccatis fidei, sed et viderurali qualiter, q. non intelligatur de peccatis hæresis, quia in pētō hæresis ponit Apost. ad Titū c. vlt. aliam formam corrigit, dicens. Hæreticum hominem post primam, & secundam admonitionem deuita: subuersus est enim. Et tamen in ista lege de correctione fraterna ponuntur ad minus tres admonitiones antequā peccans euiteretur, s. vna que fit inter corrigit, & peccant, & alia, quæ fit inter corrigit, & peccantem coram duobus testibus, & tertia, quæ fit ab ecclesia, & ante istam tertiam admonitionem non est deuitandus peccator: ergo videtur, quod non intelligatur ista regula de correctione peccantis in hæresim, sed in aliis peccatis actionum, licet quantum adhuc non insisto magis, tñ adhuc q. ad omnia peccata extēdat. Itē patet, quia dicitur. Si peccauerit in te frater tuus, i. contra te, quia ista p̄cipitatio, in denotat aduersus, vel contra, & tñ peccatum fidei non est contra aliquem hominem, sed solum contra Deū, ideo intelligitur de peccatis actionum. Si aut̄ exponas, sicut quidā exponunt, s. si peccauerit in te frater tuus, id est, te sciente, quod satis videot extortum à propria significazione terminorum, tñ adhuc magis conuenit peccatis actionum, quæ fidei, quæ magis contingit, quod quis videat peccatum proximum suū circa actiones, quam circa fidem, eo quod peccatum cōtra fidem in sola anima est, s. non recte credendo, peccatum aut actionū exterius est, & videri pōt. Etiā, q. peccare circa actiones contingit infinitis modis, vt supra dictum est, peccare autem circa fidem vñico modo, ideo potius pōt quis videre, vel scire peccatum fratris sui in moribus, quam in fide. Et sic de actionis peccato potius intelligetur quam de peccato morū. Apparet ergo ex his, quod intelligi debeat ista regula Christi de correctione circa peccata actionum, & tñ secundum istam regulam remittitur Papa ad Concilium denunciando pētā cuiuslibet alterius & quilibet alius remittitur ad concilium denuaciando peccata Papæ, cum ipse sit frater omnium: ergo et circa peccata actionum Papa potest iudicari per generale Concilium. Et sic factum est sepe antiquitus, vt patet in beato Damaso Papa, qui accusatus fuit de adulterio, & coram concilio generali se purgauit cum 45. episcopis. Sic etiam Symachus Papa tēpore regis Theodorici regnantis in Italia corā sancta synodo purgatus est, & ita de multis aliis summis pontificibus, vt legitur in gestis summorum pontificum, & in historia beati Damasi, quam ecclesia legit, & sepe in decretis, vt patet 2. q. 5. Facile autem nobis erat respondere ad decretum II. Papa. Et ad illud cuncta per mundum. Et ad illud cap. scil. aliorum causas, quæ

Regula  
quam  
dat  
Christi  
de corre  
ctione  
frater  
na, q.  
mielli  
genda.

## C CAPITULUM LXXV.

Quartum dictum ex illa auctoritate. Si peccauerit, scilicet, quod non solum de pertinentibus ad fidem, con illum iudicat Papam, sed etiam in pertinentibus ad mores, & crimina.

Q VARTVM dictum, quod eliciebatur ex hac auctoritate, si peccauerit &c. erat, quod non solum in pertinentibus ad fidem concilium videt de statu Papæ, sed et in pertinentibus ad actiones. Nam quandoq; aliqui declarant Papam subiectum esse ecclesiæ vniuersali matrī suæ, cuius vicem plene tenet sacrū generale Concilium. aliqui non secundum Deum, sed scđm hominem fauere volētes pontificibus quasi constituentes eos Deos impeccabilis, dicunt verū esse in his, quæ fidei sunt Papam subiectum esse Concilio, quia de hoc expresse continetur in c. si Papa io. dist. quod pro causa fidei Papa accusari, & deponi posset, pro aliis autem delictis dicunt eum: soli diuino arbitrio reliatum, & neminem mortarium, nec etiam concilium generale posse iudicare, sicut videtur ipsum c. si Papa dicere, & quædam alia iura. Et non aduentum ad istam auctoritatem Domini, quæ maior est quibuscunq; Epistolis summorum pontificum, ex qua necesse est accipi Papam subiectum fore iudicio concilii generalis, non solum in pertinentibus ad fidem, sed etiam in tangentibus actiones. Quia in ista lege de correctione fraterna Christus subiecit beatum Petrum ecclesiæ, quæ est concilium generale, vt supra declaratum est, & tamen lex de correctione non

A sunt potissimum fundamenta eorum, qui volunt humanitatem adulari summis pontificibus constitudo eos incastigabiles circa quascunq; actiones, etiam si quotidie unus summus pontifex notorie mille homines occideret, sicut quidam non erubuit in scriptis suis assertere. alia etiam sunt, sed minus militant. Quia tamen non fuit propositi nostri materiam istam colligere, nec eam directe tangere supersedemus.

Conci-  
lium ge-  
nerale  
est in pec-  
cable.

B

## CAPITULUM LXXVI.

*Quod Christus dimisit in ecclesia unum supremum tribunal, quod non potest errare, scilicet concilium, ad quod in omnibus dubijs, tam in fide, quam actionum recurrente est, & quod determinationi sua, ita standum est ac si Deus per prophetas responderet, vel per alios modos consulendi, qui erant in lege veteri, & quod auctoritas ecclesiae maior est quam auctoritas Angelorum.*

**A**PPARET ergo inductum ex omnibus praeditis, & præcipue ex fundamentis Euangelicis Christum reliquise in ecclesia unum tribunal supremum, & de omni homine habeat iudicare, & istud est factum concilium generale ecclesiam vniuersalem matrem nostram sufficienter representans, & conuenienter. Et istud tribunal est impeccabile, nec ullatenus errare potest in his, quæ de necessitate salutis sunt. Et ob hoc ad ipsum pertinet iudicare, & determinare ultimum de omnibus dubijs, tam in fide, quam in actionibus, & post eius determinationem non licet aliqui fidem resistere, quia manifeste iudicio diuino resisteret. Et tantum credendum est huic tribunali in omnibus, quæ diffinierit, sicut in veteri testamento prophetis respondentibus ex parte Dei, & aliis modis consulendi dominum, de quib. supra dictum est. Omnia haꝝ presupponenda fuerunt ad responseionem argumenti, ut cognoscatur leuissime, & in transitu potestas, & inuariabilitas ecclesiæ in determinando, & quomodo sit eius auctoritas super omnem auctoritatem, que sub Deo est. Nam maior est quam auctoritas Angelorum, ideo Apostolus ad Gal. i. dicit, quod si quis voluerit euangelizare aliud quam euangelizatum est per totam ecclesiam, etiam si Angelus de cœlo, quod anathema sit. In quo appetit dupliciter auctoritas ecclesiæ esse super auctoritatem Angelorum. Primo, quia mandat ecclesia, quod non creditur eis si contrarium affererint, & tamen si maior est auctoritas Angelorum, quam ecclesia posset, & deberet credi Angelis contra ecclesiam, & ecclesia non posset legitimate ponere illam prohibitiōnem. Secundo, quia Apostolus nomine totius ecclesie anathematizat Angelos de cœlo si contrarium afferant ei, quod ecclesia euangelizauit concorditer per totam terram.

C

## CAPITULUM LXXVII.

*In quo finita digressione respondetur rationi tertie principali. Et hic de negativa facti an possit probari, & quid sit probatio directa, & de negativa limitata, & illimitata.*

**N**VNC respondendum ad argumentum, & dicendum, quod in præsenti non potest dici, quia ista veritas, de qua agitur, si quod Christus mortuus fuit tali die, vel tali pertinet ad illas ecclesiæ determinationes, quæ sunt de actionibus, & quæ sunt variabiles. Nisi ad illas pertineret esse facile respondere, scilicet quia ecclesia circa tales sepe facit variationē, ita quod contra aliquid, quod uno tempore determinauit, determinat alio tempore, sicut patet in diuersis legibus ecclesiasticis antiquis quæ nunc abrogatae sunt. Et quotidie sic facit, & facere potest ecclesia, cū experientia temporum ostendit, quod illud, quod antiquitus fuerat bonum & utile, nunc efficiatur inutile. Non enim potest dici sic in præsenti, quia propositione ista est de his, quæ credenda sunt, & non de his, quæ agenda sunt, ideo si semel fuerit vera, neceſſe est iam postea semper esse veram. Et ob hoc si ecclesia semel determinauit eam, vt veram, non potest postea contrarium determinare, sed neceſſe est eam semper esse veram, quia alias ostenderet ecclesia saepius errasse, vel nunc erraret, quod est impossibile, sicut supra declaratum est. Dicendum ergo est ad argumentum, quod ecclesia nunquam talem propositionem diffiniuit, scilicet quod Christus mortuus fuerit tali die, vel tali, scilicet 8. Calendas Aprilis mortuus fuerit, & sic non obligamus ex hac parte hoc tenere.

Sed aliquis dicet, quod ista assertio est presumptuosa, scilicet quod ecclesia nunquam determinauit talem propositionem quia ista est negativa facti, quæ probari non potest, quia negantis factum per rerum naturam nulla potest esse directa probatio.

Respondendum uno modo, quod verum est, quia negativa facti non potest probari directe: potest tamē probari indirecte, & sic aliquo modo probari potest. Hoc patet ex illo loco iuris, unde sumptum est verbum. Nam ibi dicitur: negantis factum per rerum naturam nulla potest esse directa probatio. Et sic non dicitur, nulla potest esse probatio: sed, nulla potest esse directa probatio: solum enim directam probationem excludit, indirectam autem non negat.

Est enim probatio directa, quæ fit per causas rei, non quidē per causas essendi, sed per causas, vel media cognoscendi. Et quia omnia, quæ sunt, cognoscuntur per aliquem de quinque sensibus, causæ probationū dicuntur sensationes istorum sensuum, ut pote, quia aliqd visum est, vel quia auditum est, vel odoratum est, & sic de ceteris. Et sic in forma deponendi testimoniū dicitur, quod testis reddit causam dicti sui, quando ipse alterens aliquid, si queratur ab eo, quō scit, respōdet, quia vidi, vel quia audii, si talis est res, quæ per auditū probari queat, ut pote si est questio de dicto, & sic de odoratu, & tactu. Nā per omnes istos sensus potest reddi causa dicti alicuius testis, & ad illos stat ultima resolutio in probatione, ideo cum testis dicit, quia vidi, vel quia tetigi, aut quia odoravi, vel audiui, si res est talis, de qua agitur, quod per istos sensus cognosci debet, non queritur aliquid ultra tanquam iam venerit, & se resoluerit ad causam primā dicti sui. Ita ergo est directa probatio. Est autem indirecta probatio, quæ non fit per aliquid de causis dictis, sed per quasdam circumstantias. Probationem autem directam non recipit negativa facti, quia illa fit per causas. Negativa autem non habet causas, nec essendi, nec probandi. Non quidem essendi, quia negativa est de non ente. Non ens aut̄ causam non habet, quia ipsum efficiat. Etiā non habet causas cognitionis, & probationis, quia ista causæ sunt quinque sensus. Et tñ, quod non est, nec potest videri, nec audiiri, nec tangi, nec odorari, nec gustari, quod aut̄ videtur, coloratum est, vel lucidum, & sic aliquid est. Quod vero auditur, sonus est. Quod rāgitur frigidum, vel calidum est, vel habet aliquam de qualitatib. tangibilibus, quod odoratur odorem habet. Quod gustatur dulce, vel amarum est, vel de aliis saporibus aliquem habet, & omnia ista aliquid sunt: non ens ergo non potest percipi aliquo de quinque sensibus.

Indirecta autem probatio fit, non per causas, sed per quasdam circumstantias, scilicet, per priuationem actus: nam sicut dicit Arist. 5. Eth. rectus est iudex sui, & obliqui, ita per habitū cognoscimus ipsum habitum, & priuationem, & per ens cognoscimus ipsum ens, & non ens. Non quidem, quod cognoscamus de non ente quid sit, quia impossibile est, sed quod cognoscamus de non ente, quod non sit, id est, non habet extensionem, nec etiam actualiter subsistit. Et patet, quia quod aliquis homo currat, potest cognosci per causam, quia habet causam cognitionis, scilicet, visum. Nam potest videri cursus, cum motus apprehendatur visu, & sic testis potest deponere de aliquo, quod currebat.

Si autem dicamus iste homo nunc non currat, ista negativa non potest probari per rerum naturam, i.e. per aliquid existens in rerum natura probatione directa, quia tunc non entia haberent causas politiuas, & tñ potest probari indirecte, scilicet per priuationem habitus. Nam sicut ego per visum cognosco, si quis me præsente currat, quod ille currat, ita si quis mihi præsens est, & non currat, cognosco ipsum non currere, & tamen currere per seipsum cognoscitur, quia videtur: non currere autem non cognoscitur per se, sed per priuationem cursus, vel per oppositionem ad cursum. Sic etiam sonus est, qui per se comprehenditur auditu, & tñ per auditum comprehendimus etiam taciturnitatem, non quod taciturnitas sit obiectum, vel pars obiecti auditus, sed quia est priuationem obiecti auditus. Vñ sicut, aliquo loquente coram me, ego cognosco, quod ille loquitur, ita si me præsente taceat, cognosco, quod non loquitur, & tamen quod loquatur, ego per causam cognosco, scilicet, quia audio, & quod non loquatur, vel quod taceat non possum cognoscere per causam, quia nullam causam habet, nec audiiri potest, sed cognosco per priuationem soni, qui

Testis  
quando  
admit-  
tendus.

E

F

est

**A** est obiectum auditus. Ita per tactum cognosco, quod aliquid est frigidum, vel calidum, & cognosco, quod non est frigidum, nec calidum, sed primum dico, & per causas, secundum indirecte, & per priuationem cause, ita est de odoratu, & gustu.

**Negatiua facti indebet minata nulo modopo testis probabari.**

Secundo modo potest responderi, quod negatiua facti, si sit simpliciter indeterminata, nullo modo potest probari a nobis, & tamen, si sit determinata per locum, & tempus, & alias circumstantias, potest probari. Vt pote si dicatur. Nullus homo inquam delectatus est magis in auditu, quam in visu, vel gustu, ista est illimitata respectu temporum, & locorum, & subiectorum, ideo nemo erit, qui possit probare istam negatiua facti, an vera sit, vel falsa fuerit, cum ex nulla parte limitetur, si autem sit negatiua limitata poterit probari, & quanto fuerit magis limitata tanto facilius probabitur, ut ista. Nullus homo comedit in ecclesia. haec est limitata respectu loci. Et ista. Nullus homo cantabit hodie, est limitata respectu temporis. Et ista. Homo iste nunquam comedit, est limitata respectu subiecti. Si autem dicatur: iste homo non currit hodie hic, vel non currit hodie in ista ciuitate, est limitata respectu temporis, & loci, & subiecti, ideo ista quasi, ita facile probatur, sicut affirmatiua habens causas cognitionis, & probationis.

## CAPITULUM LXXVIII.

*Quod ista negatiua. Ecclesia non diffiniuit de die mortis Christi, et valde limitata & potest faciliter probari, & ibi de qua: uor concilii Apostolorum, vel de quatuor sessionibus eiusdem Concilii. Et quanta fides danda sit conciliis prouincialibus.*

**A**d propositum dicendum, quod ista negatiua facti, scilicet Ecclesia nunquam determinauit istam propositionem de morte Christi, est multum limitata, quia est limitata respectu subiecti, & quodammodo respectu loci. Respectu subiecti patet, quia ecclesia, ad quam pertinet determinare, non est, nisi concilium generale, & ista concilia non sunt infinita, quia certum est quod fuerunt a principio ecclesia primiuitae. Etiam est quodammodo determinatio respectu loci, cum determinations conciliorum reperiantur in certo loco. Nam solum cognitum est, quod generalia concilia fuerunt a principio ecclesiae, sed etiam de quolibet illorum scriptum est diligenter, quod sessiones habuit, siue actiones, ut nominabant antiqui, & in qualibet actione, siue sessione quid determinabatur, & omnia alia, quae dicebantur, & mouebantur, siue concluderentur, siue non, vt patet ex libro Isidori de synodus, qui diligenter omnia notauit. Inueniuntur etiam libri aliarum synodorum de gestis earum. Et si fuisse forte aliqua synodus, de qua non haberentur libri, nec memoria, illa haberetur pro non synodo, & de determinationibus eius non haberetur aliqua aestimatio, quia in iure idem est non esse, & non apparet, ut in illa lege vulgata, scilicet Rutilia pola. Legantur ergo omnes diffinitiones factae in conciliis generalibus, & non reperiatur, quod ibi diffiniatur de die mortis Christi, quod fuerit 8. Calendas Aprilis, vel quando fuerit. Adhuc autem magis appetet hoc, quia ista negatiua est multum limitata, quia non debet probari, nisi quod usque ad tempora Augustini ecclesia non determinauerat de die mortis Christi, cum ad eius auctoritatem, quae contrarium videtur sapere, respondendum sit. Et manifestum est, quod usque ad tempora Augustini non fuerat aliquod concilium generale, de quo ecclesia faciat mentionem, nisi concilium generale Apostolorum, de quo aliqui volunt, quod fuerunt quatuor concilia Apostolorum, & alii, quod fuerit unum semper actu manens, & habuit quatuor actiones, vel sessiones, de quibus fit mentio in actibus Apostolorum, in quo non est diuersitas.

Primo sessio patet Actuum 1. vbi congregatis Apostolis, & multitudine elegerunt Matthiam Apostolum loco Iudea.

Secunda actio, vel concilium est Actuum 6. vbi Apostoli conuocauerunt multitudinem, & elegerunt Stephanum, & alios sex in diaconos, vel ministros distributionis quotidiana mensarum.

Tertia actio, vel concilium famosissimum est Actuum 15. vbi Apostoli, & seniores, & ecclesia diffinierunt non cogi conuersos de gentilitate ad legalia.

Quartum concilium, vel actio est Actuum 21. vbi iniun-

cum fuit Paulo, quod obseruaret ritum purificationis, & ibi dicitur, quod fratres ei mandauerunt, scilicet, alii fratres de ecclesia, qui poterant ei mandare tanquam ecclesia membro suo. In his conciliis non determinatum fuit aliquid de morte Christi de die, nec de anno, quia nihil tale confitat ex actibus illorum conciliorum. Item patet efficacius, quod illo tempore nihil tale determinaretur, cum esset notissimum, & nemo esset, qui ignoraret, quia ista concilia fuerunt paucum tempore post mortem Christi, & omnes isti, qui stabant in conciliis fuerunt in Ierusalem, vel in regione die mortis Christi, ita quod notorie illis constiterat de die mortis eius.

Post ista autem concilia Apostoloum facta in Ierusalem nullum fuit concilium generale in ecclesia usque ad concilium Nicenum, quod fuit tempore Constantini Imperatoris, ut patet primo libro historie tripartita. Et ibi declaratur, quomodo ante tempora Constantini propter timorem persecutionis magna, que feruebat in ecclesia, episcopi de diversis locis non audebant conuenire in unum, ut synodos celebrarent, sed primam synodum generalem, scilicet Nicenam feruer Constantini principis excitauit. Augustinus autem paucum tempore post mortem Constantini fuit, cum fuerit conuersus ad fidem, cum esset annorum triginta, & imperabat tunc Theodosius senior, & erat Episcopus Mediolanensis. Ambrosius. Unde si concordentur, primo, ut patet ex historia tripartita, & ex libro Ecclesiastice historie, quam scripsit Rufinus Gracius, & compleuit Hieronymus, non reperiuntur aliqua concilia fuisse ante beatum Augustinum, nisi Nicenum, & Sardinense, quorum actiones completissimae manent usque hodie in multis locis, & non inuenietur in eis aliquid tale determinatum: imo nec de talibus facta mentio, quia in illis duobus conciliis solum fuit laboratum ad extirpationem quarundam heresum pro tempore insurgentium. Concilia vero prouincialia, & episcoporum multa fuerunt tam ante Constantium quam post, & ante Augustinum, in quibus diuersa determinata sunt. Sed de illis non est nobis sermo, quia illa nec sunt ecclesia vniuersalis, nec illam plene, & conuenienter representant, ideo possunt errare, & actiones eorum saepe corriguntur, & sub sunt iudicio concilii generalis, & etiam iudicio Papae, ideo quidquid in illis sit, non facit nobis multam fidem.

Et in hoc multi decipiuntur loquentes de potestate summi pontificis in comparatione ad alia concilia generalia. Non reperiuntur multa concilia, quorum actiones per Romanos pontifices repudiatae sunt, & iustissime reprobatae, ex quo ariunt Papam posse iudicare super concilium generale, & damnare, & reprobare quae ibi approbata fuerint. Et non adiurant, quod illa erant concilia prouincialia, vel patriarchalia, aut episcopalia. Nam si fuissent generalia non le intromisisset summus pontifex iudicare super his, quae a patribus iudicata fuissent: non ergo fuit per aliquod concilium generale determinatum ante tempora Aug. de die mortis Christi, quando fuerit. Et sic non potest dici, quod esset determinatio ecclesiae.

## CAPITULUM LXXIX.

*In quo declaratur, quod si et non reperiatur ab ecclesia diffinitum de die mortis Christi, quia tamen ecclesia hoc teneret, an si fuisse, & ibi bona regula et cataliza, quae vniuersaliter tenetur ab Ecclesia. Et ponitur responsio ad auctoritatem Auguſtini.*

**S**ed adhuc dicet aliquis, quod licet non inueniatur determinatum, quia tamen ecclesia hoc teneret, credendum est, quod aliquando hoc determinauerit in aliquo Concilio, vel saltem ab Apostolis illud suscepit. Et sic est regula, quod quando aliquid obseruatur in ecclesia vniuersaliter, dato, quod non inueniatur illud scriptum, scilicet, unde habuerit ortum, nec constet de ratione eius, credendum est, quod Apostoli illud tradiderunt suis successoribus, & ecclesia illud postea sic obseruauerit.

Fundatur ista ratio in cap. cum Martha extra de cele. mis. vbi cum queratur a summo pontifice, quis in forma consecrationis corporis Christi apposuerit illam dictationem: enim: cum non ponatur in forma, quae traditur a Christo per Euangelistas. Responderetur ibi, quod licet non reperiatur facta origo, quia tamen ecclesia vniuersalis obseruat, creden-

August. quando fuit.

E  
Cocilia genera-  
lia duo  
fuerunt ante  
beatum Aug. Ni-  
cenum.

F

dum

**A**dum est, quod ab Apostolis introductum sit, & ab eis vniuersa ecclesia conformiter acceperit. Ita ergo quantum ad omnia alia, quæ tenet vniuersalis ecclesia, licet nesciatur origo, credendum est. Ita poterat ergo esse quantum ad hoc. Dicendū, quod argumentum peccat in fundamento: supponit enim falsum. Nam quando ecclesia vniuersalis aliquid vnum conformiter obseruat concedimus istam regulam, & tamen istā determinationem, vel assertionē de die mortis Christi, quod fuerit 8. Calendas Aprilis, non tenet ecclesia vniuersalis, nec obteruat, ideo non oportet concedi hoc introductum esse ab Apostolis. Ad dictum autem Aug. s. quod patrum traditio, & ecclesiæ auctoritas hoc tenet, dicendum, quod veritas est hic, quod tempore suo plures de doctoribus, & patribus ecclesiæ hoc tenebant, & ecclesiæ atq; plebes subiectæ illis temporibus tenebant, & obserabant istud, & ita ipse secutus eorum positionem tenuit, & tamen non prouenit ista assertio ad hoc, quod teneret illam tota ecclesia vniuersalis, ideo non potest nobis ingeri tanquam determinatio ecclesiæ, cum in nullo generali concilio hoc diffinitum est, nec potest obici, vt assertio totius vniuersalis ecclesiæ cum ad totam ecclesiam vniuersalem non pertinuerit. Quod patet, quia si ista propositione pertineret ad communem assertionem ecclesiæ, cum ista sit de his, quæ credenda sunt, & non de his, quæ agenda, si semel ecclesia vniuersalis illam tenuisset, semper illam teneret, & tamen hodie non tenent hanc omnes ecclesiæ, cum videamus quotidie multos circa hoc dubitare, & affectuole querere, scilicet, qua die cuius mensis Christus mortuus sit. Si tamen esset assertio ecclesiæ vniuersalis, non verteretur in dubium, sed omnes assentirent illi concorditer.

## CAPITULUM LXXX.

An liceat dici, quod ecclesia potuerit errare, etiam si diffiniuntur de die mortis Christi, cum non pertinet hoc directe ad fidem, & quae sunt pertinentia directe ad fidem, & quae sunt accessoria, & multa de auctoritate ecclesiæ. Et quod magis est inimicus Christi, qui dicit ecclesiam posse errare, quam qui negat omnia Euangelia.

**V**IDAM autem aliter putauerunt respondendum ad istam rationem, dicentes, quod etiam si ecclesia vniuersalis id est, Concilium generale determinasset Christi mortuum fuisse 25. Mart. sive 8. Calend. Aprilis, non erat tenenda ista determinatio tamquam necessaria, sed poterat ecclesia errare circa hoc, cum ista propositione non sit de pertinentibus ad fidem, nec de moribus pertinentibus necessariis ad salutem, sed est circa accidentia particularia, in quibus ecclesia ignorat sapientiam, & potest errare. Sicut potest concilium generale iudicare contra aliquem innocentem, vel excommunicare eum per ignorantiam veritatis. De quo supra magis fuit declaratum.

Sed hoc ego non concedo, primo, quia in praesenti non astringimur ad hoc, cum super ista propositione de qua agitur, nullum Concilium determinasse reperiatur.

Secundo, quia multum cederet in dedecus Ecclesiæ, & diminutionem auctoritatis eius, & debilitatem aliqualiter fideli si circa hoc Ecclesia determinans errare potuisset, quia tunc etiā dicemus, quod potuisset errare circa diem natalis Domini, & circa quamdam alias aspunctiones temporum, quæ sunt annexæ rebus pertinentibus ad fidem, quod est iaconuenienter directum. Nam licet nullum inconveniens esset ex parte rerum determinatarum, quia sive Christus natus sit 25. die Decembris, sive natus sit in Augusto, dum tamen natus sit, & venerit ad redimendum nos, & pro nobis mortuus fuerit, nihil refert, debilitatem tamen istud nimis ecclesiæ auctoritatē, quia sicut eam, in hoc errare posse dicemus, ita etiam dicemus posse errare in multis aliis, quæ nobis tradidit. Et tamen nullus est articulus magis necessarius, quam quod ecclesia vniuersalis non possit errare in fide, & moribus, quia ex isto dependent omnes alii, sicut supra declarauimus.

Et magis est inimicus Christi, & contra fidem eius qui negaret istum solum, quam qui negaret omnia Euangelia, & totum nouum, & vetus testamentum, quia si iste articulus maneat illa omnia restaurarent etiam si perirent in fide aliquis, & tamen si iste articulus pereat nihil valet Euangeliū, nec nouum, & vetus testamentum. Sicut in omnibus scientiis demonstrationis peius est in uno principio errare quam

errare circa omnes conclusiones. Nam qui errat circa conclusiones, dum tamen teneat veritatem principii, per necessariam argumentationē potest reduci ad veritatem omnium conclusionum, & tamen si errat circa vnum principium peribunt omnes conclusiones, quia non apparebit unde sequantur.

Pro hoc articulo de auctoritate ecclesiæ, scilicet, quod non possit errare, cuilibet Christiano pugnandum est vñque ad sanguinem plus quam pro omnibus bonis, & pro vita, quia in hoc stat totum bonum, & salus nostra, regnum cœlorum, & vita æterna.

Veneramus ergo tantum ecclesiam vniuersalem, quod non solum in eis, quæ sunt fidei directe, sed etiam in illis, quæ aliquo modo sunt accessoria ad fidem dicamus illam non posse errare determinando. Pertinentia ad fidem directe sunt, vt quod Christus natus fuerit ex virgine, & quod pro nobis mortuus fuerit. Quod autem natus sit die 25. Decembris, vel mortuus fuerit 3. die Aprilis, vel alio tempore non pertinent directe ad fidem, quia dato, quod sic non esset, nihil periret de statu fidelium, & de perfectione legis nostræ, nec diminueretur aliquid de illo bono, quod expectamus.

Et tamen si ecclesia vniuersalis determinauerit, qua die, & cuius mensis Christus natus fuerit, & qua die, & cuius mensis mortuus fuerit, dico adhærendum esse illi necessario tamquam non potenti etiam circa hoc errare.

Cum autem obicietur, quod ecclesia vniuersalis aliquando diffiniendo errat, sicut quando iudicat dealiquo, vel excommunicat eum in casibus datis, concedendū, quod ecclesia vniuersalis in particularibus accidentibus, quæ non sunt directe pertinentia ad fidem, nec accessoria ad illa, quæ pertinent ad fidem potest errare diffiniendo, & sic sunt accidentia ista, de quibus litigatur inter proximos, & sunt foralia. circa illa tamen, quæ sunt directe fidei, & accessoria ad pertinentia ad fidem, licet sint accidentia particularia, vniuersalis ecclesia non potest errare. Quod enim Christus natus sit, & mortuus, & quod Apostoli prædicauerint per orbem accidentia particularia sunt, quia tamen directe ad fidem pertinent non potest ecclesia errare in his. Quod autem Christus natus sit tali die, vel mortuus sit tali die, & tali mense, & quod Apostoli in talibus prouinciis prædicauerint, & sub talibus iudicibus motui fuerint, sunt de accessoriis ad pertinentia ad fidem, ideo si ecclesia vniuersalis circa talia determinauerit assentendum est ei necessario, nec potest in eis errare. Quod autem talis homo, qui in iudicio accusatur fecit tale delictum, vel non fecit, non est de pertinentibus ad fidem, nec de accessoriis ad pertinentia ad fidem.

Ideo, quod in talibus possit ecclesia vniuersalis errare circumuenta per falsos testes non est inconveniens, nec diminuit auctoritatem eius circa ea, quæ nobis tradidit tam in fidē, quam in moribus necessariis ad salutem.

Ideo non obstante tali errore firmiter tenemus, quod ex dono Christi ecclesia mater nostra non possit errare circa fidem, nec circa mores in necessariis ad salutem. Et sic determinata ab ea recipimus cum omnimoda reuerentia tamquam certissima, ac si à Christo domino nostro dicta forent, & ita ipse illa accipi vult & nimis in hoc eum honoramus, scilicet, quia propter fidem, quam de bonitate eius, & certitudine verborum suorum habemus, credimus ecclesiæ, cui ipse promisit sempiternam assistentiam Matth. 28. Et sic apparent responsio ad istam rationem.

## CAPITULUM LXXXI.

In quo respondetur ad quartam rationem principalem de approbatione librorum Aug. & inducit multas rationes evidentes ad probandum, quod cum ecclesia approbat aliquem librum, non facit, quod detur fides ei necessario, velut si contenta in eo fuissent determinaciones ecclesiæ.

**V**ARTA ratio erat, quia dicebatur, quod Augustinus dixerat Christum mortuum 8. Calendas Aprilis, & tamen ecclesia approbavit libros beati Aug. ergo necesse est eis adhibere fidem.

Respondendum, quod libri Beati Augustini sunt approbati per ecclesiam, sicut libri multorum aliorum quos Ge-

lausius

Ecclesia  
vniuersal  
s nū  
qua te  
nuit.  
Chri  
stū mor  
tuū  
25. Mar  
tii.

A Iasius Papa confidit naut, ut patet in illo c. sancta Romana. in Decretis dist. 15. & tamen ob hoc non sequitur, quod quidquid Aug. dixerit, tenendum sit tanquam verum necessarium ob hoc quod August. dixerit. Non enim scienti isti arguentes quid sit approbatio ecclesiae quantum ad aliquos libros: nec quid efficiat aut quantum conferat. Si enim approbatio ecclesiae hoc sonaret, quod diffinitio eius, scilicet, quod quando approbat libros alicuius auctoritis ita haberentur contenta in illis libris, ac si omnia, & singula essent per ecclesiam determinata, iam tanta esset auctoritas librorum approbatorum, sicut auctoritas sacri canonis Bibliæ. Nam quando ecclesia aliquid determinat in fide, ita adhærendum est illi propositioni ac si in sacro canone reperiretur, cum dicamus ecclesiam in illa determinatione non potuisse errare. Si igitur ecclesia approbans libros alicuius censematur hoc agere, scilicet, quod omissa ibi contenta approbat tanquam sint definitiones suæ, iam non licebit de eis plus dubitare quam de ascriptionibus ecclesiae circa fidem, sed ecclesiae definitiones circa fidem æquiperantur canonis sacro, imo euangeliis, ut patet per Greg. in registro, & habetur in Decretis dist. 15. c. sicut sancti Euangeli. Vbi afferit se ita suscipere quatuor generalia concilia, sicut sancti euangeli quatuor libros, ergo libri approbati per ecclesiam æquiperantur canonis, quod falsum est, & satis apparent inconveniens.

B Item patet hoc, quia hoc stante, quando aliquilibri per ecclesiam approbati sunt, dicemus quod contenta in quolibet illorum sunt ita vera, quod non potest esse falsum, nec licet de illis dubitari, quo dato sequeretur, quod unus liber approbatus non esset maioris auctoritatis, aut firmitatis, quam alius, cum in nullo illorum possit esse error. Et tamen hoc falsum, quia libri multorum doctorum sunt approbati, ut patet in allegato decreto Gelasii Papæ, & tamen non sunt omnes illi eiusdem, vel æquales auctoritatis. Sed quosdam veneramur in magna auctoritate, ut Augustinum, Hieronymum, Ambrosium, & Gregorium, alias vero quosdam ibi nominatos in pauca reputatione, & quasi ignotos tememus.

C Item patet, quia inter ceteros libros ibi ab ecclesia approbatis nominatur liber chronicorum Pauli Orosii, qui multum ibi commendatur, & tamen manifestum est, quod nemus satis peritus audet confidenter afferere, quod omnia tradita, & scripta ibi per Paulum Orosium sint ita vera, quod nullo modo liceat de illis dubitari, sicut de determinatis ab ecclesia. Quia Paulus Orosius scripsit pure historiam & comprehendit multa, & potissime de temporibus antiquissimis, de quibus tam pauca fides est apud historiographos propter nimiam antiquitatem, quod vix quis adhibet illis fidem. Quod ergo ecclesia alligaret ex necessitate indicium nostrum ad credendum singula horum tanquam essent determinationes suæ, non est satis tutum dicere, nec credo, quod peritus vir afferat. Item Paulus Orosius aliquando circa eandem rem allegat varios auctores, qui eam varie, & contrarie referrunt, & ipse nescit cui illorum fidem adhibeat, quomodo ergo ecclesia per approbationem suam faciet necessaria ea, quæ iuxta auctori erant dubia, & inter se contraria sunt, quorum necesse est alterum esse falsum, & ambo possunt esse falsa secundum legem contrariorum, & subcontrariorum, vel dispektorum. Absurdum ergo est dici talia esse per ecclesiam approbationes facta necessaria, ita ut non necessario illa credere debeamus, sicut determinationem ecclesia.

D Item patet hoc esse falsum ex quadam distinctione, quam facit summus pontifex circa auctoritatem sanctorum doctorum, ut Augustini, Ambrosii, Hieronymi, & aliorum, & formatur sic ratio, scilicet, quando aliquis liber seu aliqua opera alicuius doctoris approbantur per ecclesiam, omnia illa opera, & partes operis sortiuntur æqualem auctoritatem ex confirmatione, vel approbatione ecclesiae, cum ecclesia non specialiter approbet unam partem libri, vel operis, sed totum librum, vel omnia opera, si ergo per approbationem ecclesiae hoc conferretur, quod ipsa opera deberent teneri ut firmiter vera, sicut determinationes ecclesiae, cum non possit esse maior auctoritas alicuius scripturae, quam ut non possit dubitari de eius veritate, dicemus quod omnes partes istorum operum approbatorum per ecclesiam erant simpliciter æquales & eiusdem auctoritatis cum de nullius partis earum

veritate dubitari possit. Hoc tamen falsum est, quia libri approbati non sunt eiusdem auctoritatis in singulis suis partibus, quia in decretis distinct. 20. cap. de libellis & commentariis distinguit summus pontifex, & etiam ibi Gratianus circa auctoritatem sanctorum doctorum. Et dicit, quod ubi isti dixerunt aliquid, quod pertinet ad fidei declarationem, & scripturae explanationem, magis credendum est sacris doctoribus, quam summis pontificibus, ubi autem dixerunt aliquid, quod pertinet ad definitiones causarum scripta sumorum pontificum præferuntur scriptis sanctorum doctorum quantumcumque sancti sint.

E Item ex eodem fundamento arguitur sic, ubi opera sanctorum doctorum, vel aliorum exponentium sacram scripturam procedunt ex solo acumine ingenii, & ex peritia, & excitatione scripturae, & non tangunt ad materiam, in qua requiratur auctoritas, vel potestas, sicut est in expositionibus sacrae scripturae, præferuntur doctores, & expositores summis pontificibus.

F Vbi autem tangitur materia pertinens ad litigium & protestatem non æquantur scripta eorum scriptis summorum pontificum.

Ex quo apparet, quod plus profuit scriptis eorum proprium ingenium quam approbatio ecclesiae, & tamen nullum proprium humanum ingenium est tantæ certitudinis, quod errare non possit, nec tantæ auctoritatis, quod ei manifestissima ratione assentiri debeat, vel credi, quod ita sit, quia illud assertit, sicut dicit August. & habetur in decretis distin. 9. cap. ego solis. Sed de quolibet creditur, quod errare possit, ergo cum maxima fides scriptorum istorum doctorum sanctorum sit propter eorum ingenium, & peritiam sacrae scripturae, ut colligitur in Decretis 20. distinct. cap. de libellis, & commensariis pauperum cum dictis Gratiani ibi, & glossa nullum ingenium quantumcumque sit, est tantæ auctoritatis, quin illud creditur posse errare & errasse, sequitur quod ecclesia per suam approbationem non contulit scriptis suis, quod non esset de eis dubitandum, sed quod necessario illis assentiretur. Et sic libri approbati per ecclesiam non habentur sicut determinationes factæ ab ecclesia.

Sed aliquis dicit, quod isti Doctores quantumcumque essent altissimi ingenii poterant errare, ecclesia tamen postea approbans eorum opera ostendit quod nullo modo erraverunt, & quod debet eis adhiberi fides necessario. Sed non stat, quia tunc omnia dicta ab eis in quacunque materia essent firmissima propter auctoritatem ecclesiae, & non præferret Papa auctoritatem suam operibus eorum, in quibus non attenditur eorum ingenium, sicut nec illis, in quibus procedunt ex solo ingenio & peritia, sed falsum est, ut probatum est sup.

G Item si ecclesia scriptorū alicuius doctoris constitueret dicta sua irrefragabilia, i. quod contradicere eis non posset, nec de eis licet villanus dubitari, sicut nec licet dubitari de ecclesiae determinationib. neceesse erat, quod ecclesia prius videret omnia illius doctoris, & diligenter discuteret de singulis dictis eius ad videndum si lateret in eis aliquis error, sicut fit in conciliis generalib. qui representat ecclesiam universalem, & nomine eius loquitur, & diffiniunt, quia qn aliqd diffiniendum est maxime si ad fidem pertinet diligentissime per congregationem videtur, & permititur quibuscumq; obiicere, ut sic videatur veritas antequam diffiniatur. Et cum sit tanta patrum numerositas, & tam periti viri ex omnibus partibus mundi, et si res solo humano ingenio ageretur difficile erat errare, quanto magis cum Spiritus sanctus dirigit actiones synodales?

H Si autem ecclesia approbaret opera alicuius, non discussis sic diligenter singulis particulis eius, constitueret se in magno periculo, quia posset fortassis apparere postea aliquid, quod falsum esset, & illuderetur ecclesia auctoritas, & firmitas. In approbandis tamen libris quorumcumque ecclesia nunquam tenuit istum modum, quod synodaliter congregata de singulis propositionibus eius, & particulis disputando diligenter diffiniret, quia isto modo non fuisset facta approbatio vniuersi de libris August. in ducentis annis etiam ecclesia semper aetu congregata, cum videamus, quod in omnibus conciliis generalibus tam in eis, quæ nostri temporis sunt quam in eis, quæ nostra non videntur, super paruis & paucis articulis magnorum temporum contentiones, & discussiones fuerunt ante determinationes. Quanto magis, quia

A tot sunt libri Augusti, ut in mille annis hoc modo plena non fieret discussio & diffinitio: quid de libris Hieronymi, Ambrosii, & Gregorii, & reliquis, quos approbavit ecclesia, de quibus in illa decretali Gelasii Papae in Decret. dist. 15. c. sancta Romana. Nam etiam a Christi morte usque huc semper aeterno sedisset de his agendo non expuleret retento modo suo, quem tenet, & tenuit semper in diffinitionibus suis.

Item, & potissimum, quia quidam libri sunt, de quantum doctorum veritate nullo modo poterat constare ecclesiae etiam si per multos annos disputeret, & discuteret, sicut est de libro Chronicorum Pauli Orosii, qui inter ceteros ab Ecclesia approbatus & laudatus nimium est, ut patet in allegata decretali Gelasii Papae. Nam ille totus est de gestis temporum, & potissimum de antiquissimis, de quibus ipse non colligit fidem, nisi ex dictis praecedentium chronographorum, quos interdum allegat, cum ipse non interfuerit omnibus illis, de quibus agit. Ecclesia etiam non poterat cognoscere veritatem doctorum istorum, nisi adhibendo fidem antiquis chronographis, quorum plerosque errare constat, quia in eodem facto inter se dissentiant, ergo non posset ecclesia tenere istum modum in approbatione libri Orosii, & aliorum historicorum, & tamen ille, & aliis similes approbati sunt, ergo ecclesia non tenuit modum suum in approbatione illorum, ita, ut constaret ei, quod vera erant omnia, quae approbabantur.

B Item ecclesia approbat aliquos libros, quos nunquam vidit, sive per ecclesiam accipias Papam approbantem, sive verius concilium generale, cui magis nomen ecclesiae competit, & rebus conuenit approbatio librorum. Nam omnes libri, & opuscula Augustini approbata sunt, ut patet in predicta decretali Gelasii. Et opera Aug. tot sunt, quod nunquam aliqui occurrunt legere, nec habere, ut ait Isidor. lib. Etym. c. de his, qui multa opuscula ediderunt.

C Item omnia opera Origenis approbantur praeter ea, quae Hieronymus condemnat, & tamen tot libri fecit Origenes, ut in nullo loco inveniantur. Nam Hieronymus refert se habuisse in libraria sua septem millia librorum de libris, quos confedit Origenes, ut ait Isidorus, ut supra. non ergo potuit unquam occurrere, vel saltem non est verisimile, quod omnia ista occurrissent ad hoc, ut discuteretur de eis per ecclesiam, quando approbarentur.

Item patet, quod intenditur, quia idem facit ecclesia, quando reprobat aliquos libros, & quando approbat alio licet contrario modo, & tamen quando condemnat, & reprobat aliquos libros tanquam erroneos, non reprobat sigillatum quemlibet dicta eorum, ita ut in eis nihil reiciatur, quod non sit reprobatum, quia tunc necesse erat reprobari aliquas veritates catholicas, cum nullus liber sit qui tot errores contineat, quin inter illos aliquid verum habeat, & tamen Ecclesia

C nunquam verum condemnat, ergo non reprobat singulas partes libri, quando condemnat aliquem librum, ita quando approbat aliquem librum non approbat singulas partes eius & sic libri approbati ab ecclesia non sunt sicut diffinitiones eius.

Item patet hoc fortissime, & euidentissime, scilicet, si ecclesia approbando aliqua opera faceret, quod deberet eis fidem adhiberi, ita ut non liceret dubitari de fide, & veritate illorum, sequeretur, quod ecclesia assenseret contradictionia pro eodem tempore esse vera, & esse tenenda; sed hoc est impossibile, ergo non sic ecclesia approbat. Probatur hoc, quia ecclesia approbavit omnia opera Aug. & beati Hieronymi, & tamen isti duo contradicunt interdum sibi directe, & formaliter in multis locis. Patet hoc primo quantum ad fidem scriptorum 70. interpretum, quia vult Aug. quod debeat dari 70. interpretibus fides necessaria innuens, quod spiritu sancto dictante transcriperunt quilibet eorum, quod ostendit, scilicet, quia cum essent 70. fuerunt singuli per singulas celulas in Alexandria a rege Ptolomaeo positi, singulique singulas translationes fecerunt, quae cum postea legerentur inveniunt est omnes esse concordes, ita ut nulla a ceteris, nec in una litera aut apice discordaret. Quod satis ostenditur esse opus Spiritus sancti. De his Augustin. secundo libro, de doctrina Christiana. Hieronymus autem est contrario illos non fuisse propheticamente scribentes, aut spiritu sancto spiritualiter dirigente, sed per solam peritiam legis, & verborum copiam in

D vtroque, scilicet, Hebreo, & Graeco idiomatico. Vnde grauius inuechitur hic Hieronymus contra Augustinum, licet non declarat, dicens. Nescio quis primus auctor. 70. cellulas, quae vulgo sine auctore iactantur, suo mendacio construxerit, & ibi quasi irridens dicit, quod non est dicendum 70. interpretes spiritu propheticō afflatis scripsisse, nisi pariter dicamus, quod Cicero Occconomicum Xenophontis spiritu rhetorico afflatus transtulerit. De hoc iesce Hieronymus in prologo secundo super Genesim, qui incipit, Desiderii mei.

Discordant etiam Hieronymus, & Augustinus super observationibus legalibus, quo tempore cessauerunt, & contradicunt sibi manifeste, ita ut unus dicat alteri, tu dicas sic, & ego dico sic, imo interdum ibi Hieronymus, Augustinum haeretica dicere assentit, ut patet in Epistolis suis, quas sibi multo scribebant, quae in multis locis habentur. Et satis refert Bonaventura istam discordiam in scripto suo super quartum sententiarum. Discordant etiam super origine animae, de qua ambo satis disputant, ut patet etiam ex eisdem Epistolis.

Eccce ergo cum isti duo sancti doctores interdum contradictionia formaliter, interdum vero contraria sentiant, necesse est, aut unum eorum errare, aut ambos secundum legem contradictioniorum, & contrariorum. Ecclesia tamen approbat opera istorum amborum, necesse est ergo, quod aut ipsa assenserit contradictionia esse vera circa fidem, quod est impossibile cum non solum iam erraret in fide, sed & manifeste conuinceretur insipiens, quod nec exegitandum, nec audiendum est, aut non approbauerit opera istorum, ita ut assenseret omnia contenta in illis esse vera, sed aliquid aliud approbando fecit.

## CAPITULUM LXXXII.

*Quod quando ecclesia approbat opera alicuius doctoris, non approbat omnia contenta in illis, nec assentit omnia illa esse vera imo nec unam propositionem. Et ponuntur septem cause, quare ecclesia non quam approbat sic opera alicuius doctoris, quod dicat debere assentiri illis necessario tanquam definitionibus suis.*

D ICENDVM ergo, quod quando ecclesia approbat opera alicuius doctoris non approbat sigillatum omnia dicta in illis operibus, imo quod plus est nullum dictum approbat, nec per hoc obligat nos ad credendum illa necessario esse vera, nec etiam assentit illa esse vera, quia ad hoc oportet, quod ecclesia discuteret singula dicta illorum librorum, ut videret an continentur veritatem, & tamen ecclesia nunquam hoc fecit circa scripta alicuius doctoris propter multa.

F Primo, quia non posset sufficere infinitis difficultatibus, & sumptibus, & oportet manere longissimis temporibus. Nam si in determinationibus tam paucorum articulorum ecclesia synodaliter congregata sedit tam longis temporibus, & vix poterat deducere ad fidem determinationes istas, quanto magis si in magnis libris Aug. & Hieronymi, & aliorum sanctorum, qui approbati sunt, ubi tanguntur interdum inextricabiles dubietates insitendum esset circa singula dicta, & propositiones ipsorum librorum. Nunquam enim in his esset finis.

Secundo non facit ecclesia hoc propter suam certitudinem, & auctoritatem in auctoritatem. Nam ecclesia viuenter, id est, congregata synodaliter non potest errare maxime in fide, ut supra probatum est. Si autem ecclesia tot libros approbat efficiendo singula, quae in eis sunt necessaria, ita ut in eis non possit dubitari, nec contradic illis, poneret auctoritatem suam in periculo, quia multi dubitarent an omnia, quae in illis continebantur erant vera, potissimum cum auctores eorum aliqua retractassent, & dubitando de hoc, periret auctoritas ecclesiae. Nam cum ecclesia diffiniueret illa esse vera, & necesse fario illis fore assentiendum, quicunque dubitaret, an aliquis de ibi contentis esset verum, crederet ecclesiam potuisse errare in diffiniendo de illis. Quia si crederet ecclesiam non posse errare, non dubitaret de determinatis ab ea: & sic ecclesia perderet auctoritatem suam, & tamen ecclesia maxime laborare debet pro ista auctoritate, quia, ut supra declaratum est

A inter omnes articulos fidei nullus est maioris necessitatis, quam iste de ecclesia catholica, id est, vniuersali, quod non possit errare, quia istostante, omnes alii articuli stant, & hoc pereunte vel infirmari, ceteri pereunt. Cum autem ecclesia pauca diffiniat, asserens illa necessario tenenda, ut suas diffinitiones, non est periculum dubitationis auctoritatis, quia circa paucissima, & quae ecclesia cum tanta maturitate, & tempore longitudine diffinit nemini rationabiliter occurrere potest dubium de errore, nam ut supra dictum est, etiam si res synodalis solum humanitus ageretur, non assilente specialiter Spiritu sancto, cum sit ibi tanta copia patrum, & peritisssimum vitorum in omni disciplina collectorum de omni parte orbis & antequam quidquam diffinatur, tot discussiones fiunt, & in tanto tempore, difficile erat, quod talis congregatio erraret. Ideo scilicet habentibus rebus non erit homini durum credere, quod ecclesia vniuersalis non potest errare, nec erit occasio homini ad dubitandum an ecclesia erret in his, quae determinat.

B Tertio facit hoc ecclesia, quia quodammodo videtur in iustum, quod alicuius doctoris, de quo non constet, quod locutus est per Spiritum sanctum, ecclesia sic approbareret opera, ita quod haberentur ut diffinitiones factae ab ea. Nam hoc datus essent talia opera eiusdem auctoritatis, cum libris sacris canoniscis, de quibus nulli licet dubitare, an verum continent, sed credere debent omnes, quod scriptores librorum istorum errare aut mentiri non potuerunt, quia Spiritu sancto dictante loquebantur. Ceteri autem scriptores non locuti sunt propheticè spiritu sancto specialiter dictante singula, quae ipsi dixerunt. Vel si forte aliquis est, qui dictante Spiritu sancto scriberet, non constat. Et ideo habetur ac si puro humano ingenio scripsisset. Non est ergo iustum & equum in auctoritate istos illis. Sic facit Aug. in epist. supra nominata, quae habetur in Decretis dist. 9. c. ego solis. vbi solis libris, qui canonici nominantur, id est, qui ponuntur in canone Bibliæ hanc auctoritatem ad reverentiam exhibet, ut nullum illorum scriptorum credat errasse, aut errare posuisse. Ceteros vero ita legit quantacunque sanctitate & ingenio polleant, quod non ideo credit aliquid sic esse, quia illi sic esse dixerunt. Ita ergo fecit ecclesia, quod voluit his in aequali dare auctoritatem, & tamen si approbando doctrinam quorundam faceret per illam approbationem, quod doctrina ipsa haberetur, ut determinatio ecclesiae fortirentur tales libri, vel opera aequaliter auctoritatem cum libris canoniscis; ideo non approbavit nec approbat hoc modo vnuquam cuiusquam vii scripta quantumcunque ille doctissimus, aut sanctissimus sit.

C Quarto fit hoc, & est vna de praecipuis causis, quia est novum valde & ecclesiæ utilitat, & clementis contrarium approbationes tales fieri. Nam quando aliquid tale est, non licet aliquid dubitare de illo alicui nec inquirere quomodo sit verum, an contrarium suum rationabilius & verius sit, sed simpliciter assentire tanquam determinationi, & apostolicæ fidei. Hoc autem captiuat ingenia virorum, & tollit incrementa profectus maioris cum non licet eis exercitare se, & maiora inquirere. Et hoc modo doctrina fidei, & monumenta eius contra infideles modicū pullulant, vt pote si à principio primi ecclesie doctrina Origenis, vel alterius magni doctoris fuissest tali modo approbata, nō licuisset Hieronymo, nec Augustino, nec aliis posteris circa ea, quae ille tetigisset aliquid scrutari. Sic etiam nec Augu. contra Hieronymum nec contra Ambrosium, & alios. Nam si non permitta fuissest libertas ad iniurias repugnandi, & veriora inquirendi nō stataret tertia pars operum Hieronymi, Ambrosii, Augustini, & ceterorum prædecessorum nostrorum, qui doctrinis suis illustauerunt ecclesiam.

Sic autem est circa moderna tempora. Nam & manus Domini non est nunc abbreviata, ut donare non possit coetaneos artis florentissima ingenia, sicut & quotidie dat, & vñque ad finem saeculi daturus est, in quibus ampliatur fama & honor almæ matris ecclesie, & Christianæ religionis super omnes homines aliud sentientes.

Nam non solum hostes Christiani nominis se iam fide, & miraculis confundi videt, quod priscorum ecclesia abundatissimum tenuit, sed & iam ipsa ratione, & magnitudine disciplinæ, quae in ecclesia Christi, ipso donante introducta est,

Ita ut sicut olim ecclesia Christi fide, & miraculis ipsam solidantibus, atque fundantibus floruit, ita & nunc sapientia fulget, quæ ipsam ampliat, declarat, munit, & exornat.

Erat autem sapientia, quæ per exercitium Sacrae scripturæ acquiritur nimium necessaria, sicut B. Petrus mandauerat in prima canonica, cap. 3. scilicet. Estote parati ad satiſcendum omni poscenti rationem de ea fide & spe, quæ in vobis est. Istud autem non potest fieri sine exercitio in studio Sacrae scripturæ, & aliarum disciplinarum naturaliter cohaerentium & utilium, cum non simus iam Apostoli, quibus mandatum erat non cogitare quomodo, aut quid responderent quando interrogarentur coram regibus, Matthæi 20. & Luc. vigesimoprimo.

Et ob hoc Beatus Paulus, qui Apostolus Domini erat, & Spiritum sanctum suscepit, abundantissime admonebat Timotheum, ut lectioni, & orationi vacaret, quæ cum sit omnium Christiano utilis, est tamen maxime necessaria ecclesiasticis viris, iuxta illud Mala. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt de ore eius.

Et qui non vacat lectioni, & sapientia non est dignus honore sacerdotali. Et si illud suscepit, digne repellitur, & cadit ab eo, sicut dominus dixit, quia tu repulisti sapientiam, ego quoque abiecisti te, ne sacerdotio fungaris mihi: Osee 4. Hanc sapientiam magnam & ingenia florentissima virorum ecclesiasticorum, quæ Deus in ecclesia sua donatus erat circa declarationem fidei & ampliationis religionis Christianæ prædixerat Spiritus sanctus per Daniel. 12. cap. scilicet, tu aurem Daniel claudis librum tuum, & signa sermones tuos, quia pertransibunt plurimi, & multiplex erit sapientia prædicta etiam apertus Beatus Iohannes de studio istorum virorum ecclesiasticorum, & occupatione in declaratione Sacrae scripturæ, innuens, quod multi libri valde super hoc scribendis erant, ut patet Ioan. vigesimoprimo. in fine, scilicet multa & alia fecit Iesus, quæ si per singula scribantur, arbitror mundum capere non posse eos, qui scribendi sunt, libros. Hæc autem omnia impedit ecclesia, si aliquorum doctorum opera approbareret modo prædicto, cum iam non liceret dubitari, nec inquiri vltiora quantum ad ea, quæ ibi forent diffinita, ideo non opprobavit cuiusquam opera sic, sed quatumcunque sit quis sanctissimus, & altissimi ingenii, permittit ecclesia quibusque scholasticis viris de singulis ab eis dictis disputare, & maiora inquirere, si forte Spiritus sanctus illos in aliquo illuminauerit, in quo non tetigit antiquos.

Etiam quia noa est admirandum maiora quotidie pullulare ingenia, de quo magis in response ad primum argumentum dictum est. Et isto modo non turbantur, nec impeduntur ingenia scholasticorum virorum, cum late pateat eis de omnibus materia disputandi & dubitandi præterquam de illis, quæ iam fide constant.

F Quinto fit hoc propter dignitatem ecclesiastice auctoritatis. Nam sicut ecclesiæ auctoritas est certissima, ita ut errare non possit, ut dictum est, ita est maxima, quia ei tenentur subiecti omnes rationales creature, & ipso iure sunt subiecti, cum & Angeli, qui sunt creature intellectuales ei sunt subiecti, quia potestillos excommunicare, & iudicere eis aliquos actus, sicut Apostolus Paulus excommunicauit eos, si prædicarent contra Euangelium, quod ecclesia iam suscepit ad Galat. 1. si autem ecclesia auctoritatem suam, quæ tanta est multis rebus interponet vilesceret propter affiditatem, & communitatem, quia quod rarum est preciosum est. Nam si & miracula quotidie fierent ipsa sui multitudine & affiditatem vilescerent.

Satis ergo est, quod ecclesia interponat auctoritatem suam in determinatione quorundam dubiorum nimis necessariorum ad fidem, sine quorum determinatione fieret turbatio, vel orientur scandalis, schismata, & hereses.

Et quantum ad illa, quæ ad necessarios ecclesiæ mores pertinent, quod autem approbarentur aliquorum doctorum scripta, non videbatur talis necessitas, immo, nec aliqua utilitas, ideo nimium se humiliaret ecclesia, si circa talia diffinitio nem suam poneret.

Sexto fit hoc ad tollendum emulationis, & simulationis atque odiorum causas. Nam si quorundam scripta approbat isto modo, & aliorum non, videretur præponere illos illis, quorum non approbantur scripta, sed istud omnis inuidia

A causa est, & odium gignit ceterorum contra illum, qui præfertur, qui diligi & quaniamiter potuisset, si non fuisset quasi ce teris contemptus prælatus. Ecclesia autem non gignit cōtentiones, & schismata cum potius intentionis sua sit ista pro vi ribus tollere, cum non sit consuetudo eius contendere, sed magis contendentibus cedere prime, Cor. 11. ideo nullum sic approbat ne quis collatus ceteris videatur prælatus, licet secundum veritatem vnu sit multis excellentior.

Consequitur, & alia utilitas, quia si quorundam scripta approbarentur sic, & aliorum non, plurimi distrahentur à proœctu explanandi sacram scripturam, & faciendi commentarios, & dissimilandi aliqua dubia, cum putant scripta sua contemnenda, quia quibusdam aliis approbatis sua non approbarentur, quæ illis non disparia crederet suis auctor. Nunc vero cum nulla taliter approbentur, nemo scriptorum se contemni putat, quia palam neminem sibi præferri videt, vel saltem explicitè per auctoritatem ecclesiæ non videt se contemni.

Septimo fit hoc, quia si talis approbatio fieret omnia scri pta, quæ approbarentur redderentur equalis auctoritatis, quia non potest esse maior auctoritas scripturaræ, quam quod de veritate eius dubitari non liceat.

Et hoc confertur quibuscumque sic approbatis ab ecclesiæ. Manifestum est tamen, quod dato, quod duorum docto rum scripta sint vera, ita quod nemo eorum in aliquo errauerit, non erunt aequalis auctoritatis quia alter eorum dicit plura aut subtiliora aut magis in cognita, & à communis intellectu aliena, & utiliora, & efficacius atque evidenter probabit, & ordinationi atque leutori modo tradet suam doctrinam, pro quibus solent quidam scriptores aliis preferri. Quia ergo per approbationem ecclesiæ duo doctores, qui quantum ad ista erant nimis inaequales, licet ambo verum dicant, & redantur aequalis auctoritatis, indignum videbatur, quia quibusdam scriptis magis sic auctoritas ecclesiæ detrahetur, quam conferret, cum sic cogentur aequali quibusdam, quæ naturaliter, & alias erant eis totaliter imparia. Multæ quoque alias causæ existunt, propter quas ecclesiæ nunquam aliqua scripta cuiusquam doctoris sic approbavit.

#### C A P I T U L U M LXXXIII.

*Quid confert ecclesiæ libris, quos approbat per approbationem, & ponuntur quinque utilitates.*

**E**X hoc autem tollitur error multorum vulgariter sen tientium, qui putant, quod cum ecclesiæ approbat aliqua scripta, facit ea tantæ fidei & necessitatibus, quod non licet eis contradicere, nec dubitari de veritate illorum. Sed dicendum, quod quando approbantur dicta aliquorum ab ecclesiæ, facit ibi multa.

Primum est, quod concedit expresse omnibus Christi fidibus, quod legit ea. Et istud confert quandam auctoritatem scriptis, scilicet, quod saltem ecclesiæ ficeret aliquam mentionem de illis.

Secundum est, quod iudicat illa utilia ad doctrinam fidei, & morum, & ob hoc laudat ea, sicut Papa Gelasius in approbatione librorum laudat librum Pauli Orosii, & commendat ipsum Orosum dicens, quod utile opus de temporibus compilauerit. Et hoc facit ut magis alliciamus ad legendum talia scripta, quæ teste ipsa ecclesiæ probantur esse utilia.

Tertium & præcipuum, quod ecclesiæ facit, est quia tollit opusculis approbatis suspicionem de heresi voluntaria, quæ est verè heres. Nam illa opera, quæ approbantur, licet non sint omnino discussa ab ecclesiæ sicut si deberent singula par tes approbari, tamen quadam generali discussione cognoscuntur, & appetit ex eis, quomodo auctor eorum in omnibus catholice sentiat nolens dogmatizare expresse & scienter aliquem errorem. Et tamen dato, quod accideret ibi aliquid falsum esse, vel quod posset indirecere militare contra catholicam fidem, & præter intentionem auctoris, & ista relinquit ecclesiæ discussio peritis auctoris. Et ista fuit causa potissima, quare ecclesiæ approbavit quorundam doctorum opera, scilicet, quia à principio ecclesiæ fuerunt multi heretici in ecclesiæ qui multos libellos considerunt in multis contrarios fidei orthodoxæ, quorum aliqui errabant per igno-

ranciam nescientes assertiones suas contrarias fidei catholicae.

Alii vero iam ab ecclesiæ hæretici iudicati, vt erroribus suis quandam fidem acquirerent confererunt libellos, in quibus cum multis catholicis veritatis errores suos inferebant, & vt aliquam auçuparentur auctoritatem illos libellos nominibus Apostolorum & aliorum sanctorum appellabant.

Sicut est de quatuor aliis Euangelis, quæ simul cum Euangelio nostris hæretici confeuerunt, quæ attribuerunt beato Andrea, & Thadæo, & aliis duobus Apostolis. Ecclesia autem competito errore reiecit illa, & solum tenet ista quatuor, quæ hodie habemus. Ita de multis aliis libris factum est, quos confecerunt hæretici, & ecclesiæ habita diligent inuestigatione inuenit illos errores, & vertit legi inter libros catholicos non deuiantes à rectitudine fidei.

Et ob hoc Christiani antiquitus abstinebant à lectione multorum librorum. Paucos enim legere audebant, timentes ne continentur errores & hereticam doctrinam. Et ob hoc ecclesiæ approbabat quosdam libros, qui non continentur aliquem errorem in fide saltem apparenter, si auctor vel auctores constabat voluisse per omnia catholicè sentire. Et per istam inueebatur, quod poterant catholicæ secure legere in libris illis non formidantes, quod ibi contineretur doctrina suspecta de hæresi.

Et ista etiam est causa, quare nunc non approbat, vel non consuevit ecclesiæ approbare scripta aliquorum solennium doctorum circa sacram scripturam, scilicet, quia non est nunc timor magnus de hæresi saltem voluntarie introducenda, sicut olim, ideo non est necesse, distinguere istos libros ab illis approbando quosdam, & non alios, quia de omnibus libris confessis à viris Christianis presumunt prima facie, quod non continent aliquam doctrinam erroneam circa fidem sponte introductam.

Quartum quod facit ecclesiæ approbando istos libros est, quod dat eis quandam auctoritatem, quam alias non habebant.

Et est ista non vt putauerunt aliqui errantes, scilicet, quod necessario debeat illis fides adhiberi, nec liceat vllatenus contradicere sibi, quia nulli operi vñquam scriptoris cuiusquam tantam auctoritatem ecclesiæ præstet, vt patet ex rationibus supra inducitis, sed solum est, quod quando aliquis allegaverit, dictum alicuius libri approbati per ecclesiæ, facit probationem, etiam si ipse auctor nullam causam dicti sui ostendat, dum tamen non proberetur contrarium per nos, vel per aliquem alium.

Et est hoc magnum, nam doctribus sic approbatis creditur, etiam sine ratione dum non constet aliquo modo contrarium. Aliis aut doctribus, quorum non sunt opera approbata, quancunque peritia fulgeant, non creditur nisi probationem adducant, quia nullam auctoritatem habent, nisi quantam rationes sua efficiunt.

Et quantum ad præsens ista & maior & communior utilitas quam approbatio ecclesiæ facit in libris approbatis. Sitamen contra dictum alicuius doctoris approbati constat manifeste veritas, aut inducitur inevidibilis ratio, non cogit nos ecclesiæ, nec vult, quod per suam approbationem mendacio affentire debeamus.

Quintum quod confert approbatio ecclesiæ est, scilicet, quod alletiat homines errantes. Nam si contingat quemquæ errare circa aliquid, quod pertinet ad fidem occasione alicuius libri approbati, scilicet, quia continetur in eo aliquis error, vel sequitur ex doctrina eius, tenens illum errorem, dum tamen non pertinaciter etiam si sit vir doctus excusabitur per auctoritatem libri approbati, si tamen ille error continetur in doctrina alicuius doctoris, cuius opera non sunt approbata, vel sequeretur ex dictis illius, sufficiens vel tenens quod modolibet illum errorem non esset ita excusabilis, sicut ille, qui errabat auctoritate alicuius libri approbati.

Apparet ex prædictis, quod per approbationem ecclesiæ non fortuntur libri approbari tantam auctoritatem, quod necessario debeat eis fides adhiberi, nec possit vlo modo contradicere eis, sed potest eis contradicere in casu, quo appetit veritas, siue inducitur in contrarium ratio inevidibilis.

## CAPITVLVM LXXXIV.

*Quod circa ea, quæ pertinent ad fidem est captiuandus intellectus noster.*  
Et quod licet inducantur aliqua rationes quæ necessario & manifeste contra fidem vi tenet ut concludere, debemus dicere, quod nos ne scimus respondere ad illas rationes, & tamen non concludunt etiam si a uero uum demonstraretur aliquid quod sit contra fidem debemus dicere, quod oculus noster decipiatur, & quare.

**E**X hoc responderetur ad argumentum quando dicebatur, quod Augustinus assertuit Christum mortuum fuisse, octauo calendas Aprilis, & opera sua sunt per ecclesiam approbata, ideo non licet contrarium sentire.

Dicendum, quod etiamsi Augustinus dicens hoc nullam rationem duceret, nec probationem aliunde, sicut nec facit, non licet nobis sentire contrarium nostro arbitrio, quia essent pars auctoritatis.

Immo etiamsi ille nullam rationem induceret, & nos pro parte contraria induceremus aliquam rationem, vel probationem, dum tamen non necessariam, non licet nobis sentire, contrarium propter reuerentiam auctoritatis eius, sed magis deberemus iudicare nos errare, vel non intelligere.

Quando autem pro parte induceremus auctoritatis maioris ponderis quam sit auctoritas Augustini, vel alterius libri, ut pote auctoritas aliqua Biblia, vel educatur ratio ineuitabilis, ad quam nemo possit respondere, non esset credendum Augustino, nec alicui alteri approbato. Nec esset urbanum, aut honestum cum talibus ei, aut alteri cedere, sed magis amore veritatis inuenienda resistere, quia propter veritatem etiam familiaria destruere, & non deberet respici reverentia alicuius, vel amicitia, iuxta Aristot. primo Ethicorum capitu de universalis Platonico, scilicet, duobus existentibus, amico & veritate, sanctum est prahonorare veritatem.

Sed aliquis dicet, quod quando occurrit nobis aliqua auctoritas sacra Scripturae contraria dicto alicuius doctoris approbati, debemus dicere, quod non intelligimus auctoritatem illam, ut maneat saluum dictum illius. Et si occurrat ratio ineuitabilis, dicunt quod debeamus dicere, quod illa ratio non concludit, licet nos ne scimus soluere, vel tollere contrarium, seu tollere inconveniens.

Sed dicendum, quod non est conuenienter dictum, quia istud esset captiuare ingenium penitus si nequequam licet contraire auctoritatis eorum approbatorum quantacunque auctoritas, vel ratio necessaria, aut manifesta in contrarium occurret. Sed talis captiuatio nunquam est facienda, nisi quantum ad ea, quæ pertinent ad determinationem fidei. Nam ibi penitus captiuatur intellectus in obsequium Christi. 2. ad Corinth. 10. Et dato, quod argumenta quæcunque quantumlibet fortissima, & apparentia fierent, nunquam erat discedendum a positione fidei iam determinata, sed dicendum est, quod rationes illæ, & argumenta peccant, nos tamen ne scimus dissoluere illas, certi sumus tamen, quod non concludunt rationes. Sicut quando contra aliquem non dialecticum cum arguat sophista, & probet eum esse pecus, vel lapidem, ille nesciet respondere ad argumentationem, quæ magnam evidentiam habet, & tamen certus esset, quod illa ratio peccaret in aliquo, scilicet, quia aut ex falsis procedit, aut non syllogizat, quia cum sit sibi notissimum, quod ipse sit homo, & non pecus, nec lapis tali notorietae, & cognitione, qua certiore ipse habere nequit, quidquid in contrarium arguitur, scit quod illud impossibile est concludere sufficienter.

Ita in praesenti, cum quælibet propositio fidei sit nobis certissima, & ex lumine fidei, & ita firmiter ei adhaeremus, ut nullo modo de ea dubitemus, licet fiant rationes aliquæ in contrarium quantumcunque evidentes, credendum est, quod sophistico modo procedant non syllogizantes, aut fallunt assumunt.

Ideo tales argumentationes non solum omnino non auferunt nobis fidem, sed etiam non ponunt aliquod dubium circa aliquam de propositionibus, quæ creditur. Sicut argumentum factum a sophista contra non dialecticum ad probandum, quod sit pecus, vel lapis, non solum non auferet ei ista

estimationem, scilicet, quod homo sit, sed etiam nullum dubium circa illam ponunt, ac si nunquam tales argumentationes fierent.

Ratio autem quare circa ea, quæ sunt fidei debet homo captiuare intellectum suum, est scilicet, quia auctoritas propositionum fidei est maxima, eo quod illæ reuelatæ sunt à Spiritu sancto, qui mentiri non potest. Quælibet tamen ratio humana quantumcunque perspicax errare potest, & rationes, quæ sunt quantumlibet videantur fortissimæ in aliquo possunt deficere: ita ut non concludant. Et sic argumentationis probatio potest deficere duplice, scilicet, ex parte intellectus, qui putat eam concludere, & non concludit: vel ex parte illius argumentationis quæ licet videatur fortissima in aliquo deficit: sed intellectus noster nescit quid est illud. Reuelatio autem diuina talis est, quæ ex nulla parte deficere potest, ideo contra propositiones à Deo reuelatas nulla ratio, nec argumentatio admittitur, cum maior sit auctoritas reuelatorum à Deo, quam efficacia cuiuscunque argumentationis.

Rectè ergo in talibus captiuamus intellectum nostrum in obsequium Christi. Nec solum est hoc circa argumentationes, sed etiamsi ad oculum ostendatur aliquid manifeste, quod militet contra fidem, magis est credendum propositionibus, & assertionibus fidei, quam eis, quæ videntur.

Eratio est, quia oculus noster potest decipi circa ea, quæ videt, licet in obiecto proprio non decipiatur. Et sic in visu, & qualibet alia sensitiva cognitione, & experimentaliter potest falsum subesse. In attestatione autem Spiritus sancti nulla falsitas potest esse, ideo adhuc magis assentendum est eis, quæ in fide determinata sunt, quam eis, quæ videntur.

Declaratur hoc, nam manifestum est, quod Antichristus ad probandum se verum Messiam, & Christum non fuisse Messiam faciet miracula apparentia, quæ videbuntur esse miracula, & non erunt, sicut ait Apostolus 2. Thessalo. 2. scilicet. Donec reueletur homo iniquitatis, filius perditionis, cuius aduentus est secundum operationem Satanæ in signis & prodigiis mendacibus. Illa autem videbuntur esse vera miracula, quia sic oculus iudicabit. & tamen non erunt, & si credemus oculo, recederemus à fide. ideo etiam eis, quæ videntur non est credendum contra fidem, & tamen maxima certitudo, quæ inter homines haberi potest, est per cognitionem visuam, & illa est minor, quam certitudo fidei, ideo certitudo fidei est super omnia. & contra illam nihil admittitur.

## CAPITVLUM LXXXV.

*Quomodo contra dictum Augustini, vel alterius doctoris approbati inuenitur aliqua auctoritas Biblia, que non posset exponi pro parte sua, an debeamus dicere, quod Augustinus verum dicit, & tamen nos non intelligimus auctoritatem illam. Et quando inueniuntur rationes necessarie ostendens contra eum an debeamus dicere, quod nescimus respondere ad rationem. Et quod non est hic captiuandus intellectus, & quare hoc.*

**N**ON est autem sic de libris approbatis per ecclesiam, quod nullus auctor cuiusque istorum tantæ auctoritatis est, ut propter eum captiuare nostrum intellectum debeamus, qui solum captiuandus est in obsequium Christi, sed non est captiuandus ob reuerentiam, & auctoritatem cuiusquam puri hominis, per quem non constet Spiritum sanctum loqui. Item facere hoc esset inconveniens, quia sequeretur indirecte, quod tales doctores approbati per ecclesiam, siue ex approbatione, siue alias à seipso tantam haberent auctoritatem, quod non licet dubitari de veritate suorum dictorum, nec obicii seu repugnari eis in aliquo, & hoc probatum est supra esse falsum. Item ex hoc tolleretur viris scholasticis opportunitas amplificandi doctrinam fidei, si non licet quidquam dicere contra diffinita per tales approbatos ab ecclesia, & istud nimis noceret ecclesiæ, ut supra declaratum est.

Item istud esset tollere viam ad inueniendam veritatem, & tenendam postquam inueniatur, si quando quis inueniret auctoritatem sacrae Scripturae contra dictum alicuius auctoris approbati, quod non posset bene exponi in favorem suum, deberet dicere, iste doctor verum dicit, sed ego non

A intelligo sacram Scripturam, & quandoconque occurreret ratio aliqua cogens, ad quam responderi non posset, deberet dicere: ista ratio licet videatur concludere, non concludit, vel non presupponit verum, cum sit contra verum dictum talis doctoris approbati, verum tamen ego nescio in quo peccat ratio, & istud est satis irrationalis & periculosis, si concedatur debere sic fieri.

Item sequeretur deterius scilicet quod istud esset tollere omnem scientiam. Nam scientia causatur per syllogismum demonstrativum, in quo ponuntur praemissa necessaria de his, quae sunt causa conclusionis, ut patet 1. Posteriorum. sc. Scire autem opinamur unumquodque simpliciter, & non sophistico modo, quod est secundum accidentem, cum etiam cognoscimus, & quia causa est, & quia non est contingens alter se habere. Si tamen occurreret syllogismo demonstrativo contra dictum alicuius de approbatis doctoribus deberemus dicere, quod illa ratio peccat, scilicet, quia non syllogizat, vel quia assumit falsa, tolleremus certitudinem syllogismi demonstrativi causantis scientiam. Et sic tolleretur totum bonum naturale intellectus, scilicet veritas saltem quantum ad partem suam dignissimam. Nam cum omnis veritas sit perfectio intellectus, illa est naturaliter magis perfectio eius, de quo magis constat, quod est veritas, & quae magis dicitur a falsitate. scilicet, quia non est possibile alter se habere, & talis est veritas conclusionis demonstrata. Nam de illa constat manifestissime quod sit veritas, scilicet per solum illum modum, qui facit scire, etiam principia sua sunt necessaria, ita quod non sit veritas contingens. Veritas autem terum contingentium minus habet de natura veritatis ex defectu istorum duorum, primo quia non constat manifeste & certissime de illis, sed dubitat intellectus, ideo non causat de illis scientiam, sed opinionem, quae est leuis adhæsio, & cum formidine. Secundo ex possibiliitate ad falsum. Nam licet aliquid contingens sit determinate verum, tamen possibile est illud esse falsum, cum possit ad utrumlibet verti quandiu nondum trahit. Et sic cum principia conclusionis contingentis sint contingencia, non accedit veritas contingens ad purissimam conditio nem veritatis, & sic non est scientia de illa. Tollere ergo veritatem demonstrare conclusionis, que est veritas maxima cōnaturalis intellectui, & maxime ipsum perficiens, est tollere bonum p̄tissimum particula nostræ, que est intellectus, ut patet 10. Ethicorum: immo secundum modum loquendi Philosophorum esset tollere totum bonum humanum, quod est in operatione perfectissima intellectus, ideo est maxime inconveniens, & nequam admittendum, ideo quando occurrit sic talis auctoritas, vel ratio ineuitabilis, contra dictum alicuius approbati doctoris non est standum doctori propter suam auctoritatem, sed veritati propter suam naturalem dignitatem, propter quam teste Arist. 1. Ethicorum, sanctum est præhonorare illam.

*Scientia  
non est  
de rebus  
conting-  
tibus.*

C Ita est in præsenti quantum ad dictum beati Augu. de Die mortis Domini, scilicet 8. Calendas Aprilis: Nam ipse nullum fundamentum probationis ad hoc inducit, sed solum modo historico refert, & contra eum occurruunt rationes habentes fundamentum, in dictis euangelicis, & procedentes via demonstrativa ex principiis Astrologicis, ad quas nemo sufficienter potest respondere, quae habentur supra. Ideo iniustum erat valde negare omnia illa, vel dicere quod non intelligamus illa, cum inducant oculis nostris veritatem manifestissimam, etiam si dissimilare velimus, & stare auctoritatibus Augustini, de quo constat, quod potuit errare, & in multis errauit, quorum quædam ipse retractauit, alia vero non potuit, ut supra declarauimus. Apparet euidentissime ex dictis, quod non est ista bona consequentia, scilicet hoc dicit aliquis doctor approbatus ab ecclesia in libro approbato, ergo est verum, quia multa possunt esse falsa. Nec derogat hoc auctoritatem ecclesie. Immo ista propositione est vera, scilicet necesse est aliqua ab ecclesia approbata falsa esse, quod patet, quia manifestum est quod ecclesia approbavit omnia opera beati Hieronymi, & beati Augustini, & tñ isti duo fæpe contradicunt sibi formaliter, & ab intentione, & proposito. Imo, quod plus est quia videtur interdum in istis loqui cū stomacho ut patet in illis, quæ supra allegauimus, & tamen duorum contrariorum vel contradictionum necesse est alterum esse falsum. Et utrumque approbatum est per ecclesiam, ergo

ecclesia approbatur aliqua, quæ necesse est esse falsa. Et per hoc patet solutio ad quartam rationem de approbatione ecclesie.

## C A P I T U L U M LXXXVI.

In quo respondet auctor ad quintam rationem principalem de calendariis, & dicit non teneat argumentum assumptum ex annotationibus Calendariis ob defectum auctoritatis, quia de multis ibi annotatis non constat.

D Ad s.  
arg. cap.  
17. O Biiciebatur quinto loco quod in Calendariis antiquis, & in Calendario sancti Isidori reperitur intitulatum Die 25. Martii Passio Domini, & Die 27. eiusdem resurrectionis eius.

Dicendum, quod argueret ex his, quæ annotantur in Calendariis non est efficax ratio propter duo, scilicet ex defectu auctoritatis, & ex defectu eius quod dicitur.

Primum patet. Nam de multis, quæ annotantur in Calendariis non constat certus auctor, ita ut propter eum aliquatenus moueremur ad assentendum, sed multi multa scriperunt, seu conscriperunt, de quibus non constat, quod sint alicuius auctoritatis, immo de aliquibus eorum si constaret haberentur, in minori auctoritate quam habentur, quia auctores eorum fuerunt leuissimi:

Vnde non solum ea, quæ aliquo modo pertinent ad res ecclesiasticas, sed etiam quædam alia multum extranea & secularia, quæ tamen videntur eis memoranda, solent quidam Calendariis annotare, ut si quo anno famis valida, aut aquarum in solita alluvio, aut grauissima bella fuerint, & si qua similia sunt in multis Calendariis annotata reperiuntur, & quotidie reperiuntur.

Sed cogitet quilibet vir peritus de illis, dato quod vere essent, quantam fidem facerent, cum sit incertus auctor, & non appareat aliquod indicium, quare illis debeamus assentire.

Quod autem dicunt de annotatione diei mortis Christi & resurrectionis non est longe dissimile huic: nam non constat quis hoc Calendariis annotauerit.

Item minutius fides huius annotationis quantum ad opinionem ecclesie, quia ista annotatio non est communis in omnibus Calendariis, sed rarissime reperitur.

Nam si ut dicunt in antiquis Calendariis intenitum & ecclesia credidisset hoc verum esse, & aliqualem auctoritatem adhibuisse, fecisset illud annotari omnibus modernis Calendariis, sed iam in defunctudinem abiit, ergo vel ecclesia, aut communiter viri periti putauerunt illud esse falsum, vel saltem paucam ei auctoritatem & fidem adhibuerunt, non curantes annotare in nouis codicibus, quod in antiquis annotatione reperiebant, cum cetera ibi inuenta transcriberent.

Fuisset autem aliquis præsumptionis ad assentendum ei ratio ista, si in omnibus Calendariis annotatio ista reperiatur, etiam non constito de auctore, licet hoc non faciebat plenam, aut semiplenam fidem, stante in oppositum ratione notissima, & necessaria, ut supra inductum est. Vnde quando subtiliter adiudicatur ista ratio magis facit in contrarium, quam pro inducente eam, cum dicat, quod reperitur in antiquis Calendariis, quasi dicat non reperitur in omnibus, quod verum est. In quo innuitur, quod nouitas non tenuit illam annotationem tanquam veram, aut certam.

## C A P I T U L U M LXXXVII.

Quod in Calendario continentur multa impossibilia, & multa verisimiliter falsa, & multa totaliter dubia. Et quod omnes annotationes facte in mensibus de introitu solis in signa, sunt falsa.

S Econdo non tenet ista ratio ex defectu eorum, quæ annotantur in Calendariis. Nam præter annotationes festorum, & quædam alia, quæ pertinent ad computationem ecclesiasticam, & sunt bona, & utilia, sunt multa alia quorum, quædam sunt falsa, & impossibilia, alia sunt verisimiliter falsa, alia sunt totaliter dubia.

De primis patet, nam ponitur, quasi communiter in omnibus Calendariis quinto die mensis illius sol intrat in tale, vel tale signum. Nam dicitur in Ianuario sol in Aquario, &

**A** Februario, sol in Piscibus, & sic de ceteris mensibus. Et tamen in omnibus mensibus est falsitas, nulla enim reperiatur annotatio vera si querantur omnes. Quod patet, nam in Martio die decimo octavo dicitur sol in Ariete, & tamen hoc est manifeste falsum, quia sol in Ariete est nunc die vndeclima Martii, & interdum die decima, scilicet, quando est bisextus. Hoc patet necessario computando via Astrologica, per quam scitur certissime sine aliquo errore quolibet die, & qualibet hora, in quo signo est sol, & in quo gradu, & minuto illius signi usque ad minimas fractiones, ideo scitur de luna, & ceteris planetis. Quod autem ista computatio sit sine errore, peritis viris in arte illa satis notum est, tam ex experientia, quam per viam demonstrationis, secundum quod facit Ptolemaeus in Almagesto.

Sed adhuc, quantum ad viros ignorantes probatur hoc modo manifesto, nam omnes concedunt duo æquinoctia esse quolibet anno, unum, quando sol est in capite Arietis in Martio, & aliud, quando sol est in capite Librae in Septembri. Sed manifestum est, quod illud æquinoctium, quod fit in Martio non sit die decimo octavo Martii, sed multo ante, sc. die vndeclima, & interdum die decimo, quod satis patet est consideranti vulgariter, diligenter tamen per horologium, quia in illis octo diebus, scilicet a decimo usq; ad decimum octauum satis est differentia magna, & apparet in quantitate diei. ergo caput Arietis intrat sol die decimo Martii, vel vndeclima, & non decimo octavo, sicut annotatur in Calendariis. Idem error accidit circa æquinoctium aliud, quod fit in Septembri. Nam annotatur ibi sol in libra die decimo octavo, & tamen multo ante sol intrat in libram, scilicet die decimo, vel vndeclima, sicut diximus de Ariete in Martio. Et hoc manifeste colligitur ex æquinoctio, quia in die decimo octavo Septembri iam manifeste sunt dies maiores, quam noctes aliquantulum, quod bene sentitur.

Accidit autem error adhuc, & magis manifestus vulgaribus circa solstitia, sunt enim in anno duo solstitia, unum in Iunio sole existente in capite Cancri, & aliud in Decembri sole existente in capite Capricorni. Et annotatur in Calendariis solstitium australie die decimo septimo Iunii, quia illo die annotatur sol in Cancro. Sed manifestum est etiam vulgaribus, quod solstitium australie sit multo ante diem decimum septimum Iunii, scilicet die decima, vel vndeclima, aut quasi. Quod satis apparet ex consideratione vmbrae. Nam illa die maxime eleuatur sol in tota terra habitabili versus Zenith capitis nostrorum, & per vmbra patet immediate, quando sol eleuatur plus, aut minus in meridie, etiamsi sit valde parua differentia vniuersitatis ad aliam, quia necesse est, & faciat differentiam in vmbra. Et hoc consonat positione totius vulgi, nam menses dicunt maximum diem totius anni esse diem sancti Barnabae, & est dies vndeclimus Iunii. Et hoc verum est, quia aliquando est ibi solstitium, & aliquando die praecedenti, vel quasi, & tamen secundum annotationem Calendarii deberet esse septem diebus post, vel quasi est ergo error magnus. Idem est de solsticio hyemali, quod in Calendariis annotatur die decimo octavo, vel decimono uno Decembri, quia ibi notatur sol in capricorno. & tamen multo ante est solstitium, scilicet die vndeclima, vel duodecima eiusdem. Quod satis patet vulgariter ex vmbbris, quia sicut in solsticio australi eleuatur sol maxime, & est maximus dies anni, quod per vmbra patet, ita in solsticio hyemali sol maxime descendit in meridie, & facit minimum diem totius anni. Et etiam hoc apparet manifeste ex differentia vmbra ab vmbra aliorum dierum: est ergo error in Calendariis etiam quantum ad hoc. Et generaliter dicendum, quod omnes annotationes, quae sunt factae in Calendario quantum ad introitum solis in signa sunt falsae, nam dato errore in una, necesse est in omnibus esse errores, eo quod illæ ponuntur ordinatae, scilicet post introitum solis in unum signum, recursis 30. diebus ponitur introitus in aliud, & rursus recursis 30 uno diebus ponitur introitus in aliud, & istud est, quasi propinquum veritati, nam secundum medium motum sol pertransit unum signum in triginta diebus, & decem horis, & quibusdam minutis horæ. Verum est, quod ad hoc posset aliquis vir peritus dicere, quod verum est esse hic errorem magnum, & tamen iste error habuit rationabilem introductionem, scilicet quia a principio, quando Calendarium in ecclesia scri-

D  
ptum est, erat introitus solis in Ariete die decimo octavo Martii, & ille introitus annotatus est, & hoc modo tā illa annotatio, quam omnes aliae sunt vere, & tamen postea cursu temporis falsificatum est propter motum augium solis, vel propter motum capituli Libræ, & Arietis, sive dicatur propter motum cœli stellarum fixarum, de quo manifestare majoris foret negoti, nec ad præsens utile est. Dicendum, quod verū est, quod per tempora variatur introitus solis in Ariete, & in alia signa, quasi per modum retrocessionis in diebus, scilicet, quod si vno tempore est introitus solis in Ariete die decimo Martii, eueniet, quod aliquando post tempora multa erit die quinto, & aliquando die primo, & aliquando redibit æquinoctium, & introitus solis in Ariete ad mensem Februarii, immo, & ad Ianuarium, si tardius mundus duraret, & non emendaretur Calendarium, sicut quidam coram summis pontificibus, & in generali etiam concilio petierunt, sed nondum obtentum est.

Anno autem quo Christus natus est erat æquinoctium vernale 23. die Martii, vt satis potest inspicere quicunque sciens aliquid in calculatione motuum planetarum. & ab illo tempore usque huc rediit ad hoc, quod sit solstitium, vel æquinoctium die vndeclima, & interdum die decima Martii, ita proportionaliter fieri in annis sequentibus quoisque mundus duret si non emendarur Calendarium.

Sed dicendum, quod dato, quod iste error acciderit ex hac causa, non est satis excusabilis.

Primo, quia primus annotator talium introituum solis in signa scire debuerat, quod iste introitus erat mobilis, ideo non debuerat annotare certum diem, vel saltem non debuisse annotare simpliciter, scilicet sine limitatione aliqua. Nam cum reperiatur scriptum, quod tali die est introitus solis in tale signum, legens putat semper hoc esse verum, & errat, non ergo debuerat annotans sic annotasse, sed vel tacuisse, cum talis annotatio sit parum utilis ad considerationem plenam eorum, quæ continentur in Calendario, vel saltem dedisse aliquam leuem cognitionem de mutatione introitus. Nam poterat dicere, quod de centum in centum annos, vel quasi mutatur ille introitus per unum diem versus anteriora, ut potest si nunc sit introitus solis in Ariete die decimo Martii, paullisper redibit quoisque transactis centum annis, vel quasi sit introitus in Arietem nono die, postea octavo, & sic redeundo ad anteriora.

Secundo non est excusabilis, quia etiam pro tempore suo non erat istud simpliciter verum, nam in quolibet anno bissextili fiebat introitus solis in Arietem citra per unum diem, scilicet die decimo septimo Martii, ideo etiam circa hoc debuisse dare leuem doctrinam faciendo mentionem de anno bissextili, vel non annotando, quia alias per istam annotationem daretur occasio errandi quæ non daretur non apposita annotatione.

Tertio patet, quia dato, quod auctor primus esset aliquo modo excusabilis, tamen quantum ad propositum nostrum attinet non potest tolli quin illa annotatio sit falsa, & impossibilis, & hoc est, quod volebamus, scilicet, quod aliqua continetur in Calendario, quæ sunt falsa, & impossibilis.

### CAPITULUM LXXXVIII.

*Quod non est verum, quod quilibet mensis addat super alium duas horas in crescendo, vel in decrecendo, & ibi multa astrologica de aequinoctiis, & solstitiis, & declinationibus maximis solis, & quod non crescit, vel de crescit dies aequaliter in omnibus mensibus, sed in quibusdam in triplo, quam in aliis. Et quod magis crescit dies in Martio, quam in omnibus mensibus & magis decrescit in Septembri, quam in omnibus mensibus.*

**A** Nnotatur etiam in Calendariis de singulis mensibus, quot horas diei, & quot horas noctis habeant.

Nam dicitur in Ianuario, quod dies habet horas octo, & nox horas decem, & tunc. Et Februarius habet in die horas 10. & nox habet 14. & sic communiter addendo in quolibet mense, duas horas addendo pro die, & minuendo duas pro nocte, donec veniatur ad Iunium, ubi annotatur, quod nox habet horas sex, & dies decem, & octo, & deinde minuitur dies

Calendarii  
errat  
ponen-  
do sol-  
stitium  
austrii  
17. Iunii

C

Calendarii  
errat in  
introitus  
solis per  
omnia  
signa.

A in quolibet mense per duas horas, & nox crescit per duas, donec veniat in Decembrem, vbi anno natum, quod dies habet horas sex, & nox 18. & istae annotationes reperiuntur, quasi conformiter in omnibus Calendariis, & tamen iste sunt false, & impossibilis.

Primo patet, quia ponatur, quod aliquando sit dies horarum 18. & nox 6. & est contrario, quod aliquando nox sit horarum 18. & dies horarum 6. & tamen in regionibus nostris nunquam hoc reperitur, quia in quinto climate, in quo nos manemus dies maximus ad 15. horas, vel quasi accedit, & nox maxima ad totidem. Si autem accipimus in aliis regionibus, quae sunt versus equinoctiale, scilicet in 4. & 3. & 2. & primo climatibus magis est hoc manifestum, quia ibi nox, & dies nunquam tantum crescunt, sicut apud nos; quia minus ibi distant ab aequalitate, cum minus distent a circulo aequinoctiali.

Si autem velis hoc referre ad alia climata, scilicet versus septimum, etiam non erit hoc possibile, quia unum clima non addit super aliud, nisi spacium dimidiæ horæ, ut pater ex Ptolemaeo in Almagesto, & est suppositio omnium astrologorum, ideo in fine septimi climatis adhuc non provenit maximum dies ad 17. horas, & conformiter nec maxima nox, quanto magis ad 18. Non ponunt autem astrologici plura climata, id est plures regiones habitatas, & sic ista annotatione horarum dicitur, & noctis falsa est pro tota latitudine terræ, quam astrologi in clima diu serunt.

Sed dicet aliquis, quod licet non verificetur pro terra septem climatum, verificabitur pro aliqua alia terra, in qua dies interdum præueniat ad horas 18. & nox ad sex, & est contrario in maxima nocte, que peruenit ad 18. horas, & dies tunc erit sex horarum.

Dicendum, quod non solum ad 18. immo terra est, in qua dies peruenit ad horas 20. & in alia ad 24. & tunc est una circulationis solis integra faciens diem sine nocte, & est terra, in qua dies durat uno mense; scilicet sol facit triginta circulationes integras antequam occidat sub horizonte. Et est terra, in qua provenit ad duos menses, & ad tres, & quatuor & est terra in qua dies durat sex mensibus, & nox totidem, & ibi una dies naturalis est unus annus compleatus de nostris, & ibi necesse est, quod sol faciat centum octoginta duas, vel tres revolutiones, sine circulationes, integras super horizontem antequam occidat, & postquam fuerit sub horizonte facit totidem circulationes completas antequam oriatur.

Istud autem licet simplicibus videatur esse falsum vel admirandum valde, tamē nec est falsum, nec admirandum, sed pure naturale, quia sicut hic est naturale aliquando esse diem quatuordecim horarum, & noctem decem horarum, ita ibi naturale est diem esse sex menses, & noctem totidem, quod affirmit Ptolemaeus, & omnes astrologi.

Sed dato, quod nemo affereret, necesse erat hoc concedi, quia probaretur demonstratione. Et fit istud propter obliquitatem sphærae super horizonte, & secundum maiorem, & minorem obliquitatem sphærae, vel horizontis fit ista diuersitas in quantitate dierum, & noctium maior, de quo non spectat ad præsens magis dilatare sermonem. Et sic bene conceditur, quod isti petunt, scilicet, an aliquid sit dies horarum decem, & octo, & nox sex, & est contrario.

Sed adhuc dicendum, quod non est excusabilis ex hoc iste error, quia tunc tales annotationes solum fieri debent in Calendariis terræ illius, scilicet, in quadam parte Alemaniæ versus Daciam, & partes maxime aquilonates eius, etiam in quadam parte Angliae, & insulis adiacentibus. In terra autem nostra nullo modo deberent fieri tales annotationes.

Sed forte aliquis dicet, quod verum est, quod pro singulis terris, & climatibus deberent fieri propriae annotationes cum in singulis sit propria quantitas dierum, & noctium, & tamen facta est una annotatione pro omnibus regionibus, scilicet illa, quæ communior erat.

Sed dicendum, quod hoc nullo modo est verum, nam dato, quod pro omnibus regionibus fieret una annotatione, quod erat satis inconveniens, tamen illa deberet fieri pro illa regione, que participaret magis de natura medii, ut facilius communicaret cum omnibus extremis, & esset minor falsitas, ista tamen est regio quinti, & quarti climatis quantum ad suum climatum, vel quantum ad habitationem gentium,

qua multi habitantes extra omnia septem climata versus aquilonem, saltem acciperent sextum clima pro medio, & tamen in his non peruenit dies ad sexdecim horas, & nox minima non est minor octo horas. Patet ex Ptolemaeo in Almagesto, & Alfragino, & omnibus Astrologis, ideo non proprie assumpta est annotatione pro terra, quæ esset extra omnia climata.

Item, quia cum ista annotatione fiat in Calendariis ecclesiæ, seu ecclesiæ, debuit fieri conformis illi terra, in qua magis viger ecclesia, & ista est terra quinti, & sexti climatis, quia in istis duobus climatibus pro maiori parte sunt omnia regna Christianorum habitantum in Europa. De habitantibus in Asia, & Africa modicum pertinet ad nos.

Et tamen istud non factum est, sed facta est annotatione pro extremitatibus terris Christianorum, quæ à paucis annis sunt Christianorum. Nam prius maxima pars Alemaniæ, potissimum aquilonaris, & tota Anglia ad barbaros pertinebat. Angli quippe tempore beati Gregorii fidem suscepunt, ut patet ex legenda sua. Alemani autem posterius, nam & magna quedam pars ipsorum versus Polonicos diebus nostris conuerse est, & manent adhuc regiones aliquæ ibi non conuerse, & sunt gentes barbarorum non Maurorum, sed vere pagani, qui legem nullam circa cultum diuinum tenent, sed colunt sylvas tanquam Deum, non ergo erat conueniens taliter annotari.

Et adhuc alias error est in hoc, qui nullo modo potest excusari respectu aliquid regionis, scilicet, quia ponitur, quod quilibet mensis habeat duas horas, alias addat duas horas in die super alium, vel totidem diminuat, & idem respectu noctis, sed hoc est impossibile. Nam dato, quod aliqua regio sit, in qua dies maximus perueniat ad decem, & octo horas, & nox tunc solum habet sex, tamen adhuc in regione illa non est verum, quod quilibet mensis addat super alium duas horas præcisæ in die, vel in nocte, & nullus sit qui minus addat, nec sit aliquid, qui addat plus.

Hoc autem probatur, & petitur, quando dicitur in annotatione Ianuarii. Nox habet horas 16. & dies 8. & sic de ceteris, an intelligatur, quod in toto mense Ianuarii quilibet dies habeat horas octo præcisæ, & quilibet nos habeat sexdecim. Vel intelligatur, quod maior dies Ianuarii, qui est ultimus habeat octo horas, & nox tunc habeat decem, & sex horas. Sed neitrum istorum modorum potest stare in veritate dictum.

De primo patet, quod non possit stare, quia tunc omnes dies Ianuarii essent æquales inter se, & tamen falsum est, quia dies semper sunt in crescendo, vel decrescendo, & nunquam sunt in statu, nec possunt dari duo dies æquales, qui sint coniuncti. Et fatis manifeste certatur, quod in medio, & in fine Ianuarii sunt dies maiores, quam in principio.

Item patet, quia dato hoc sequeretur magnum inconveniens, & absurdum. Nam cum diceretur, quod Ianuarius habet in die horas octo, & in nocte 16. & intelligitur de quilibet die Ianuarii, sequeretur, quod ultimus dies Ianuarii habeat octo horas solum, & nox sua 16. & tunc cum in annotatione Februarii dicatur, quod nox habet horas 14. & dies decem, & in telligatur supradicto modo, sequeretur, quod quilibet dies Februarii tantum haberet in die, quod in nocte, & sic primus dies Februarii habebat horas 10. & nox sua horas 14.

Cum ergo ultima dies Ianuarii habet horas octo solum, & nox horas 16. & primus dies Februarii horas decem, & nox horas 14. sequitur, quod erant duo dies immediati quorum unus excedat alium per duas horas, & similiter de noctibus eorum, quod absurdum est, & impossibile, & contra rationem, & experientiam. Non ergo potest intelligi hoc modo annotatione.

Secundus etiam modus non potest stare, scilicet, quod Ianuarius in die habeat horas octo, & in nocte 16. id est, quod in fine mensis sit dies octo horarum, & nox 16. & ante hoc semper sit dies minor octo horas, & nox minor 16. & sit continuum crementum usque ad finem mensis, & sic intelligatur de Februario, quod dies habeat horas decem, & nox 14. nam hoc dato sequitur, quod dies semper sunt in augmentatione, vel in diminutione, & quod in omnibus mensibus crescunt, vel decrescent aequaliter, scilicet in quolibet mense per duas horas, sed istud est impossibile omnino, quia dato, quod sit aliqua

**A** regio in qua maximus dies perueniat ad 18. horas, & minimus habeat solum sex, tamen ibi non est possibile, quod in quolibet mense dies augeatur per duas horas, vel totidem decrecat de horis, ita quod in omnibus mensibus sit augmentum, vel detrimentum, siue diminutio per aequalia, sed stante terra necessarium est, quod aliquis mensis sit, in quo dies crescat, quasi per tres horas super aliud mensem, & aliud sit, in quo non crescat, nisi per horam, & dimidiam, vel quasi. Unde ad sensum ista patent siquies ista inspiciat, nam magis crescit dies in Martio a principio usque ad finem, quam a principio Maii usque ad medium Iunii. Sic est etiam in decrecendo, nam plus decrescit dies a principio Septembri usque ad finem eius, quam a principio Nouembri usque ad medium Decembri.

Etautem regula, quod apud aequinoctia ante, & post in paucum tempore dies valde crescit, & apud solstitia ante, & post dies modicum crescent, & decrescent in magno tempore.

Ista autem declarantur aliqualiter Astrologicè. Nam dies, & nox faciunt unam circulationem integrum, vel ut proprius dicatur, sol ex una circulatione completa reddit diem, & noctem, & pars illa circuli solis, quae est supra horizontem facit diem, illa autem pars, quae est infra horizontem constituit noctem. Et quando contingit illos duos arcus esse aequales est aequinoctium, quando vero arcus sub horizonte maius est, nox est maior.

Est autem hic considerandum pro ampliori evidentiâ, quod sol mouetur semper in Zodiaco per medietatem eius non declinando ad meridiem, vel aquilonem, sed semper per medium sub linea eclipticâ, & Zodiacus est circulus intersectans aequinoctiale circulum oblique ad angulos aequales, & quando sol peruenit ad aliquam de illis duabus intersectionibus, ubi aequinoctialis cum Zodiaco se fecerat, mouetur per aequinoctiale, & tunc est arcus, qui est super horizontem aequalis arcui, qui est sub horizonte, & sic nox, & dies aequaliter. Et quando hoc contingit bis in anno sole perueniente ad illas duas intersectiones, sit bis quolibet anno aequinoctium. In ceteris partibus anni dies, & nox sunt inaequales. Zodiacus autem secans aequinoctiale in duobus punctis declinat ab ea in omnibus aliis partibus suis, & sunt duo puncta, in quibus maxime declinat, & sunt ista puncta sibi opposita aequaliter distantia ab utraque sectione. Et illa puncta vocantur maxime solis declinationes, quia quando sol peruenit ad alterutram durarum sectionum Zodiaci aequinoctialis, nulla est distantia, vel declinatio eius, quia est tunc realiter in aequinoctiali respectu cuius accipitur declinatio, sed cum inde recedit incipit declinare, sed cum peruenierit ad alterutrum illorum duorum punctorum nominatorum, iam non potest magis recedere, sed potius redit versus aequinoctiale ideo illa duo puncta vocantur maxime solis declinationes.

Vocantur etiam duo tropici, id est, circuli conuersionum, quia usque ad illos procedit semper sol ab aequinoctiali. Cum autem peruenierit ad aliquem illorum non procedit ultra, sed incipit redire, vel conuerteri versus aequinoctiale. Idem conuerteri circuli, vel tropici in Graeco, quod idem est proprius dicuntur.

Quandiu autem sol est in istis declinationibus ab aequinoctiali versus aliquem de duobus tropicis dies & nox sunt aequales.

Vocantur autem ista quatuor puncta sic, scilicet, unus punctus intrefectionis aequinoctialis cum Zodiaco vocatur caput Arietis.

Et punctus intrefectionis oppositæ vocatur caput Libræ. Et unus punctus maximæ declinationis vocatur caput Cancri, vel tropicus Cancri. Alius punctus oppositus declinationis maximæ vocatur caput Capricorni, vel tropicus Capricorni. In capite Arietis fit aequinoctium vernale, quod est circa medium Martii.

In capite Libræ fit aequinoctium autumnale, & est circa medium Septembri, tunc sunt noctes & dies aequales. In capite cancri fit solstitium aestivali, & tunc est dies maximus anni. In capite Capricorni fit solstitium hyemale, & tunc est dies minimus anni, & nox maxima.

Ex hoc apparet, quod cum solum bis in anno fit aequino-

ctium sole existente in alterutram durarum sectionum, scilicet Arietis, & Libræ quod quandiu quando declinat ab aequinoctiali versus alterum tropicorum quo usq; redeat rursus ad aequinoctiale, erunt dies minores noctibus, & quando ab illa sectione ad alterum tropicorum declinat, donec iterum redeat ad aequinoctiale, erunt dies maiores noctibus.

Ex quo rursus sequitur, quod cum iste due partes declinationis sint due medietates circuli Zodiaci, quam sol complet in uno anno, quod in una medietate anni erunt semper dies maiores noctibus, & in alia medietate erunt semper noctes maiores diebus.

Ex his sequitur rursus quod in illa medietate, quae est declinando ab aequinoctiali intersectione versus tropicum Capricorni quo usq; redeatur ad aliam intersectionem, quae est opposita, scilicet declinando a capite Libræ ad tropicum Capricorni, quo usq; redeatur ad aliam sectionem, quae est caput arietis, sunt dies minores noctibus. Et hoc est a medio Septembri, vel parum ante usque ad medium Martii vel quasi. Nam ibi sunt iste due intersectiones.

Etiam sequitur, quod quandiu sol intendit ab intersectione capitis arietis, versus tropicum Cancri, quo usq; redeat iterum ad aequinoctiale intersectionem, quae est caput Libræ sunt dies maiores noctibus. Et hoc est a medio Martii, vel quasi usque ad medium Septembri, vel quasi, quia ibi signatur haec loca sectionum.

Apparet etiam ex dictis, quod a tropico Cancri usque capite Cancri usque ad tropicum, vel caput Capricorni dies decrescent, nam cum sole existente in capite Cancri, recedat maxima ab aequinoctiali in illa medietate circuli, in qua crescent dies, necesse est, quod sit ibi maximus dies anni, ut etiam supra dictum est, ideo quandiu recessit sol ab eo usque ad tropicum Capricorni, in quo est minimus dies anni, semper decrescit. Nam antequam sol veniat, seu perueniat ad diem maximum, non potest dies decrescere, & postquam peruenit ad minimum, etiam non potest decrescere, ideo in tota ista medietate, quae est inter duos tropicos, dies decrescet, & istud est a medio Iunii, vel quasi usque ad medium Decembri, vel quasi. Et in medietate illa, quae est a tropico Capricorni usque ad tropicum Cancri dies semper decrescat. Nam postquam sol peruenit ad tropicum Capricorni non potest dies decrescere, cum non possit magis elongari ab aequinoctiali, sed potius redeat ad illam. Et postquam peruenit ad tropicum Cancri non potest dies magis crescere, quia non potest plus incedere ab aequinoctiali, ideo inter istos duos tropicos semper crevit, & est medietas anni, quae est a medio Decembri, vel quasi usque ad medium Iunii vel quasi.

Nunc demonstrato quomodo dies semper crescit aut decrescit, & in quibus partibus anni & circuli hoc fit, declarandum est de quantitate augmenti & diminutionis. Diximus autem quod a tropico Cancri usque ad tropicum Capricorni semper dies decrescent & a tropico Capricorni usque ad tropicum Cancri semper crescunt, & tamen ut planius videatur, & brevius consideremus ab aequinoctiali ad solstitia, ab intersectione aequinoctiali, & Zodiaci usque ad aliquod de tropicis. Et pro hoc presumendum, quod Zodiacus circulus, quem sol pertransit in uno anno dividitur in duodecim partes, quae vocantur duodecim signa, scilicet Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Piscis. Tria prima, scilicet Aries, Taurus, Gemini sunt in illa quarta Zodiaci, quae est ab aequinoctio vernali usq; ad solstitionem aestivali, sive a capite Arietis usq; ad tropicum Cancri. Tria sequentia, scilicet Cancer, Leo, Virgo, sunt a solstitione aestivali usq; ad aequinoctium autunale, sive a capite Cancri usq; ad intersectionem capitis Libræ. Tria ultima, scilicet Libra, Scorpius, Sagittarius, sunt ab aequinoctio autunali usq; ad solstitionem hyemale, sive a capite Libræ usq; ad caput vel tropicum Capricorni. Et tria ultima, scilicet Capricornus, Aquarius, Piscis, sunt a solstitione hyemale usq; ad aequinoctium vernale, sive a tropico Capricorni usq; ad intersectionem capitis arietis.

In primis tribus est sol a medio Martii, vel quasi usque ad medium Iunii, vel quasi. Et in secundo ternario est a medio Iunii, vel quasi usque ad medium Septembri, vel quasi. In sequenti ternario est a medio Septembri, vel quasi usque ad medium Decembri, vel quasi. In quarto ternario est a medio Decembri, vel quasi, usque ad medium Martii, vel quasi.

A

Hoc præsupposito dicendum, quod dies crescit, vel decrevit quandocumque sol recedit ab æquinoctiali versus aliquem de tropicis, sive ad aliquam de maximis declinationibus, quod idem est. Et secundum quod magis recedit, magis crescunt, vel decrescent dies, & quando æqualiter recedit in duabus partibus aliquorum signorum, in illis æqualiter crecent, vel decrescent Pro quo sciendum, quod ista duæ maximæ declinationes, sive duo tropici æqualiter distant ab æquinoctiali. Quilibet enim earum distat 24. gradibus fere, scilicet diuidendo totum Zodiacum in trecetas & sexaginta partes æquales, quilibet illarum vocatur unus gradus, & vintiquatuor de illis habet linea, quæ intercidit inter æquinoctiale, & quilibet earum declinationum. Dico autem de linea, quæ cadit super utrumque recte, & intersecat utrumque orthogonaliter ad angulos rectos spherales.

Hoc viso retento præsupposito nostro, dicamus, quod si aliqua terra, in qua maior dies sit horarum decem & octo, ibi quando sol fuerit in capite Arietis in Medio Martii, vel quasi, erit dies duodecim horarum, & toridem nox, & quando fuerit sol in capite Cancri erit dies 18. horarum, & nox sex, & quando fuerit sol in capite Librae erit dies horarum 12. & nox totidem. Cum vero fuerit sol in tropico Capricorni, erit dies 6. horarum, & nox 18. Ex quo apparet, quod in declinatione solis ab æquinoctiali, scilicet à capite Arietis usque ad tropicum Cancri crescat dies sex horas, & in alia declinatione solis ab æquinoctiali, scilicet à capite Librae usque ad tropicum Capricorni decrescit dies sex horas, & utraque declinatio est vintiquatuor graduum fere, vt dictum est, ideo cuilibet horæ respondebunt quatuor gradus de declinatione, ita vt dicamus, quod quando sol declinauerit à capite Arietis usque ad Cancrum quatuor gradibus, erit dies horarum tredecim, & cum declinauerit sex gradibus, erit dies tredecim horarum, & dimidie, & cum declinauerit decem, & octo gradibus erit dies 16. horarum, & dimidie, & cum declinauerit vinti gradibus erit dies decem, & septem horarum.

Cum vero de clinauerit vintiquatuor, vel quasi iam est in capite Cancri, & est tunc dies 18. horarum completarum. Similiter in diminuendo, cum sol declinat quatuor gradibus à capite Librae versus Capricornum, est dies undecim horarum, & cum declinat 8. gradibus, est dies decem horarum, & cum declinat 16. gradibus, est dies octo horarum, & cum declinat vintiquatuor gradibus fere, est in fine declinationis, & est dies sex horarum.

Nunc autem dicendum, quod à capite Arietis usque ad caput Cancri, in quo spacio augetur dies sex horis, sunt tria signa æqualia, scilicet Aries, Taurus, Gemini. Et à capite Librae usque ad Capricornum, in quo spatio decrescit dies sex horis, sunt reliqua tria signa æqualia, scilicet Libra, Scorpius, Sagittarius, & quodlibet istorum signorum pertransit sol in uno mense, scilicet in triginta diebus, & decem horis, & paucis minutis horæ. Ideo crederet aliquis, quod illa declinatio maxima, quæ est 24. graduum fere, scilicet ab æquinoctiali ad tropicum Cancri diuidatur æqualiter per ista tria signa, scilicet Aries, Taurus, Gemini. Et tunc cum cuilibet signo corresponderent octo de gradibus declinationis competenter ei duæ horæ augmentationis diei. Et quia in quolibet illorum trium mensium, scilicet à medio Martii, vel quasi usque ad medium Iunii, vel quasi sol transit per unum signum esset augmentum diei in quolibet illorum mensium horarum duarum. Et sic fieret procedendo à libra versus Capricornum per alia tria signa, scilicet Libram, Scorpionem, & sagittarium, scilicet, quod cuilibet istorum trium signorum competenter octo gradus de illa declinatione, & quodlibet illorum seruit vii mensi, esset in quolibet illorum trium mensium, scilicet à medio Septembri usque ad medium Decembris, vel quasi clementum duarum horarum, & sic esset æquale, & tamen non est.

Sed dicendum est, quod licet signa omnia inter se æqualia sint, quia quodlibet continet gradus 30. & sol tantum moratur in transundo unum, sicut alterum, secundum motum medium, & in quolibet tringinta diebus, & horis decem, & quibusdam minutis horæ, tamen de illa latitudine declinationis ab æquinoctiali non competit eis æqualiter, sed quibusdam plus, & aliis minus. Et hoc necessarium est propter motum sectionis, & curuationis circuli, sicut ad oculum appetet si

quis respicit in ponendo chordas, & sagittas pro arcibus circuitorum.

Vnde est regula, quod quando aliqua signa, vel partes signorum magis accedunt ad puncta æquinoctiorum, competit eis magis de latitudine illa declinationis.

Et quanto magis appropinquant ad puncta solstitiorum, minus competit eis de ista latitudine declinationis.

Et ob hoc magis crescit dies, sole stante in Ariete, quam sole stante in Tauro, & magis stante in Tauro quam stante in geminis.

Eodem modo in illa quarta, quæ est à capite Capricorni usque ad caput Arietis crescent dies, & magis crescent in Pisces, quam in Aquario, & magis in Aquario, quam in capricorno, secundum quod magis accedunt ad caput Arietis, ubi est æquinoctium.

Similiter autem, & in alia medietate, in qua decrescent dies, scilicet à Cancri capite usque ad Capricornum. Nam decrescent dies magis in Virgine, quam in Leone, & magis in Leone, quam in Cancro, secundum quod magis ad caput Librae, ubi est æquinoctium accedunt.

Etiam in quarta, quæ est à capite Libre usque ad Capricornum. Nam magis decrescent dies in Libra, quam in Scorpione, & magis in Scorpione, quam in sagittario.

Est multum inæqualis ista diuisio non solum in signis, sed etiam in partibus signorum. Nam in Ariete magis crescent dies in duodecim gradibus primis, quam in quatuordecim de ultimi, & ita in quolibet alio signo, secundum quod una pars eius magis, vel minus accedit ad æquinoctii punctum. Vnde in primis decem gradibus geminorum magis crescit Dies, quam in decem ultimi.

Ita etiam est in decrescendo, quia quanto magis accedit aliquod signum, vel pars signi de medietate illa, in qua decrescit dies accedit ad æquinoctium autumnale, scilicet ad caput Librae, magis decrescit ibi dies. Et ob hoc in Virgine, & libra magis decrescent, quam in aliis, quia ista duo signa magis accedunt ad punctum æquinoctii autumnalis. Vnde etiam in octo gradibus ultimi virginis magis decrescent dies, quam in octo immo nouem primis, scilicet, quia octo ultimi gradus magis accedunt ad punctum æquinoctii, quam primi octo.

Fit autem è contrario in Libra. Nam in primis octo gradibus eius magis decrescit dies, quam in octo, vel nouem ultimi, eo quod primi octo magis accedunt ad punctum æquinoctii.

Sic etiam in Ariete, & Pisces. Nam primi gradus Arietis sunt majoris declinationis & clementi diei, quam ultimi. In Pisces autem è contrario, quia in quinque ultimi gradibus Pisces magis crescit dies, quam in quinque primis. Procedit autem ista diversitas in tantum, quod in Ariete competunt, quasi duodecim gradus de illa declinatione 24. graduum, & in Taurō, quasi septem, & in Geminis, quasi quatuor, sicut manifeste apparet ex tabulis declinationis solis, quas astrologi faciunt. Et satis probatur hoc demonstratione modo geometrico ex habitudine duorum circulorum secantium oblique ad angulos inæquales, sicut se secant æquinoctialis, & Zodiacus, & satis hoc probat Ptolemaeus in Almagesti. Ita etiam est in parte decrescentia diei. Nam à Cancro in Capricornum decrescent, sed competunt Cancro, quasi quatuor gradus, & Leonis, quasi septem, & Virginis, quasi 12. Hæc dicuntur grosso modo, quia non spectat ad praefens certificare præcisæ de his.

Ex quo apparet, quod dies crescent, quasi in triplo à medio Martii usque ad medium Aprilis, vel quasi, quam à medio Maii usque ad medium Iunii, vel quasi. Etiam patet, quod tantum crescent, vel quasi à medio Martii usque ad medium Aprilis, sicut à medio Aprilis usque ad medium Iunii, scilicet tantum 30. diebus, sicut in sexaginta.

Si tamen accipiatur dies à principio Martii usque ad finem eius, adhuc erit maius clementum, quam à medio Martii usque ad medium Aprilis.

Ratio huius est, quia à medio Martii, vel quasi usque ad medium Aprilis est totum signum Arietis, à principio autem Martii usque ad finem eius sunt undecim gradus plicium postremi, & decem, & nouem, vel vinti gradus Arietis.

Et tamen magis crescit dies in decem gradibus ultimi

A piscium cū viginti primis gradibus Arietis, quam in omnibus triginta gradibus Arietis. Ratio est, quia in decem, vel 11. gradibus vltimis piscium magis crescit dies, quam in decem vltimis gradibus Arietis. Nam decem vltimi gradus piscium sunt coniuncti equinoctio, & decē vltimi gradus Arietis sunt remoti ab eo. Vnde dicēdūs, quod magis crescit dies à principio Martii usque ad finem eius in uno mense, quam à medio Aprilis, vel quasi usque ad medium Iunii in duob. mensibus, Nam huic mensi competit plusquam 11. gradus in illa declinatione, & aliis duobus nominatis non competit 12. gradus, ut declaratum est. In illa autem quarta anni, quae est à medio Iunii usque ad medium Septembri, in triplo decrecūt dies à medio Augusti usque ad medium Septembri, quam à medio Iunii usque ad medium Augusti, scilicet tantum in uno mense, sicut in duob. Et si accipiatur mensis Septembri à principio usque ad finem, magis in illo decrecūt dies, quam à medio Iunii usque ad medium Augusti, & tantum quantū à medio Octobris, vel quasi usque ad medium Decembri. Et sicut diximus de quarta anni à medio Martii usque ad medium Iunii in crescendo, ita dicendum de quarta anni à medio Septembri usque ad medium Decembri, quia sunt quartæ oppositæ & idem inducitur est de eis. Et sicut dictum est de quarta anni à medio Iunii usque ad medium Septembri in decrecendo, ita dicendum est de quarta sibi opposita, sc. à medio Decembri usque ad medium Martii in crescendo. Ex hoc etiam infertur, quod tantum crescunt dies sole existente in toto signo Piscium, & Arietis, scilicet à medio Februarii, vel quasi usque ad medium Aprilis, vel quasi in duob. mensibus, quantum crescunt sole existente à principio Capricorni usque ad finem Aquarii, & à principio Tauri usque ad finem geminorum, scilicet à medio Aprilis usq; ad medium Iunii, quæ sunt sex signa, & quatuor menses coniungendo crement in istorum quatuor mensium licet non sint continui. Idem etiam dicendum in decrecendo, scilicet quod tātū decrecent dies à principio virginis usque ad finem Libræ, scilicet à medio Augusti usq; ad finem Octobris, ubi sunt duo signa, & duo menses quantum à principio Canceris usque ad finem Leonis, scilicet à medio Iunii usque ad medium Augusti, & à principio Scorpionis usque ad finem sagittarii, scilicet à medio Octobris usque ad medium Decembri coniungendo ut tramque diminutionem, in qua sunt quatuor signa, & quatuor menses. Apparet ergo, quod falsa, & impossibilis est illa annotatio Calendarii, scilicet quod tantum addat unus mēsis super alium de die, vel nocte quantum alius super alium, & omnes æqualiter, scilicet quod quilibet addat horas duas, vel tantundem diminuat, sed aliquando in uno mente crescit, vel decrecūt, in triplo, quā in alio, & aliquando in duplo, vel quasi, & sic de ceteris diuerisatibus. Et per hoc patet primum membrum, quod intendebamus deducere, scilicet quod aliqua ponuntur in Calendarii, quæ sunt falsa, & impossibilia, sicut deductum est.

## CAPITULUM LXXXIX.

*Quod in Calendarii solet ponī quā die creatus est Adam, & quā die intravit Noe in arcā, & falso annotatur, & quod mundus non fuerit creatus in Martio sed in Septembri.*

S Econdum erat, q̄ quādam ponuntur in Calendarii, quæ sunt verisimiliter falsa, sicut est de creatione mundi, & Adæ. Nam in quib. Calendarii ponitur quo die fuerit creatus Adæ, & ponitur in Martio circa finē. Istud autem videtur esse falsum saltem verisimiliter. Nam isti presupponunt mundū creatum fuisse in Martio. Et q̄ homo 6. die creatus est Gen. 1. c. ponit 6. die creationem Adæ ab illo die, quo credunt mundū creatum, & utrumq; est secundum eos in Martio. Sed circa hoc inter doctores est dubium, q̄ mundus creatus fuerit, quibusdam tenentib. q̄ in Martio, alii q̄ in Septembri ad finem. Et hoc tenet cōmuniter Iudæi, quod 25. die Septembri creatus est mundus, & Adam ultima die Septembri. & in hac opinione cōueniunt multi periti Latinorum. Et videtur manifeste vera sicut induximus satis rationib. cūdientib. tam super Gen. quam super Exo. Et non solum rationib. naturalib. sed etiam testimoniis sacrae Scripturae. Ponere ergo Adæ fuisse creatum in Martio est ponere aliquid verisimile falsum, vel saltem magis præsumptuosum, quam verum. Item in multis

Calendariis solet annotari, q̄ introiuit Noe in arcā, & quā die cuius mēsis cāpit diluvium, & qua die egredius est Noe de arca. Nam Gen. 7. & 8. ponuntur dies, & mēses p̄ quolibet istorum, & p̄ multis aliis. Er cum ipsi presupponant mēses incipere à Martio, & ibi fuisse mundum creatum, sicut supra dictum est, annotant singula istorum in mensib. sequenti bus, secundum q̄ videtur conuenire facta Scriptura Gen. & tñ cum in fundamēto errant, vel saltem sit verisimile eos errare. sc. ponendo mundum creatum in Martio, & ibi incipere mēses anni, necesse est eos consequenter desicere in omnibus sequentib. annotationib. cum deberent ponere eas cōputando mēses à fine Septemb. vel principio Octobr. Item appetat hoc magis efficaciter, quia vt Iudæi tenent, & est tatis verisimile, imo quasi necessarium, anni illi, qui computantur in Gen. & mēses erant tales quales anni & mēses, quos nūc habent Iudæi, nisi q̄ differunt in principio anni. Quod patet quia Exod. 12. Deus dixit ad Moysen, mensis iste principium mēsuum vobis erit primus in mensib. anni. Et sic idem erat principium mensis, & finis secundū computationem priorē temporum, q̄ fuerat in sacra Scriptura, & inter Iudæos cum principio, & fine mēsis, qui nunc pertinebat ad secundam computationem, q̄ Iudæi incēperunt illam, quam nunc sequuntur, sed solum differebat principium anni, quia forte ille mēsis, qui alias erat 6. mēsis anni, vel 5. efficiebatur nunc ex mandato Dei principium anni, & i. inter mēses Exod. 12. sed mētes isti, quos nunc Iudæi habent sunt mēses lunares ergo mēses illi, quos habebat prius, & quib. scriptura vtitur erant lunares. Quia si detur, q̄ essent solares nō poterant incidere cum mensibus lunari. Nam non possunt esse eadem principia, & fines solarium, & lunarium mēsuum, cum solares sint maiores, & tñ sic illi mēses, quib. prius vtibantur Iudæi, & quib. Moyses vtitur in sacra scriptura enarrando diluvium, & alia accidentia erant mēses lunares; mēses tñ nostri sunt solares, ideo non coinciderent mēses Iudæorum nec illi cum nostris, & sic dato quod principium mundi fuit in Marrio non coincideret primus ille mēsis cū Martio nostro, sicut nec nunc concordat primus mēsis Iudæorum cū Martio nostro licet ipsi incipiāt semper suum annum circa æquinoctium vernalē, q̄ est in Martio. Ex dictis etiam appetet, q̄ non fuit mundus creatus in Martio, quia à creatione mudi cāperit cōputari annus, & fuit tunc primus mēsis anni de illis mēsibus & annis, quib. Moyses vtitur in Gen. & istis mēsib. vtibantur Iudæi tunc, & tñ in computatione annorum, quam Deus iussit eis tollere ex Ægypto non erat idem primus mēsis anni, qui erat secundū primam computationem, q̄ tenebatur à principio mundi, vt patet Exo. 12. s. mēsis iste principium vobis mēsuum erit primus in mensib. anni, ergo videtur q̄ non erat ille primus in alia cōputatione, q̄ alias non mandaret nunc, q̄ iste esset primus, & cum principium anni q̄ Deus iussit nunc teneare Hebræi fuit in Martio sicut postea semper tenebunt, & ēt nunc tenent, ergo annus à principio mundi non incipiebat in Martio, & consequenter non fuit creatus mundus in Martio, sed magis in Septembri, vt probatum est vbi supra, & consequenter annotationes istæ q̄ procedunt præsupponendo, q̄ fuerit creatus mūdus in Martio falsa sunt. Et dato q̄ fuisse creatus in Martio, non pōt coincidere primus mēsis illius anni cum Martio nostro, & sequentes mēses eius cum sequentib. mensib. nostris, qui sunt mēses solares, & tñ annotationes de introitu Noe in arca, & de inundatione aquarū diluvii, & de exitu de arca fiunt in mensib. nostris quasi coinciderent cum illis mēsibus, qui ponuntur in Gen. Et sic apparent ista falsa manifeste vel saltem verisimiliter, & ponuntur in plurimis Calendariis. Tertiū erat q̄ in calendaris sunt quādam irrationabiliter dubia, an vera sint vel falsa, sicut solet annotari in quibūdā Calendariis diuisio apostolorū in Iulio mēse certo die, quasi illo die apostoli recesserūt ab inuicē, & dispersi fuerūt per totū orbe ad prædicandū s. quod oēs vna die recesserint ab inuicē non est verum, quia multi recesserūt prius alii manentib. in Ierusalē q̄ patet ad Gal. 1. c. dicitur, quod q̄ Paulus conuersus est, iuit in Arabiam, & Damascum, & post tres annos rediit in Ierusalem, & non inuenit ibi nisi beatum Petru, & Iacobum fratrem Dñi. Et sequitur aliorum Apostolorum vidi neminem. Nō ergo oēs diuisi sunt vel diuiserunt se ab inuicē eodē die. Item dato q̄ non intelligatur sic, sed solum, quod

**A**postoli omnes post mortem Christi fucū simul & prima dies, qua ab iniūcē cēperunt recedere, fuit illa dies signata est totaliter dubium, q̄a non cōstat ex aliquo loco autētico nec scimus aliquem virum doctum, q̄ haec afferat. Alia aut similia solent ponim̄ q̄ busdam Calendaris, quā pertinēt ad acciēntia temporum, & res magnas vulgares, de quib. an sic, vel ē cōtraria sint, nulla fides est, sed eadē facilitate contēnūtur, quā recipiuntur, imo iustius eiēiuntur, & contēmuntur, q̄ recipiantur quia intellectus, cum aliquid concipit, debet cōcipere vt verum, & tñ circa talia non est aliq̄od motuum. s. nec ratio, nec auētoritas ad fraudēndū; q̄ vera sint, tō ad viros doctos pertinet rālia potius contēmne, q̄ aduertere ad illa. Induēlū patet ex prādīctis quāta fides debeat dati eis, quā in Calendaris contēnūtur, & quantū valeat ista consequētia, scilicet h̄c reperitur in Calēdariis: ergo sic est. Et sic est in prāfēti, quia licet reperiatur in quib. busdam Calendaris annotata passio Dñi, & resurrectio. 25.27. Martii, non sequitur inde, q̄ sic fuerit, potissime quia nō reperiatur hoc, in omnib. Calendariis, sed solum in quib. busdam de antiquis. Ex quo ap̄ paret, q̄ contēmuntur ista assertio, maxime cum reperiatur in contrarium ratio fortissima, quā supra induēcta fuit in tertia conclusione. Et per hoc patet solutio ad quintam rationem.

## CAPITVLVM XC.

**B**In quo auctōr respondet ad sextam rationem in princ pālem probās quod astrologi dies annorum bissextilū non omitunt in sua iō, utarione.

**S**EXTA ratio erat, quod licet processus astrologicus in propositō dicit̄ & conclusionis bonus sit, & fundamenta necessaria sint, tamen peccat ratio ista, quia astrologi computat annos, & omittunt dies annorum bissextilū, qui superadūntur, & super hoc pronenit iste error. Ad istam rationem indignum erat respōderi, cum tamen manifeste despiciat, qui h̄c obiicit, nec vñquam vidit astrologorum libros. Est enim manifestum, & puerile in artē astrologos, nec potest quisignare, quod omnes calculantes motus planetarum per quācūque tabulas, quāe sunt ad multas aras distinguunt de annis bissextilibus, & non bissextilibus. Sic patet ex tabulis toletanis in canonib. suis. sic etiā patet ex tabulis regis Alphonſi. Nam ibi dicitur, q̄ sunt quādam aera bissextiles, & quādā non bissextiles, & inter bissextiles ponit etiam incarnationis. Et rufus distinguit quādam esse bissextiles in primo anno, alias in secundo anno, alias in tertio, alias in quarto. aera autē Christi est bissextilis in quarto año, vt ibi patet, & vt nos obseruamus. Idem docet in computando annos spartos in singulis quartis annis diem addere pro quācūque computatio- ne, ideo talis error nulli astrologo obiciendus est. Item istud est absurdissimum, quia si astrologi omittentēr cōputare dies bissextiles, & per hoc accideret eis error intolerabilis. Nam non solum esset error in vna die vel duobus, sed esset error in trecentis sexaginta vno dieb. quia cum incepturus sit annus millesimus quadringēsimus quadragesimus quartus Christi secundum computationem Ecclesiæ, & vulgarem, quā sit cum dieb. bissextilib. subtrahantur dies bissextiles, qui competunt omnib. istis annis, & erunt trecenti sexaginta, & vñus. Quod patet diuidendo totum istum numerum per quatuor vel de quolibet quaternario accipiendo vnum. Et sic errat iam quasi in vno anno completo. Vnde fieret, quod quidq̄d astrologi iam calculatent seposito isto errore haberent errorēt quasi vnius anni. Vnde omnia essent falsa in astrologia. Et tamen ad oculum videmus omnia vera esse, quā illi de motibus corporum cælestium dicunt. sive n. calculent motum solis, sive lunæ, sive quorūcumque astrorū: videmus omnia vera esse. Vnde si dicant tali tempore erit coniunctio duorum planetarū, vel oppositio, vel erit eclipsis, nihil errat, non solum vnum annū aut mensē, imo nec diem, nec horā, nec punctū, sed omnia quāe de motib. dicunt, punctū aliter sunt vera. Quomodo autem posset astrologus dicere ex nūc vsque ad totos annos tali die, & tali hora erit eclipsis solis, vel Lunæ, & tantum durabit, & quod sic euēniet, si ipsi īa habent in calculatione sua, quasi errorem vnius anni: Et tamen omnia ista euēnient infallibiliter, sicut illi dicunt in diebus, & temporibus nostris, quib. ipsi assignant, & tamē anni nostri sunt bissextiles, ergo ipsi obseruant bissextilū, q̄a alias calculatio sua non posset contēnere temporibus nostris & quanto magis tempus procederet, tanto maior error iste

ficeret, cum in singulis quatuor annis perderent vnam diem bissextilem. Itē patet hoc falsum, nam sequentur granisima inconuenientia, scilicet quid aliquando astrologi dice rent æquinoctium vernale esse in medio Iunii, & solstitium æstivale in medio Septembri, & æquinoctium autunmale in medio Decembri, & hyemale solstitium in medio Martii. Et sic ponerent æquinoctia vbi sunt solstitia & solstitia vbi sunt æquinoctia. Quod patet, quia de æquinoctio ad solstitium est vna quarta anni, sc. nonaginta, & vñus dies, & portio diei, & tamen in trecentis, & sexaginta, & octo annis si non compūtentur dies bissextiles perdentur nonaginta, & vñus dies, quē est quarta pars istius anni, & sic tunc astrologi per nonaginta, & vñus dies anticipant solstitia, & æquinoctia super nostram computationem, quia nos computamus dies bissextiles, & consequenter ponerent solstitium, vbi secundum nos debet esse æquinoctium, & cōtrario, quia tot diebus distat quodlibet æquinoctium ab vtroque solstitiorum. Etiam cōsequenter facerent ipsi diem minimum, & diem maximum anni, vbi nos facimus diem, & noctem æquales, dicendo q̄ introitus solis in Ariete esset à medio Decēbris, cum nos ponamus illum in medio Martii, quando est æquinoctium. Et dicerēt, quod solstitium æstivale esset in medio Martii, quod nos ponimus in medio Iunii, vel quasi. Et iste error nō solū semel contigisset eis, sed etiam pluries. Nam dato, quod à tempore Christi solum incepisset errare, necesse erat, quod errassent quater cum ab illo tempore vsque nunc fuerint trecenti & sexaginta vñus anni bissextiles, in quibus est, quasi annus completus colligendo solum dies bissextiles, & consequēter sunt quater nonaginta vñus, vel quasi. Et sic quater nunca caccidisset eis error iste, scilicet, quod fecissent æquinoctium vbi erat solstitium, & cōtrario. Talis autem error non solū non est possibilis in aliquo artifice quantumcunque grossō, & indocto, sed etiā in parvulis indoctis. Scilicet dicere, quod est æquinoctium, vbi est dies maximus anni, vel minimus, & à cōtrario dicere esse maximum, vel minimum diem vbi est æquinoctium. Accidisset etiam eis bis extempore Christi, q̄ dixissent esse solstitium æstivale, vbi est solstitium hyemale, sc. esse maximum diem anni, vbi est minimus, & è cōtrario. Quod patet, quia de vno solstitio in aliud est medietas anni, sc. centum octoginta duo, vel tres dies, & tamen à tempore Christi vsq; huc transferunt trecenti sexaginta vñus dies, in quibus est numerus cētrum octogintaduo, vel quasi. Accidisset etiam aliis error, sc. quod cum nos dicamus nunc inchoari debere annum millesimum quadringēsimūm quadrage- sum quartum Christi ipsi dicērent inchoati annum millesimum quadringēsimūm quadragesimūm quintūm præcedētes nos in vno año q̄a ex 361. dieb. bissextilib. qui fuerint à nativitate Christi vsq; huc iā, quasi colligitur vñus integer annus. Accideret etiam aliis error, sc. quod astrologi inone dicērent incipere annum Christi vbi nos, sed aliquando ipsi dicērent esse latuariū, vbi nos ponimus Augustum, & aliquando vbi nos Octobrem, & sic circularetur per omnes menses anni eo q̄ cum singulis quatuor annis ipsi amitterent vñam diem de computatione nostra, impossibile erat, quod mēses secundum nos, & secundum eos inchoarent, & finirent eisdem dieb. Multi quoque alii errores acciderent, quia dato vno inconvenientia plura contingunt, & tamen nullus talis error est apud astrologos, quia tam in summa annorum, quā in principio, & finib. mensibus concordant cum Ecclesiæ, & vulgo, ideo stultum est eis talia obficere. Sed adhuc dato, q̄ astrologi errarent in omissione anni bissextilis nō poterat esse, quod isti volunt defendere sc. quod mortuus fuerit Christus 8. Calendas Ap̄tilis, sc. 25. die Martii. Nam communiter ponitur Christum mortuum fuisse anno suo 33. inchoante, vel 34. & tamen secundum computationem Ecclesiæ, & vulgi cū annis bissextilib. anno 33. Christi inchoato dies 25. Martii erat dies Martis, vt patet reducendo se ad annos posteriores, vel per artem literæ dominicalis, vel quomodo cūque voluerint, & tamen Christus nō ortuus est in die Veneris, vt omnes Euāngelistæ testantur, & supra induēctum est. Si autē dicant, quod mortuus est anno 34. suo inchoato non est posibile, q̄a tūc dies 25. Martii fuit dies Louis, vt patet ex prādictis suis computationib. cū annis bissextilib. sed Christus die Veneris mortuus est. Itē nō stat, q̄a Christus mortuus est Luna 15. scilicet die primo azymori secundum Iudeos, & tamen

**A** anno 33. Christi inchoato die 25. Martii Luna non erat 15. sed solum 5. Luna, & die tertio Aprilis erat Luna 15. & ibi vere Christus mortuus est. Anno autem 34. inchoato die 25. Martii non fuit Luna 15. sed 17. ideo etiam tunc non poterat Christus mori. Omnia ista supra improbatione conclusionis tertie inducta sunt. Et sic pater, quod ista allegatio de errore astrologorum per omissionem bisexti est falsa. Et dato, q̄ vera eset omnino esset eis inutilis. Et sic pater ad sextam rationem.

## CAPITVLVM XCII.

In quo responset ad ultimam rationem principalem de correctionibus temporum de la: as que & quales correctiones temporum fuerint factae apud Latinos, & quando, & quod nullum omisitum astrologi.

**P**ostrem obiiciebatur, quod erat computatio astrologica, quia post mortem Christi fuerunt factae aliquæ correctiones in computatione mensium, & annorum, sicut prius saepe fiebant, & cum omissionis illis, computent astrologi, errant. Ista ratio est insipientior, & ineptior ceteris, quia nullo iure fundatur. Nam non obiicitur hic aliquid specialiter contra computationem astrologicam, sicut supra inducebatur, sed solù, quod fuerint factæ aliquæ correctiones temporum, & quod astrologi procedunt omissionis illis. Nam oportebat dici, quæ correctiones fuerunt illæ, & probare, quod fuerunt, & etiam inducere quomodo astrologi in calculo procedunt omissionis illis, sed neutrum declarant, ideo non erat aduentum ad hoc, sed omissum, tanquam nullum. Sed vt magis confundatur error istorum argumentum, dicendum, quod post mortem Christi non fuit facta aliqua emendatio, vel correctio in computatione temporum secundum Latinos; emendationes autem, quæ apud Latinos factæ fuerunt, sunt istæ. Apud antiquissimos enim & viros rudes erant solum decem menses, & incipiebatur à Martio, & finiebatur a unus in Decemb. Erat autem ista computatio inconveniens, quia non complebat annus circulum solis, & sic non erat semper verant ætas aut hyems in eodem mense, sed in uno anno incipiebat ver primo mense anni, anno sequenti incipiebat in mense tertio, & sequenti anno in mense quinto, & postea in septimo dein de in nono, & iterum redibat ad primum. Et hoc quia circulatio solis secundum quam caufantur quatuor tempora anni sc. ver, ætas, aitum nus, & hyems, non poterat compleri nisi in duodecim mensib. Latinis, & sic in sex annis Latinis complebantur solum quinq; circulationes Solis. Et istud erat valde inconveniens, sc. quod tempora non essent fixa per menses, sed mutarentur. Magna tamen virilitas est, q̄ tempora sint fixa per menses, vt per hoc sciamus determinate quando incipit quolibet tempus. Istud autem est apud nos. Nam secundum menses nostros fixa sunt tempora, vt pote si uno anno incipit ver in medio Martii in primo die æquinoctii semper ibi incipiet, nec appareat aliqua sensibilis differentia. Sic incipit semper ætas in medio Iunii, vel quasi, aut unius semper ad medium Septembrit, hyems ad mediū Decembris, vel quasi, & per hoc vulgus iam scit quo mēs erit tale, vel tale tempus. Si autem tempora essent mobilia per menses, tunc esset ita cognitum apud vulgus quando singula tempora inciperent: id eo non erat conueniens assignatio temporum. Item quia cum tempora causenter per motum corporum cœlestium, & per illa notificantur, debuerunt anni nostri computari per motum alicuius corporis cœlestis, salicuius planetæ, quia isti sunt vel lociores in motu, quam cetera astri: & tñ computatio anni ex decem mensib. non competit motui alicuius planetæ, vel astri, quia nullus planetarum in tali tempore complet circumlum suum, quia ocs planetæ requirunt maius tempus præter Lunam, que complet cursum suum in minori tempore: ideo irrationalis & sine causa fuit omnino talis assignatio anni quasi casu posita. Et satis constat, q̄ apud aliquos viros nimis indoctos fuit facta talis computatio, & posteri manentes in eadem ignorantia, vel aliquantulum propter reuerentiam p̄decessorum suorum tenerunt istam computationem. Durauit autem ista computatio apud Latinos etiam usque ad tempora Romuli, & refert Ouidius in primo libro Fastorum, ubi diligenter enarrat tempora & festa, & ceremonias Latinorum, vt pater ex principio suo, scilicet tempora cum causis digesta per annum. Et satis aperre vsq; ad illud tempus manserunt sic tempora inordinata, quia in omnib. præteritis seculis viri ru-

des fuerant Latini. Nam & Italici ante aduentum Saturni vix sciebant colere leuiter terras, sed ille docuit eos agriculturam, cum venisset de Gracia fugiens à facie Iouis filii sui, qui eum occidere conabatur. Et ob hoc gentes Italia suscepit ab eo tanto beneficio coluerunt eum in Deum, & in tabulis æneis fecerunt sculpendo nauis imaginem in reuerentiam Saturni, innuentes quod nauigio venisset in Italiam. Sic autem Ovidius primo Fastorum, scilicet.

Ac bona posteritas p̄ pp. in formauit in are,  
Hospitius aduentu testificata sui.

Etiam ab eo illi populi Latini vocati sunt saltem à primæ origine. Nam cum ipse fugiens louem filium suum latere volueret in Italiam, quædam pars terræ, in qua ipse mansit, Latinum appellata est à latendo, quia ibi latuit, & inde Latinorum nomen deriuatum est. Etiam quia Saturnus instruens Italos in arte agriculturæ docuerat eos terrâ stercore fomentare ipsum Deum sterculinum vocauerunt, vt multis placet. Ecce quanta ruditas seculi, cum agriculturam non noscent. Idem Virgilius loquens de origine Italæ sexto Aeneidos. dicit quosdam viros incognitos incoluisse eam. Et Solinus in Polyhistor, c. de origine urbis Romæ dicit primos incolas Italæ Aborigines fuisse, i. sine origine, non quidem, quod non essent de aliqua origine, sed quia origo eorum erat ignota cū non fuerint viri famosi. Et sic soleamus homines plebeios Aborigines appellare, sc. quia non sunt de domo, vel familia nominata, sed vt communiter incogniti. Fuerunt tamen in Italia quidam reges ex tempore Saturni, i. Saturnus, & Janus, & Picus, & Faunus, & Latinus, & pauci alii manente adhuc diillo taculo usq; ad bellum Troianum, quando Aeneas, & Troiani multi cum eo venerunt in Italiam regnante Latino & Turno rege Rutilorū. Usq; ad hoc tempus in cognita fuerūt secula, & magis à Poetis, quam ab Historiographis comedita. Post Aeneam autem effecta sunt clariora. Sed adhuc rude vulgus erat, & sic māsit usq; ad tempora Romuli, qui de progenie Aeneæ fuit. Iste Romanus condidit & fuit primus rex Romanorum. Sed adhuc eo viuente annus Latinorum decem mensib. claudebatur, vt testatur Ovidius primo Fastorum. Defuncto, vel magis occiso Romulo regnauit Numa Pompilius vir ingenio sagax, & à dæmonibus in superstitione eruditus abundantissime. Hic primus Romanis leges dedit, quas Romulus dare non poterat quadam fretus calliditate. Nam nocturnis horis cum nymp̄ha Egeria se colloquia habete secreta fingebat, & ab ea legislationem recipere, cum tamen arte hydromantica dæmones consuleret, quæ in aqua exercetur, & ibi imagines rerum quæstuarum ostenduntur, ipsam vero aquam Egeriem nymp̄ha appellauit, quia de terre secretis viscerat, egeritur, i. emititur. De hoc Ovidius 15. Meram. & Aug. 3. de ciuitate Dei circa finem. Iste itaq; rex ingenio pollens indoctam Latinorum gentem primo legib. ornare curauit, deinde vt nihil eis deesse videretur, tempora eoru corrigere conatus est. Et cum prius essent decem mēses duos addidit, quorum unum à nomine Dei sibi, & antiquissimi regis, sc. Iani Ianuarium appellauit, aliū vero ad honorē deorum inferni, & animarum purgandarum Februarium appellauit. Timebat h. vir ille dæmones, & colebat eos. Illa quoq; rudis ætas animas iam corpore exutas formidabat putans eas ad nocendum potentes effectas, & vt non apparerent viuentibus ad terrendum eos, & nocendum illis, volebant eas sacrificiis placare. Ista autem sacrificia vocantur apud Latinos purgationes, sc. quia purgantur habitacula humana, ne in illa ingrediantur animæ defunctorum, sicut nunc putgamus domos aspergentes eas aqua benedicta contra dæmonum in insulæ. Et quia purgationes vocantur Februa, vocatus est mensis iste Febrarius. Ista Februa, sive purgationes per domos aspergebantur. Sic autem Ovidius secundo Fastorum, scilicet.

I. Sacerdotem iactantem februa vidi.

Id est aspergenter purgationes. Et in isto mense Februario vacabant Latini circa cultum deorum inferorum, & animarum corpore solutarum. Ilos duos menses, quos Numa Pompilius addidit posuit in fine anni, vnde Ianuarius erat mensis ii. anni, & Febrarius duodecimus & vltimus. Et sic manebat semper principium in Martio. Sic autem Ovidius primo Fastorum, scilicet.

Qui sequitur Ianum veteris sui vltimus anni.

A Id est ille mensis, qui sequitur post Ianum, id est, Ianuarium, erat ultimus in anno veteri; postea vero facti sunt primi sicut manent modo.

## CAPITVLVM XCII.

*Quod nullagenitaria iliter potest computare tempora sua, nisi per motum cali, & non per motum primi mobilis, nec stellarum fixarum, sed per motum planetarum, & non per aliquem planetam, nisi per sol, & lunam. Et de hoc ponuntur sex rationes, & ibi differentia Veneris, & Mercurii.*

**A**d maiorem intelligentiam huius sciendit, quodcum annus sit tempus, & tempus causetur per motū, & fundetur in motu, quia est mensura eius quarto Phys. & iste motus non est quilibet sed solum motus celi. Et non cuiuslibet celi, sed solum primi mobilis id est, nouæ sphæra, quæ est origo totius motus tam cœlestis, quam elementalis, debebat cognosci & designari annus noster, vel tempora nostra quæcunque per motum primi mobilis. Quia tamen mensura debet esse aliquid certum quarto Phys. & motus primi mobilis est nobis incognitus quantum ad sensum, cum non habeat aliquam stellā illud cælum, nec corpus ipsum videatur à nobis: non potuit nostrum tempus determinari per motum primi mobilis. Post primum mobile succedit cælum stellarum, vbi sunt stellæ fixæ, & iam ibi nos videmus ipsas stellas, & cognoscimus eas, & videmus motum eatum determinatum. Per istas iam poterat mensurari, & cognosci tempus nostrum. Quia tamen mensura debet esse multum determinata & cognita, & quæ fieri magis determinata, habet magis de ratione mensuræ, non potuit tempus nostrum computari per stellas fixas, eo quod propter tarditatem videtur ille motus quodammodo infinitus & indeterminatus. Nam quilibet stella fixa secundum communem positionem mouetur in centum annis gradu uno, & sic cum in toto circulo sunt gradus 360. non posset aliqua stella fixa completere circulum suum, nisi in triginta & sex millibus annorum de nostris. Talis autem mensura nullo modo ad nos pertinet quorum vita breuissima est. Et in tantum est tardus motus fixarum stellarum, quod quibusdam nullum videntur habere motum præter motum raptus quo mouentur ad motum primi mobilis cuncto reliquo cælo. Post stellarum cælum sequuntur cæli septem planetarum quorum motus sunt iam minores, & per quilibet illorum poterant computari tempora nostra. Nulla tamen gens computauit ynciam aut computat tempora sua per aliquem de planetis nisi per solem & lunam, aut per alterum eorum, & hoc propter multa. Primo, quia ut supra positum est mensura debet esse determinata & cognita. Nam ideo est mensura, ut per eam cognoscantur, & determinentur quantum ad suam quantitatem ea, quæ alias erant ignota; & tamen inter planetas nulli sunt totaliter & generaliter cogniti nisi sol & luna. Cæteri autem quinq; planetæ vix cognoscitur ab aliquo nisi à peritis in Astrologia: ideo non debuit mensura communis, & vulgaris temporis esse per id, quæ vulgo totaliter ignorabat. Sunt autem sol & luna cogniti, & cæteri incogniti propter magnitudinem corporum: ideo vocantur in sacra scriptura ista duo luminaria magna Gen. i. scilicet propter corpora. Cæteri autem quinque planetæ parui corpore sunt. Vnde secundum magnitudinem non videtur differre à stellis fixis, sed eiusdem lucis, & magnitudinis videtur. Si autem obiciat quis, quod luna est minor quam cæteri planetæ eo quodlibet cæterorū est maior tota terra: luna est minor q̄ terra 36. vicibus, ut demonstrant Astrologi. Dicendū, quod hoc tenet quantum ad veram magnitudinem pectorum corporum, ut patet per Alfraganum, & Ptolemaeum; & tamen quantum ad apparentiam luna maior est omnibus astris præter solem. Apparentia autem est secundum quam nos mouemur, & non ipsa veritas magnitudinis, cum distantia inæqualis planetarū à nobis faciat apparere inæquales contra veritatem, scilicet esse maiores eos, qui minores sunt. Secundo fit hoc propter differentiam splendoris, quia nulli planetæ sunt tanti splendoris sicut sol & luna, cæteri autem in comparatione horum obscuri sunt. Nam solum sunt tria corpora in cælo, quæ faciunt umbras, scilicet sol, & luna, & Venus, ut ostendit doctrina Astrologorum, & experientia. Ex quo apparet ista inter omnia esse luminosiora, cum propter magnitudinem luminis sui corpora eis obiecta faciant umbras.

Venus autem tam paucam umbram facit, quod vix possit distingui. Hoc autem apparet per noctem si luna sit sub horizonte, & eleuetur Venus, apparet quædam tenuissima umbra ex omnibus corporibus facta. Sed hoc non sit ascendentem quocunque alio altro quia tamen lumen venoris collatum ad solem, & lunam est quasi nullum, non fit mentio de venere, sed solum sunt sol, & luna ad distinguendum tempora per lucem, scilicet sol per lucem tuam diem causat luna autem lumine suo noctem illuminat, ideo dicitur ei præesse. Et ob hoc de istis duobus solis dicitur Genesis primo. fecit Deus duo luminaria magna, lumine maius, ut præcesset diei lumine minus, ut præcesset nocti. Tertio fit hoc propter motum: nam motus solis, & lunæ est cognitus saltē in confuso à vulgaribus, motus autem aliorum quinque planetarum non cognoscitur, nisi ab Astrologis. Nam cum corpora eorum sint ut communiter incognita vulgo, erunt à fortiori motus incogniti. Quarto fit hoc, quia cum mensura de ratione sua sit aliquid diffinictum, & determinatum, siue determinatiuum aliorum, quanto est minor tanto ei magis competit hoc, sicut est in numeris, quia numeri minores numerant maiores per replicationem suam in eis. In quantitatibus etiam continuis minima mensura est, ad quam reducuntur maiores, & per quam verificantur. Minor autem non habet per quem mensuratur, sed est simpliciter mensura. De hoc quarto Physicorum, ideo inter planetas illi debuerunt esse mensuræ temporis nostri, qui minorem, & breuiores motum haberent. Et ob hoc non competit Saturno, nec Ioui mensurare tempora nostra, quia motus eorum est valde tardus, & non finitus nisi in longo tempore, scilicet Saturni motus quasi in triginta annis, & motus Ioui quasi in duodecim. Ex hac parte competit fatis Lunæ, quod esset mensura temporis nostri, scilicet, quia motus suus est brevior & velocior motu cæterorum, quia ipsa complet totum circumlocutum suum de puncto ad punctum in 27. diebus modico plus, licet non attingat solem nisi in viginti & nouem diebus & dimidio. Solenam habet motum breuem, quia in 365. diebus & quaranta diei, vel quasi complet circumlocutum suum, & sic istis magis, quam cæteris de hac parte competit esse mensuras temporum. Verum est autem, quod quantum ad hoc poterat etiam motus Veneris certificare tempora nostra, quia motus eius est tanti temporis sicut motus solis, idem de Mercurio. Dicendum de Venere, quod quantum ad hoc bene competit sibi certificare tempora: obstant tamen superiora omnia, quæ dicta sunt, & ea, quæ infra dicentur. De Mercurio autem dicendum, quod medius motus eius, & motus Veneris sunt idem cum motu solis: ideo Astrologi tabulari postquam inquisuerint motū mediū solis, non inquit motū mediū pro Veneri, & Mercurio, sed accipiūt eundem, quem habet sol. Quantū ad motū vénēi est velocior Mercurius, & s̄pē præcedit s̄lē immedieate retrocedit, & omnia facit velociter. Et ob hoc Poetæ Gentiliū vocauerunt Mercuriū cursorē deorū, & habere talia in pedibus ad volandum, scilicet, quod per motum suum cito consequitur quilibet superiorum, & mox retrocedit. Non conuenit tamen Mercurio distinguere tempora nostra propter prædicta. Et tamen adhuc minus competit ei, quam Veneri: primo quia venus est magnæ lucis, & Mercurius paruæ. Secundo quia Venus est magni corporis, Mercurius parui valde. Tertio & præcipue, quia Mercurius raro apparet: nam ut communiter semper est sub radiis solis occultatus. Et cum aliquando videtur, hoc est parū scilicet in ortu matutino parum ante ortum solis, vel in occasu mox post occasum solis & illico occidit. Differentia accedit propter magnitudinem epiclorum. Nam licet mediū motus Solis Veneris, & Mercurii sint semper in eadem linea: tamen Venus habet magnum epiclum, ideo potest multū elongari à sole præcedendo, vel subsequendo; Mercurius autem habet paruum epiclum, ideo modicum potest elongari, sed quasi semper erit sub radiis solis. Quarto quia motus Mercurii est magis varius, quam motus aliorum planetarum, ideo difficilius est Astrologo calculare motum Mercurii, quam aliorum, & theorica eius etiam difficilior est. Et sic adhuc minus competit Mercurio distinguere tempora nostra, quam Veneri. Quinto & principaliter pertinet solum ad solem, & lunam distinguere tempora quibus magis conuenit causare

## CAPITULVM XCII.

*Quod illa emendatio quam fecit Numa Pompilius in annis Latinis ponendo 12. menses fuit per menses, & annos lunares, & quod in conuenientia sequuntur in computatione ista.*

**N**unc autem redeundo ad id, quod incepseramus, dicendum, quod ista emendatio, que facta est per Numam Pompilium ad duodecim menses, fuit per menses lunares, & duodecim mentes lunares constituebant annum, sicut fit apud Hebreos, & Arabes. Sic erant iam tempora emendata apud Latinos, & melius se habentia, quam prius cum saltem tegeretur annum per motum lunæ. Prius autem non computabatur per cursum aliquius astri. Et tamen adhuc non erant plene emendata, quia duodecim lunationes non complebant cursum solis. Nam duodecim lunationes faciunt 354. dies, & cursus solis completerunt in 365. diebus, & quarta die iunius. Et sic annus solaris est maior quam lunaris vnde decim dieb. & vna quarta diei. Ex hoc sequebant inconvenientia, licet non tam manifesta sicut in priori computatione. Nam cum annus solis excedat lunarem in 11. diebus, & quarta, si in isto anno inciperent eadem die annus solaris, & lunaris, finiretur annus lunaris die vicesima Decembri decurando 11. dies, & in sequenti anno finiretur nona die Decembri decurando 11. dies & in tertio post hoc finiretur annus die vicesima nona Nouembri, & sic decurando semper 11. dies. Et per istum modum in trigintatribus annis solaribus decuratur unus annus lunaris & 33. anni solares efficiunt 34. annos lunares, quia vnde decies triginta, & tres sunt trecenti sexagintatre, & sic complet vnu annum deficientibus duobus diebus. Et hoc non computando dies bissexiles, quia alias non deficiunt duo dies, sed superabundant sex dies, quia in 33. annis sunt octo anni bissextiles. Item sequebatur ex hoc varietas temporum. Nam aliquando inciperet annus in Ianuario, aliquando in Martio, aliquando in Augusto, & aliquando in Nouemb. & sic per oēs menses, quia si nūc inciperet annus lunaris prima dielanuarii usque ad tres annos decurando in quolibet vnde decim dies inciperet die 28. vel 29. Nouem. Et post sex annos inciperet die 26. vel 27. Octobris. Et post nouē annos inciperet die 22. vel 23. Septembri. Et post duodecim annos inciperet die 19. vel 20. Augusti. Et sic post 33. annos rediret iterum annus lunaris ad principiū Ianuarii, vel quasi, & esset idem cum principio anni solaris. Istud autem erat satis inconveniens, quia non essent tempora fixa in mensibus, sed aliquando esset ver in mense tertio lunari, & aliquando in octauo, & aliquando in vndeclimo, & sic per omnes mēses volueretur. Ita fieret de æstate, & autumno, & hyeme. Patet hoc quia principium anni lunaris variatur per menses nostris omnes, ut supra declaratum est, sunt tamen tempora fixa in mensibus nostris: ergo mutantur quantum ad menses lunares. Et hoc est inconveniens, quia sic non certificatur tempora per annum: & tamen annus debet esse taliter dispositus, quod secundum partes eius iam cogno scerentur qualitates temporum, sicut est in anno, & mensib. nostris. Nam scimus, quod in Augusto, & Iulio nunquam sunt magna niues, & frigora, & in Decembri, & in Ianuario nunquam sint magni dies. De hoc tamen non possunt esse certificati illi, qui vtuntur anno lunari, quia aliquando in mense suo sexto sunt magni æstus, & aliquando magna niues, cum mēsis sextus illorum, & quilibet aliorum varietur per omnes menses eorum, & aliquando coincidit cum æstate, aliquando cu hyeme, & interdum cum vere, vel autumno. Est aliud magnū inconveniens, quia non scierit in quo mense sunt magni dies vel parui, vel solstitia quando sunt, & quando æquinoctia. Nos tamen per annum solarem omnia hæc nouimus. Nam certum est nobis, quod in Decembri nunquam sunt magni dies: etiam quod in Iulio nunquam sunt parui dies, & quod dies Decembri inter nos nunquam excedit nonam horam nisi per paucum, & quod in Iunio nunquam erit dies minor 15. horis nisi in paucis, & consimiliter de omnibus aliis mensibus scimus ad quot horas peruenit in quolibet eorum dies & ad quot nox, & istud non mutatur. Scimus etiam in quibus mensibus sunt æquinoctia quia semper sunt in Martio, & Septembri, & in quibus sunt solstitia, quia semper sunt in Iunio & Decembri. In annis autem lunaribus non potest hoc sciri: nam aliquando in mense primo anni lunaris possunt esse,

&amp; erunt

A causare accidentia, quæ sunt in temporib. & tamen ad nullū planetam pertinet ita proprie de hoc, sicut ad solem & lunā. De sole autem patet, quia ipse est pater & fons vitæ tam in animalibus, quam in plantis, & per motum illius res viuunt, & moriuntur, vt magis manifestatur in plantis, & in quatuor temporibus anni, quæ sunt per motum solis. Vnde Aristol. de Generatione, & corruptione, totam causam generationis, & corruptionis omnium generabilium & corruptibilium attribuit soli, dicens secundum accessum, & recessum solis in circulo obliquo sunt oēs, generales & corruptiones in terra. Et cū super cetera potestatē habeat specialiter super generationem hominis. Sic dicit Arist. Physicorum, sol & homo generant hominem: & non solum super corpus hominis, sed etiam super animam eius dixerūt antiqui, quod habebat potestatem ad faciendam eam ingeniosam, velinertem, botiam vel malam, & sic de aliis qualitatibus. Sic dixit Homer, & resept idem Aristoteles de anima, scilicet: Talem animam, quis habet, qualem ducit in die pater deorum & virorum. Quis, id est, quilibet habet talem animam, qualem ducit, id est, dignatur facere pater deorum & virorum, scilicet sol in die, scilicet in die conceptionis, vel in die nativitatis hominis. De luna autem quantam potestatem habeat super ista inferiora manifestum est. Nam ipsa est regina omnium humiditatum, & cum ipsa crescit in lumine, omnia humida crescunt, & cum ipsa decrescit humida omnia minorantur. Pater in accessu & recessu maris & ebullitione eius, qui fortior est, quando luna est plena, & fit magna differentia in quadraturis lunæ. Pater etiam in arboribus, & omnibus plantis, quia luna crescente in lumine impletur humiditatibus, & cum illa decrescat, decrescant humiditates. Et ob hoc in scandendis arboribus obseruantur luna, alias omnia paretur. Pater etiam in liquoribus, vt in thyriaca, quia quandiu luna crescit illa crescit, etiam si ampulla fuerit quasi vacua & siluна decrescit ipsa thyriaca minuitur, ita vt nihil videatur, vel paucum esse in ampulla licet prius multum esset. Patet etiam in capitibus piscium, quia si quis capiat pisces luna crescente inuenientur capita humiditatibus plena. Si autem sit luna decrescens lumine, capita sunt deficiencia aliqualiter humidatibus.

C Idem apparet in piscibus salitorum, quæ sunt humidiora crescente lumine luna, quam decrescente. Apparet etiam quod maius est in capitibus humanis. Nam cum cerebrum sit substantia medullosa, & humida crescit luna crescente, & est caput humanum sicut solidus, & melius dispositum. Cum vero luna decrescat, ipsum quoque decrescit cerebrum: instantum, q̄ præ defectu illius coguntur quidam homines insaniire illo tempore; qui tamen aliis temporibus habent lucida interualla, & isti vocantur lunatici, quia sequuntur temporalia lunæ in furore suo, quorum multos vidimus. Christus quoque sanavit multos istorum. nam beatus Lucas facit specialem mentionem, quod Christus sanabat energumenos, a repticiis, & lunaticos.

B Alii autem planetæ, licet habeant operationes suas super istam materiam elementalem, quia Deus nihil frustra & oculis creavit: tamen non sunt operationes illorum, ita multæ, & tam manifestæ sicut operationes solis & lunæ: ideo potius ad solem, & lunam competit distinguere tempora & mensurare.

E Sexto & vltimo sit hoc, quia naturaliter competit soli, & lunæ mensurare & dividere tempora, & non aliis planetis, quia Genesim primo dicitur, quod Deus creavit solem, & lunam. Et dicitur sic: Dicit Deus, sicut luminaria in firmamento cœli, & dividant diem ac noctem, & tunc in signa, tempora dies, & annos. Dicitur, quod sunt in signa ad signandas pluviā, & serenitatem, & alia accidentia temporis, quæ cognoscuntur per solem lunare, & multa alia signa, de quibus non est modo dicere. Et dicitur, quod sunt in tempora, id est menses: quia luna facit menses, scilicet una lunatio est unus mensis. Dies per solem fit, annus autem tam per solem, quam per lunam. Ex hoc apparet rationabiliter, quod nullus debet aut possit conuenienter computare annos suos, & reliqua tempora nisi per solem, aut per lunam.

A & erunt dies minimi, ut pote quando coinciderit cum Decembri, aliquando erunt ibi dies maximi, scilicet quando coincidat cum Iunio, aliquando erunt dies aequales, ut pote quando coincidat cum Martio, vel cum Septembri, & idem est de quolibet alio mense lunari. Quia ut declaratum est quilibet mensis lunaris per successionem temporis coincidit cum omnibus mensibus solaribus, & sic in quolibet mense de lunaribus est aliquando aequinoctium vernali, scilicet quando coincidit cum Martio nostro, & aliquando aequinoctium autunmale scilicet quando coincidit cum Septembri nostro, & aliquando solstitium aestivale, scilicet quando coincidit cum nostro Iunio, & aliquando solstitium hysmale, scilicet quando coincidit cum Decembri nostro. Istud est autem magnum inconveniens, quia totaliter turbaret animos vulgarium, cum mentes sui non semper concordent eisdem conditionibus temporum & quantitatibus dictum, in mensibus autem nostris dato, quod quis nesciret nomen mensis, per qualitatem temporis, & quantitatem dierum sciet quis mensis sit: ideo ille modus distinguendi, & computandi tempora non est sati conueniens. Iustum modum obseruant nunc Arabes, & Saraceni, qui computant nunc menses suos ab apparitione Luna nouae usque ad sequentem apparitionem, & constituit lunationes duodecim, & 12. menses in anno, de quo Alfraganus in principio sui. Et ob hoc habet isti annum mutabile quantum ad principium suum, quia aliquando coincidit menses primus suus cum nostro Maio, aliquando cum Augusto, interdum cum Octobri, & saepe cum Ianuario. Et si per omnes alios menses nostros variatur principium anni sui, & est annus suus minor quam noster in 11. diebus, ut supra dictum est.

## CAPITULUM XCIII.

*Quomodo cum Hebrei computent tempora sua per menses, & annos lunares, non sequuntur aliqua in inconvenientia de predictis, sed annus suus incipit semper in Martio, vel prope, & quarti faciunt ibi semper principium anni.*

E d' obiicitur, quod non sequuntur ista inconvenientia de varietate temporum, & dierum in annis, & mensibus lunaribus, nam Iudei computant tempora sua per annos, & menses lunares, ut supra patet, & est notiorum facti permanentis, quia sic semper computauerunt, & nunc etiam computant, & tamen non variantur tempora sua, sed semper menses primus coincidit cum Martio nostro in toto, vel in parte, cum illa lunatio, quae est proximior aequinoctio vernali sit primus mensis Iudeorum: & tamen aequinoctium vernali est die undecima, vel decima Martii. Et sic lunatio illa, in qua ipsi incipiunt non potest ad plus distare ab aequinoctio vernali, quam 15. diebus, vel 16. ante aut retro. Nam si Luna, quae incipit aut aequinoctium vernali sit plusquam 15. diebus ante aequinoctium, necesse est, quod lunatio quae incipit post aequinoctium distet paucioribus, quam 15. diebus ab aequinoctio, quia inter principium huius lunationis, & sequentis non possunt esse plusquam triginta dies. Ex quo sequitur, quod primus mensis Iudeorum, qui magis potest distare a Martio nostro, non potest plus distare, quam ut incipiat die 22. vel 23. Februarii, aut 26. Martii, quia quilibet istorum terminorum distat ab aequinoctio vernali, est die decimo, vel undecimo Martii dieb. 15. vel 16. Omnes autem inchoationes annorum Hebreorum sunt necessario inter istos duos terminos, de quo supra tetigimus in declaratione secundae conclusionis. Hoc praesupposito, stat dubium scilicet, quod Hebrei computant tempora sua per annos, & menses lunares, & tamen non variantur tempora sua per menses nostros, quia primus mensis suus semper est in vere incipiens ab aequinoctio vernali, vel quasi. Et principium quarti mensis suus semper erit apud solstitium aestivale, scilicet, coincidet cum Iunio nostro in toto, vel in parte. Et septimus mensis suus erit apud aequinoctium autunmale, & coincidet cum nostro Septembri in toto, vel in parte. Dicendum est, quod verum est, quod Hebrei computant tempora sua per menses, & annos lunares: & tamen si solum sequentur cursum lunarem, faciendo annum suum uniformem semper scilicet ex mensibus duodecim, fieri omnes ista mutationes, quae supra enarratae sunt, quas patiuntur Arabes, & Saraceni in annis suis, qui solum computant per menses lunares constitudo annos uniformes, id quilibet ex lunationib. duodecim. Hebrei autem computant per lunam & faciunt semper

D principium anni sui circa aequinoctium vernali, non quidem quasi sit hoc consequens ad computationem annorum luna- rum, sed quia tenentur ad hoc ex necessitate. Nam Deus mandauit eis, quod facerent semper Phase Luna 14. mensis primi ad vesperum, Exodi decimo secundo, & Levit. vigesimali tertio, & Numer. 9. & 28. Et iussit etiam, quod istud Phase semper esset in tempore vernali, scilicet in principio veris quando incipiunt esse fruges nouae in terra Chanaan, Deuter. 16. Ex quo sequitur, quod Iudei cogebantur facere, quod mensis suus primus semper inciperet circa aequinoctium vernali. Ibi est principium veri temporis, & primi, sicut Deus dixerat, memento primi, & veri temporis, quando egressus es de Aegypto e.c. Hoc autem non poterant faceret Iudei si sequeretur rursus lunarem faciendo menses aequales, scilicet quemlibet ex mensibus duodecim: ideo adiuuerunt quedam modum ad faciendum, scilicet, quod essent anni inaequales, scilicet quidam ex duodecim mensibus, aliis ex tredecim, & istud ordinauerunt per quandam circulum decen- ualem, de quo fuit magis declaratum supra in expositione secunda conclusionis; alias autem per curationem lunae necesse erat incidere in omnia inconvenientia supra posita, sicut faciunt Arabes, ut dictum est.

## CAPITULUM XCIV.

*Quod post emendationem Numa Pompili, qui colligerat menses, & annos lunares, non sequuntur aliqua in inconvenientia de predictis, sed annus suus incipit semper in Martio, vel prope, & quarti faciunt ibi semper principium anni.*

O B hoc ergo illa computatio, qua facta est a rege Numa Pompilio de duodecim mensibus lunaribus, licet esset conuenientior, quam computatio, quae prius fiebat per decem menses: tamen non erat penitus emendata propter inconvenientia supra posita. Et sic postea inter Latinos fuit facta alia emendatio. Volverunt n. le deducere addistinguendum tempora per solem. Et ob hoc fecerunt annū ex duodecim mensibus sicut prius: fecerunt tamen istos menses maiores, ut continerent insuper illos undecim dies, in quibus superabundat cursus solis ad duodecim lunationes. Et sic duodecim menses nostri continent dies 365. ista autem computatio non recipiebat illa inconvenientia, quae supra posita sunt evenire computantibus per annum lunarem, scilicet quod non variantur menses per tempora anni, nec sunt in eodem mense aliquando dies aequales, aliquando valde minimi, aliquando valde magni, sed semper est idem modus. Talem modum computandi annos, & ponendi menses obseruant Persae, & Aegyptii, quorum non sunt anni bissextiles, ut patet in tabulis regis Alphonsi, & in Almagesto Prolemaei, & in Alfragano in principio. Ita ergo computationē tenuerunt Latinī usque ad tempora Iulii Cæfaris, & Octavianī. Computatio autem ista, licet non patetur tam manifesta inconvenientia, sicut duas præcedentes, tamen incidebat in illa inconvenientia, in qua incident computaciones per menses, & annos lunares. Quod patet, quia cursus solis non completerat præcisē in 365. diebus sed superabundat quarta, quam sol requirit ultra istos dies, & sic in singulis quatuor annis deficiebat una dies, quae colligebatur ex quatuor quartis, & sic in multis annis causabatur grauis error; ut pote si nunc intraret sol in Ariete die 11. Martii, & computarentur in anno solum 365. dies necesse erat quod post quatuor annos non intraret iam sol in Arietem die undecima Martii, sed die 12. quia colligebatur una dies ex istis quatuor quartis, quam oportebat iam supponere cursus solis. Et si nos non adderemus necesse erat, quod esset falsa computatio in uno die. Et sic post alios quatuor annos deficeret alia dies, & intraret sol iam in Ariete die tertiacima Martii, & sic in quibuslibet quatuor annis transibit sol per unam diem ultra, & mutabitur de suo loco. Et in centū, & viginti annis transibit triginta dies, quia tot annī bissextiles sunt in illis. Unde si sol ingredieretur anno isto in Arieten die undecima Martii, & annus solum haberet 365. dies non computando quartam, necesse erat, quod usque ad centū, & viginti annos ingredieretur sol in Ariete die 11. Aprilis. Et post ducentos, & quadraginta annos intraret sol in Ariete die undecima Maii. Et post trecentos, & sexaginta annos intraret sol in Ariete die undecima Iunii. Et post leptin gentos & viginti intraret in Ariete die undecima Septembris. Et usque ad milles & octoginta annos ingredieretur sol in Ariete

die vn-

**A** die vndeциma Decembr. Hoc patet accipiendo pro singulis 4. annis vnum diem, & quia inter II. Martii, & II. Iunii lunt nonaginta dies, vel quasi non curando de uno, vel duobus qui non differt transibit sol istos dies de errore in trecentis, & exaginta annis, quia nonaginta est quarta pars iororum, & inter II. Martii, & II. Septemb. sunt 180. dies computando 30. pro quolibet mense, & isti sunt 4. pars de 720. ideo in tot annis mitaretur locus solis de II. Martii in II. Septemb. De II. Martii usque ad II. Decembr. sunt ducenti 70. dies computando 30. pro quolibet mense, & sunt 4. pars de mille & octoginta; id eo in tot annis transibit locus solis de II. Martii in II. Decembri, si quilibet anno omittatur una quarta diei de motu solis quam habet ultra 365. dies. Hoc dato sequetur, quod usq; ad 120. annos esset æquinoctium vernale in die Iunii si nunc esset II. die Martii. Et II. die Septemb. esset solstitium æstivale, & II. Decemb. esset æquinoctium autumnale, & II. Martii esset solstitium hyemale. Quod patet, quia mutata una quarta Zodiaco de loco suo mutarentur omnes aliae. Et tunc essent duo inconvenientia, quæ supra assignabantur, scilicet quod non tempora anni essent fixa per menses, sed mutarentur, quia vero nunc incipit in II. Martii in æquinoctio vernali, & tunc inciperet in II. Iunii cum ibi esset æquinoctium vernale. Et autumnus, qui nunc incipit II. Septemb. inciperet II. Decembri. Et hyems, que incipit II. Decemb. inciperet II. Martii. Secundum inconveniens sequeretur, scilicet quia non haberet semper menses uniformitatē in quantitate dierum, quia cum nunc sit æquinoctium in Martio sunt ibi dies aequales noctibus. & tamē secundum consequentiam superiorum, cum iam solstitium hyemale esset die II. Martii, esset ibi minima dies anni, & in Iunio, ubi nunc est maximus dies anni, esset æqualitas dierū, quia ibi esset æquinoctium vernale, & in II. Septemb. ubi nunc nox æquatur diei, esset tunc maxima dies anni, quia esset ibi solstitium æstivale. Et II. Decemb. vel quasi ubi nunc est minima dies anni esset dies æqualis noctis, quia esset ibi æquinoctium autumnale. Omnes istæ assignationes terminorum sunt grosso modo, & gratia exempli non curando de præcisione, quia quantum ad præsens non est necesse ponи præcisam veritatem cum non ponatur hoc, ut conclusio intenta, sed ut exemplum. Similiter autem si nunc incipit II. Martii usq; 720. annos, erit principium autumni II. Martii, & principium hysmis II. Iunii, & principium veris II. Septemb. & principium æstatis II. Decemb. eo quod in tanto tempore mutatur locus solis per 180. dies, qui faciunt 6. menses, dimittendo quolibet anno unam quartam diei de motu solis. Et sic nūc in medio Iunii, ubi sunt grauiissimi aestus esset altissimum gelu, & in medio Decemb., essent grauiissimi calores. Etiam in Decemb. esset maximus dies anni, & in Iulio esset minimus.

## CAPITULUM XCV.

**C** De emendatione temporum, quam fecit Octavianus addendo quartā bissextem, & quare illi dies vocantur iuri recales, & quare bissexus, & quomodo fuit postea corrupta ista emendatio per astrologos.

**O**b hoc ergo Iulius Cæsar, & Octavianus Augustus correxerunt illam computationem addendo quartā diei. Et quia una quarta diei non potest per se computari, cum nō sit dies integer: fecerunt, quod 3. anni continui computarentur sine quartis, & in 4. anno adderetur una dies. Istam computationem commendauit Octavianus sacerdotib. Nam errorem temporum præteriorum ipse emendauit, & fecit incepti nouam computationem in qua singulis quartis annis sacerdotes apponebant unam diem. Et quia ista dies non ponebatur in principio anni, nec in fine, sed in mense Februarii, vocabatur dies interposita, vel dies intercalaris, vt vocat eam Solinus in Polyhistor. s. dies intercomputata, quia calare vocare, vel computare est, & intercalare est computando interponere. Fuit. n. ista dies vocata bissexus, vel dies bissextilis, quia in anno 4. in quo restaurabatur quartæ omisso, non scriebantur 366. dies de anno, quia hoc esset confundere Calendarium, si aliquando scriberetur aliiquid, & postea deleretur, sed manebat semper annus in 365. dieb in illo tamen anno 4. una de dieb. computabatur bis, & ita erat 24. dies Februarii, & illa dies incidit 6. Calendaras Martii, & dies ille 6. Calendarum

**M**artii cōmputabatur bis in illo anno; ideo vocabatur ille dies bissexus, id est, bis computatus, ille 6. dies Calendarum Martii. & nullus alius sic computabatur. Si autem dies 5. Calendarum Martii bis cōputaretur, vocaretur bis quintus, sicut nunc vocatur bissexus. Illa computatio sic emendata mansit sic aliquanto tempore vivente Octavianō, sed postea auaritia sacerdotum, qui intercalabant diem corrupta fuit. Nam publicani, qui veitigialia & redditus urbis per annum dato precio colligebant, conueniebant cum sacerdotibus illis, & extenderent annum per unam diem intercalādo, quia magna eis lucra ex hoc ipsis proueniebant, sacerdotes vero pecunia corrupti intercalabant, & sic euenerit interdū, quod 3. annos, vel quatuor simul continue intercalauerunt, scilicet 4. annos continuos faciendo bissexiles, quod erat contra conditionem temporis. Vnde emendata iam, & bene se habentem temporum habitudinem corrupti pecunia confuderunt. Errore comperto & simul origine eius cognita Octavianus fecit, vt quot dies bissexiles sacerdotes ex abundantia intercalauerant, tot omittenter intercalare in annis sequentibus, & sic transferunt aliquot anni sine die bissexili, quo factō rediit temporis habitudo in pristinum statum. Et illa computatio, & emendatio temporum est, quæ usque in hodiernum diē manet. Nam singulis 4. annis exactis intercalamus unum diem bissexili. De his emendationibus temporum ponit Solinus in Polyhistor. de diebus intercalariibus, apud Latinos autem nullæ aliæ temporum emendationes factæ sunt.

## CAPITULUM CXVI.

In quo declaratur, quod calculationes Astrologi non omittunt aliquam emendationem fratrum in temporibus, & quod iat o contra Astrologos non valit.

**E**x hoc autem appetat ad rationē in oppositum, scilicet, quod Astrologi omiserunt aliquam emendationem temporis, quia non computata sequitur error: nullam quippe omittunt. Nam ut deductum est successive per consequentiā temporum, ultima emendatio temporis Latinus fuit de quarta bissextili, sive de die intercalari; & tamen istam emendationem Astrologi obseruant, quia computant annos suos cum quarta bissextili, quando computant per æram Christi: ergo nullam emendationem temporum omittunt. Ita autem emendatio de die intercalari ante Christi nativitatem facta est, cum fuerit facta per Octavianum. Etiam quia æra Christi est æra bissextilis, ut supponunt Astrologi, & omnes computant ecclastisticæ ideo necesse est bissexum præcessisse, i. emendationem de quarta bissextili. Cum v. dicunt post Christi mortem forte fuisse aliquam emendationem, quam omiserunt Astrologi, falsum est, quia post quartam bissextilē nullus emendauit tempora Latinorum. Item pater, quia si aliqua alia emendatio fuisset postea facta, illa appareret in mensib. Latinorum sicut apparent omnes aliae: nam cum corripi fuerūt menses faciendo duodecim, cum prius essent decem, satis appetat, quia duodecim habemus. Et cum emendati fuerint faciendo eos solares, cum prius essent lunares etiam satis ex ipsis mensibus constat, quia maiores sunt, quam lunares. Etiam cū emendatum est faciendo Ianuarium, & Februarium primos menses anni, qui prius erant 11. & 12. & satis constat cum ipsis nunc primi sint. De emendatione etiam quare bissextilis latitabit, quomodo facta sit, cum continue obserueretur. De nulla tamen alia emendatione constat in mensib. nulla ergo alia facta est. Item patet, quia si ultra istas tres emendationes fuissent aliqua facta in mensibus Latinorum, illa obserueretur sicut obseruantur cæteræ, & tamen nullam alia videmus obseruari ab aliqua gente. Nam nec Ecclesia aliquam obseruat ultra bissextem, nec etiam vulgares: ideo nulla alia facta est. Si autem dicas, quod aliae fuerunt emendationes factæ temporum, sed illæ non obseruantur. Dicendum, quod tunc citat habetur ac si nunquam factæ fuissent, quia ita manerent tempora consilia illis factis, & non obseruatis, sicut si nunquam factæ fuissent, & sic non esset de illis arguendum contra Astrologos, cum nec vulgus teneat illas. Item Astrologi obseruant tempora eo modo, quo Ecclesia, & vulgus obseruant, & ita computant menses solares, & obseruant diem intercalarem, sive bissexilem. Licet ergo aliqua adhuc emendatio facta fuisset, quam omitterent Astrologi, non erat contra eos de illa arguendum. Quiavis argumenti posset sic stare si eccl-

A si ecclastici, vel vulgares dicerent diē mortis Christi fuisse 25. Martii, & Astrologi dicerent non fuisse possibile, quia nō poterat illa esse dies veneri, nec luna 15. si dicent vulgares, qđ Astrologi non computabant per eadem tempora, per quē illi, & ob hoc sequebatur error in conclusione, rationabiliter dicerēt, quia sumptis diuersis computationibus temporum non potest sequi idem terminus rei deputatae. Et tamen hoc non est verum, quia Astrologi supponūt omnia, quae supponunt ecclastici, & vulgares, sc. quod iste sit annus 1443, & quod nunc in Ianuario, vel in die Natalis incipit annus 1444. Christi, & computando istos annos vtuntur annis bissextilibus; ideo non discordant in aliquo à vulgaribus in modo computandi. Et tamen adhuc stante hoc per istam computationem concordem, deducunt Astrologi, quod nō potuerit esse mors Christi octaua Calendas Aprilis, sive 25. die Martii, quod idem est. Ideo non potest eis obiecti de aliqua temporū emendatione omissa, dato quod verum esset, quod aliqua omissent. Item non stat ista obiectio, quia si forte aliquam temporum emēdationem omisissent, procederent iam semper præsupposito errore. Vnde impossibile erat inueniri veritatem in calculationibus suis, & conclusionibus, & iudiciis, & tamen quidquid ipsi dicant de motu corporum cælestium & pro quo cuncte tempore, sic euénit punctualiter, sicut ipsi dicunt. Nec in aliquo errant, vt patet in eclipsis, coniunctionibus, oppositionibus planetarum, & in omnibus aliis, quæ per motum haberi possunt: ergo non procedit calculatio sua præsupposito aliquo errore, & consequenter non omittunt ipsi in sua calculatione aliquam temporum emendationem factam. Et sic patet, quod ista ratio nihil contra eos militat, scilicet quod erit computatio Astrologica, eo quod omittat aliquam emendationem factam in temporibus.

## CAPITVLVM XCVII.

De illo errore, qui manet adhuc nunc in mensibus Latinis, vnde proueni, & quare non emendatur.

Emen.  
data  
fuit per  
Gregor.  
X. 11.  
Jura  
Pont.  
quam  
emenda  
tionem  
nunc re  
tinem. CEST autem verum, quod vna corruptio & confusio manet adhuc post omnia hæc in computatione temporum Latinorum, ad quā viri periti in Astrologia à multis annis aduerterunt; & tamen adhuc confusio illa in emendata manet. Est autem error, quia ad hoc, quod manerent tempora plene certificata neceſſe erat inueniri verissimā, & præcisam quantitatē temporis, in qua sol cursum compleat. & hanc tenet dum nūquā mutaretur locus solis quantum ad principium annorum & manerent tempora anni fixa per menses, etiam in æternam mundus duraret; & nūquā mutaretur quantitas dierum in mensibus, si tot horas haberet nunc dies in Martio, vel in Februario, & sic de cæteris mensibus, tot haberet in æternum, & nulla sequerentur inconvenientia de his, quæ euénire & assignari solent, quando tempora sunt inemendata. Sed ad istam nūquā petuentum est in emendationibus factis in mensibus Latinorum. Nam quando erant anni dierum 365, sine quarta bissextili nō complebatur in eis circulus solis, sed deficiebat aliquid, quod erat satis notabile & apparet collectū in multis annis: video Octauianus quartam addidit bissextilem. Sed cum hoc factum est non fuit etiam affigata verissima quantitas motus solis, quia motus solis ad hoc, quod compleat non exigit vnam quartam integrā, id est, sex horas, sed aliquid est minus: video cū in multis annis colligatur illud, causat aliquem errorem apparentem.

Vera autem quantitas cursus solis est dierum 365, & insuper 5. horarum & plus quam dimidiat, vñ quasi & certorum minorum, vt ponitur secundum totam suam præcisionem in tabulis regis Alphonsi. Et secundum hoc cum quolibet anno detur aliquid modicum de quantitate temporis plusquam exigat cursus solis, quantumcūque sit illud modicum, neceſſe est, quod per multa tempora collectum faciat aliquando vnam diem. Et tunc ista dies tota erit superaddita ad verum motum solis. Et sic per multos annos perdentur duo dies, & tres, & sic quousque perdatur magna quantitas temporis superaddendo, vt pote si in isto anno secundum veritatem ingredieretur sol in primum minutum Arietis in meridi die 11. Martii, & nos computationem nostram, quam nūc tenemus de quartis bissextilibus continuaremus semper, neceſſe esset in quolibet anno addi aliquid de tempore supra veram quantitatē cursus solis quousque colligeretur ex illis particulis vñus dies. Et ponamus gratia exēpli, quod colligatur in 100. annis; nūc autem compleris 100. annis secundum computationem nostram de quartis bissextilibus intrat sol in Ariete rursus in meridi 11. die: quia tamen secundum veritatem vñus dies additus fuit supra veritatē in toto isto tempore, neceſſe est, quod sol intrerit in Arietem die 10. Martii ad meridi, & post 200. annos incuruabit aliam diem quā nos ei superfluo damus, & intrat in Arietem 9. Martii ad meridiem, & sic procederet iste error, & manifestarur magis iste error, qđ, vt ait Beda, legimus Dño nascētū solstitiū fuisse, s. solstitiū hyemale, qđ est in Decēb. Et cum Christus natus fuerit 25. die Decembri neceſſe erat, quod solstitiū esset illa die, s. minor dies anni, & introitū solis in Capricornū. Nunc autem solstitiū hyemale est die 12. vel 13. Decembri, ex quo patet, quod in istis 1443. annis qui supra à nativitate Christi vñque nūc, retrocessit solstitiū per 12. vel 13. dies. Item si quis inquirat per calculationem Astrologicam, quo die Martii introiuit sol in Arietem anno, quo Christus natus est, inueniet quod erat dies 23. Martii, vel quasi, & nūc intrat die 10. vel 11. Et sic mutatū est per totidem dies equinoctiū vernalē, per quod solstitiū hyemale, & generaliter mutantur omnia alia loca, & introitū solis, qui illo tempore erat. De isto autem errore, an euéniat solum ex eo, quod additur quarta bissextilis, cum non sit plena quartavel aliquid faciat ad hoc diuersitas morus aūgiū solis, vel pertineat ad motum accessus, & recessus Capitis Arietis & Libræ, non est ad præsens certificare, quia longissimum opus est, & per se tractatū speciale exigens. Prouenerit autem vnde cuncte voluerit, de errore ramen, quod sit manifestum est. Et si mundus multum duraret, euéniret necessario: quod in Decembri esset æstas, & hyems in Junio, & ver in Sepembri, & autumnus in Martio. Patet deducendo sicut supra deducebamus contra illos, qui omittebant quartam bissextilem, nisi qđ illi in 4. annis perdebat vñ diem, & nos perdimus eum in 100 annis, vel quasi. Iste error apud Latinos nūquā emendatus est, quia quantum ad vulgus nō sentitur: cum in vita vnius hominis, vel duorum etiam si longissime viuant non appetat differentia aliqua, cum non sit nisi differētia vnius diei, & ipsi non possunt aduertere ad tam paruam rem. Sæpe autem aliqui periti Astrologi ab Ecclesiā, & à summis Pontificibus petierunt emendari istum errorem: & adhuc hodie petunt, quem ipsi possent faciliter emendare. Sed non aduertitur ab hoc. Et sic patet ad rationē istam, & consequenter ad totum dubium. Christus sit benedictus in secula. Amen.

Defensorii trium conclusionum Alphonsi Tostati Finis.

M O G V N T I A,

E Typographeo Balthasaris Lippij.

M D C. XI.